WBP
Opole

I

WiMBP
2122 st.


ENCHEIRIDIVM
ANATOMICVM
ET PATHOLOGICVM
adornatum a
IOANNE RIOLANO FILIO
Cum Figuris.
Ioh. Riol.
I. Vesling.
A. Valcob.
G. Patin.
A. Kyper.
LVGDVNI BATAVOR.
Ex Officinâ Adriani Wyngaerden. Anno 1649.
R. a. Persyn. fecit.

WBP
Oooie

K-197/14

ENCHEIRIDIUM ANATOMICUM ET PATHOLOGICUM.

IN QVO

Ex naturali constitutione partium, recessus à naturali statu demonstratur. ad usum Theatri Anatomici adornatum

A

JOANNE RIOLANO FILIO,
Origine & ordine Parisiensi, Doctore Medicinæ in Academia Parisiensi, Anatomes & Herbariæ Professore Regio, atque Decano, Reginæ Matris Regis Ludovici XII. Primario medico per decennium & postremo.

FIGVRIS ELEGANTISSIMIS,
Indicaque accuratissimo exornatum.



LVGDVNI BATAVORVM,

Ex Officinâ ADRIANI WYNGAERDEN,
Habitantis E Regione Academiæ.
cIↃ IↃ C XLIX.

SERIES EORUM
quæ continentur in hac Editione.

Typographus hujus Editionis, Emptori
JOH. RIOLANI *dedicatio, ad Doctiss. Medicum Guidonem Patinum.*
Præmonitio ad Lectorem & Auditorem
Index Capitum.
JOH. RIOLANI *Encheiridij Lib.* I. *de Ossibus in Sceleto*
Lib. II *de Infimo Ventre.*
Lib. III. *de Thorace.*
Lib. IV. *de Capite.*
Lib. V. *de Artubus & Musculis.*
Lib. VI. *de Ossibus in Cadavere.*
Index Copiosissimus.
Typographi admonitio ad Bibliopegos.
Tabulæ Anatomicæ XXIV *cum earundem explicationibus.*

TYPOGRAPHVS
EMPTORI SP.

ANATOMIÆ quidam multâ verborum circuitione, tantæ molis libros construunt, ut etiam potius absterreant juvenes, prolixitatis osores, quam alliciant. Quidam spinosis, iisque fere inutilibus, passim ventilari solitis Quæstionibus sua scripta replent, quibus Controversiarum laqueis miserè irretitus Med. Tyro, pedem expedire sentibus, tricisve vix potest. Sunt qui omnium optime Anatomen conscripsisse se putant, si ita sua tradant in compendium redacta, ut vel minima pars eorum quæ scitu necessaria sunt, iis contineatur, vel scripti brevitas tantam secum adferat obscuritatem, ut satius sit nihil agere, quam ejusmodi intelligendis operam tribuere. Errores hosce correxit (ut â Viris Celeberrimis accepimus) JOH. RIOLANUS Med. ac Anat. hujus ævi insignis. Is enim *Encheiridium hoc Anatom. & Pathol.* ita concinnavit, ut etiam in hac re simile quid præstitisse nullus reperiatur. Cum enim rari sint admodum quibus dissectionis studium placeat, nisi Medicinæ, cujus fundamentum est solidissimum, gratiâ, sic totum adornatum est, ut perpetuo ad artis usum referatur. Hinc tot præceptorum, Medicis Chyrurgisque observandorum annotationes; Tot difficilium Hipp: aliorumque scripturarum interpretationes; Tot denique viarum, per quas morborum transmutationes fiunt, partesque consentiunt, demonstrationes. Adde plurima ab aliis aut neglecta, aut

male propoſita, ſed præcipue Cerebrum diſſecandi ratio artificioſa, Oſſium doctrina in audita, Muſculorum hiſtoria admiranda, aliaque ipſius Auth: Præfatione latius notata. Hæc & majora â Præſtantiſſimis reique Anatomicæ peritiſſimis Medicis relata, animum addidere, diu hoc expectatum opus prælo ſubmittere, quo ſic tandem rei medicæ addicta juventus Anatomes ſcriptorem talem habeat, qui manuductoris inſtar iis eſſe poſſit. Cum autem hoc unum juventuti fructuoſiſſimum, hîc deſiderari ex quam plurimis perciperemus, quod Figuras Author nullas adjecerit; quo hiſce multorum quærelis à nobis obviam iretur, ne ob earum defectum liber tantæ utilitatis negligeretur, de iis addendis ſedulò cogitavimus: quarum cum ingens reperiatur numerus, nec omnes æquè commodè operi noſtro aptari queant, quas maximè aſſumeremus, hæſitavimus: Tandem aliorum ſuaſu, has Tabulas Anatomicas, Encheridio adnexas, aſſumpſimus; tum quod artificio ſingulari, ſummaque elegantia omnibus aliis longe præſtare viderentur, tum quod Authoris noſtri ſcriptis convenientiſſima obſervarentur. Nec hoc ſolum effecimus, verum etiam inſuper laboravimus, ut ſi quid Anatomici in ipſo Auh. textu occurreret, Tabularum, Figurarum, Litterarumque demonſtrantium annotatione, manu quaſi, abſque ulla longiore inquiſitione, ad ipſum delineatum Med. Tyro deduceretur. Adhæc ne quid eorum quæ ad operis perfectionem ullo modo facere videntur noſtræ Editioni novæ deeſſet Continuatâ ſummariorum appoſitione, Indicisque locupletiſſimi adjectione, eandem quoque ornavimus. Neque operis hujus Auth: Optimum JOH. RIOLANVM, ægrè laturum abitramur, aliena quædam Encheiridio ſuo, non tamen inutilia,

tilia, â nobis addita, præſertim cum ea aptè ſegregata, diverſoque characteris genere impreſſa ſint, & nihil in ipſo textu, præter Erratorum corrrectionem, & Omiſſorum reſtitutionem adjectum ſit.

Quod Litterarum Numerorumq; iſtorum ſignificationem concernit, quos pro demonſtratione eorum quæ in hiſtoriâ anatomica Authoris noſtri traduntur, cujusvis fere paginæ margini aſſcriptos reperies. Scias Humaniſſime Lector, unamquamque Litteram Textui Authoris interpoſitam, eandem ad finem cujuſque pagellæ poſitam, indigitare; ſic ut *a* ſuperius reſpiciat *a* inferius; *b* ſuperius, idem inferius; & ſic in cæteris. Ejuſmodi autem Litterarum correſpondentiũ inferioriobus appoſitum T, Anatomicam denotare Tabulam & quidem ratione additi Numeri determinatam. Ulterius, Litteram adjunctam *f*, Figuram Tabulæ deſignatæ exhibere, eamque pro numeri diverſitate limitatam. Ultimas tandem Litteras ubique fere additas, litteram figuræ denotatæ impreſſam, partem demonſtrandam repræſentantem, proponere. Exemplo res fiet Clarior. paginâ 14. linea 11. textûs, reperitur *a*, quod inter inferius annexa harmoniæ demonſtrationem exhibet Tabulâ decimâ quintâ; Figurâ tertiâ; ſub litterâ *R.* idem in aliis locum habet. Quod ſi autem, (ut ſæpe fit) non omnibus annotatis litteris reperiatur addita Tabulæ deſignatio (ut eadem paginâ poſt litt. *b. c.* notatur.) ſcias hoc de induſtria factum eſſe, ne litterarum copia confuſionem adferret aliquam, præſertim cum id aliter fieri commode poſſit, adeo ut Lector benevolus in ejuſmodi neglecta Tabulæ denotatione, ad litteræ cujuſdam, proxime aut etiam aliquando longius præcedentis, Tabulam notatam reſpicere neceſſe habeat.

ERUDITISSIMO MEDICO

DOCTORI PARISIENSI

D. D.

GUIDONI PATINO, AMICO, ET COLLEGÆ SUO

JOANNES RIOLANUS

D. D.

NON *ambitiose quæsivi præclustre nomen alicujus Magnatis meo Libro præscribendum, tanquam Tutelare numen, quia nunquam affectavi fautores, & laudatores meorum laborum, nisi doctos & peritos artifices, qui litteras & litteratos amant.*

Quicunque inventas vitam excoluere per artes,
Quique sui memores alios fecere merendo.

Inter quos Tu primus occurristi, cui jure ac merito tuo debetur hujus Libri consecratio, & tutela. In tuo nomine jactavi rete: *Tu sæpius interpellator, & promotor fuisti editionis meorum operum Anatomicorum, Bibliopolamque, bonæ fidei virum, Tibi notissimum mihi dedisti: quod non fecisses, nisi certo agnosceres, illa non indigna luce, nec eum impensas satis magnas perditurum.*

Sed quod magis me Tibi devinctum detinet, etiam inspector editionis esse voluisti; Istud humanitatis & benevolentiæ officium non potui à veteri Amico recusare, quia multum tribuo tuæ circumlitioni, quod dicebat Praxiteles *de Tabulis suis, quibus* Nicias *manum admovisset,*

Ecquem igitur æquiorem, atque peritiorem judicem, fautorem, & vindicem eligerem? Præter Te vidi neminem. Quare habe Tibi quicquid est libelli. Unus est mihi instar mille, *inquiebat* Heraclitus, *referente* Galeno. *Lubentius cum uno egero quam cum mille aliis, qui unum illum æquare nequeunt.*

Itaque si desint approbatores, Tempus erit laudator Operis, & provocabo ad Posteritatem, *quæ sine invidia de meis laboribus judicabit. Vt enim ægri, inquiebat* Democritus, *raro Medicinæ beneficium recognoscunt, sic Medici socios ejusdem Vrbis nunquam laudare solent: Ac proinde hæc ego si non multis, saltem Tibi scripsi,* Namque tu solebas meas esse aliquid putare scripturas: Satis magnum alter alteri Theatrum sumus. *Si tibi probetur hic Liber, iniquus & indoctus erit, quisquis improboverit.*

—— Cœnæ fercula nostræ,
Malim convivis quam placuisse cocis.
Nec ego Daphnim, Judice Te, metuam, si nunquam fallit imago.

PRÆMONITIO
AD LECTOREM & Auditorem.

MEMINI me legisse apud *Ioan. Huartem*, Medicum Hispanum acutissimum, *in Examine Ingeniorum*, ubi quis quinquagesimum ætatis annum excessit, scribendo inceptum esse, atque istum laborem deponere debere, ne tandem risum moveat, & *fabula fiat*. *Rhasis* consulit Medico, quando septuagesimum annum exegit, medendi laboriosum exercitium aliis relinquere, ne *delirus senex* habeatur. Quamvis ætas mea sit superior quinquagesimo anno, tribus annis inferior septuagesimo; studiis tamen Anatomicis & Medicis assidue deditus, sive scribendo, sive docendo, sive medendo: in ea ætate, neque animus, neque corpus adhuc defatigantur. Sed eam propensionem & alacritatem præse ferunt, quas Juvenis per Dei gratiam obtinueram. Quin etiam mentem & manum æque paratissimam habeo, ad opus Anatomicum. Atque exemplo *Solonis*.

Addiscens semper plurima fio senex.

Et sicuti *bos lassus firmius figit pedem*, sic in hac ætate provecta, maturiore judicio multa deprehendi, ab aliis, qui me præcessere prætermissa, vel ignorata, vel perperam explicata, Artis Anatomicæ lumine illustratus, quam à teneris didici, & ita memoriæ infixi, ut nisi cum vita abôleri queat. Hac fiducia fretus, quamdiu *in aula Serenissimæ Reginæ Matris Mariæ Medicææ*, functus sum officio *Primarii Medici*, laborioso, quia

quia non licebat à latere Reginæ Valetudinariæ discedere: deinde ab Academia nostra, & Palæstra Anatomica, & Jucundissima mea Bibliotheca distractus, intermisi quidem exercitium Anatomicum manuale, sed ipsum mente gerens, assidua meditatione repetitum, sic ea recoxi atque correxi quæ Juvenis scripseram, partim ut elaboratiora exirent in lucem, partim ut memoriæ meæ labanti succurrerem. Quidni pateretur aliquod detrimentum per ætatem, cum fateatur Poëta,

Nunc oblita mihi tot Carmina.
Multa ferunt anni venientes commoda secum,
Multa recedentes adimunt.

Sic *Galenus* libros *Methodi Medendi* conscripsit ad subsidium memoriæ, quod senibus faciendum esse monuit *Plato*. Ideoque licet ob ætatem, jam *Professorum Regii Collegii Decanus in Academia Parisiensi*, meruerim privilegium Senectutis, quod militibus emeritis, & veteranis Professoribus indulgetur in omnibus Academiis; Non possum adhuc deponere laborem Anatomicum, & quamdiu feret ætas, imitabor *Fabricium ab Aquapendente*, qui usque ad annum octuagesimum, Anatomen docuit & demonstravit in *Academia Patavina*. Itaque hoc *Encheiridium*, ex mea *Anthropographia* decerptum, multis novis cogitationibus, & inventis exornatum; duabus de causis condidi & composui; Partim veluti *Cynosuram* & directorium studii Anatomici, ut sciant Auditores mei quid docere & demonstrare debeam in unaquaque lectione: atque in publicis & privatis administrationibus istum parvum librum præ manibus habeant & facilius circumferant, ac proinde exiguo volumine minutisque typis excusus fuit; Partim ut mihi sit regula & Mnemosynon, sive memoriale eorum, quæ explicaturus sum & osten-

ostensurus. Atque ut Auditores mei recognoscant ex inspectione, si contrariam ab aliis doctrinam Anatomicam demonstro, me ipsis aut posteris nequaquam imponere, nec ad libitum corporis partes dissecare, ut quæ non extant instar præstigiatoris, spectantium oculis apparere faciam, vel quæ ab aliis scripta sunt, artificiose refellam, sine accurata investigatione; ut ipsis gloriam artis Anatomicæ præripiam. Equidem quantum in me situm est,

Non mihi res, sed me rebus subiicere conor.

Nec quæ meditatus sum in rebus Anatomicis extare puto, nisi sedula indagatione sæpius spectaverim & comprobaverim: Ac proinde ea duntaxat testamur & scribimus, quæ vidimus.

Si quis in hoc *Encheiridio* quædam offendat, quæ non arrideant, non possum omnibus placere, *Nequidem Iupiter.* Si quis errores aliquot in re Anatomica annotaverit, & tanquam exercitatissimus, velit mecum agere modeste: Illi gratias referam, atque verissime monitus meliora sequar, mutaboque sententiam. Nec enim adeo me perfectum credo, ut non possim aberrare aut hallucinari. *Homo sum, nihil humani à me alienum puto.* Nam mea in quibusdam locis,

Dum relego, scripsisse pudet, vel plurima cerno,
Me quoque qui scripsi judice, digna lini.

Ut enim Deus Mundum, sic Hominem tradidit disputationi, *ut nemo inveniat opus, quod operatus est*, inquit *Sapiens in Proverbiis.* Sed affirmare possum me subsidio mentis, & oculatis manibus cuncta quæ scripsi, perscrutatum fuisse; Ideoque pauca reperies castiganda, nisi contra me producas aliorum Anatomicorum aliter opinantium authoritates, quas flocci faciam, jam pridem mihi cognitas, sed neglectas quia falsas deprehendi.

Nec

Nec enim is sum, qui exoptem peritum dissectorem ad investigandum in humano corpore meas Anatomicas cogitationes, ex ingenii subtilitate conceptas, uti scripserunt *Nymmanus*, *& Gygonius*, Anatomiæ Professor in Academia *Taurinensi.* Ridiculi sunt Anatomici, qui more Mathematicorum, ex astris, terræ, marisque dimensionibus, novum illum mundum cognovere, atque novas adhuc terras supereſſe affirmant ultra mare glaciale, quas inveniet, qui penetrabit istud mare.

Musculos universi corporis accurate & verissime exposui, simulque artificium illos dissecandi, atque cognoscendi situm naturalem declaravi. Quin etiam novam *Osteologiam* inauditam & incognitam, sed arti perneceſſariam, tanquam Colophonem operis Anatomici adiunxi, quod ut ab Ossibus inchoandum, sic in ipsis aliter demonstratis finiendum esse docui. Quæ quidem partes Anatomicæ sunt adeo Medico neceſſariæ, si velit retinere suam dignitatem, suamque peritiam testari *in consiliis Chirurgorum*, ut necesse sit ipsorum Iudicio acquiescere, quoniam ex remediis Chirurgicis, Pharmaceuticis & Diæteticis, quæ longa enarratione proposuere, relinquunt Medicis solam facultatem præscribendi manu propria, *Purgationem, & Venæsectionem.*

Pudet me referre & videre contemptum Medicorum ob arrogantiam adeptæ Anatomiæ, cujus se jactant possessores & Professores: An bene vel male judicent periti Anatomici.

Post enarrationem constitutionis naturalis cujusque partis, attexui ejusdem constitutionem contra naturam, ut facilior sit morborum & symptomatum cognitio, quæ partibus inhærent, quia præcipua indicatio medendi, sumitur à parte affecta, cujus constitutio-

tutionem naturalem scire debet, qui voluerit recte & rite mederi. Separavi utramque constitutionem, ut Tyrones prius ediscant, quæ pertinent ad constitutionem naturalem. Atque hac duplici methodo apud me constitui, deinceps docere & demonstrare Anatomen: hoc artificium addiscendi *Pathologiam* Juvenibus multum proderit, nec erit inutile senibus ad refricandam memoriam. Istam *Pathologiam*, cujus delineationem tantum indicavi, *separato commentario* ampliorem reddam, & in publicis Anatomiis illustrabo. Secretas quoque medendi vias Auditoribus meis patefaciam in subjecto cadavere, idque ex partium situ, communione, connexione, & commeatu inter se, ut nemo deinceps consueto ignorantiæ perfugio utatur, quando vias & motus humorum ignorat. *Natura per se docta, novit vias nobis incognitas, & occultas: Totum corpus est confluxile, & perspirabile, omnia inter se consentiunt*, ex Hippocrate.

Si quis in *Pathologicis* inveniat quædam contra vulgarem doctrinam enunciata, isthæc respondebo me scire, ex *Patradosi*, sive traditione secreta seniorum Medicorum scholæ Parisiensis, atque præsertim præceptoris mei præstantissimi, & Incomparabilis Medici, *Simonis Pietrei, Professoris Regii*, qui in hac arte ediscenda officiose, ac paterno affectu, eam mihi gratiam rependit liberaliter, & cum fœnore, quam à patre meo per biennium suo præceptore acceperat: sequutus exemplum *Hippocratis*, qui Medicos hortatur, ut filios præceptorum, sine syngraphæa & mercede artem edoceant, habeantque pro fratribus.

Equidem fateor ex ejus Acroasi, & lectionibus publicis, plurima didicisse, sed candide profiteor, absque ullo præjudicio, vel contemptu eorum, qui illum præcessere. Neminem à centum annis ex Schola nostra

stra prodiisse, in omnibus Medicinæ partibus doctiorem, & peritiorem Medicum, in Curandis morbis, etiam pestilentibus, ab omnibus formidatis & repudiatis audaciorem, cum summa tamen prudentia, & sagacitate ingenii incredibili, quam assiduus sæpe comes apud ægros peste laborantes admiratus sum. Idque faciebat sine quæstu, vir integerrimæ vitæ, sola pietate Christiana ductus. Ejus Vita tanquam exemplar perfecti & integerrimi Medici describenda foret: Hunc laborem libenter susciperem, qui mores & ejus ingenium per viginti annos exploravi & observavi, nisi meum elogium ejus laudes detereret, quia rudi stylo scriptum, atque suspectum, quia mihi consanguineus erat & Avunculus.

Forsan aliquis contra hunc librum obiiciet, quædam secus à me scripta *in Anthropographia*, quæ plane dissident ab iis, quæ in hoc *Encheiridio* continentur. Hunc monitum velim *secundas cogitationes esse sapientiores*: Atque meam *Anthropographiam*, postrema manu fictam, emendatam, ac recentatam gemere sub incude Typographi, brevi tamen prodituram in lucem; & jam absoluta fuisset, nisi interpellatione Doctissimi Medici, *D. Guidonis Patini* interrupta fuisset, ut acceleraretur editio hujus *Encheiridii*, quo frui possent studiosi Medicinæ *in proxima Anatome* quam meditor publice docere, & demonstrare meo more, ubi tempestas hyemalis accesserit operi Anatomico oportuna, jam dudum expectata, etiam 24. die Februarii, quo hæc scribo. Itaque nunc *Anthropographiâ* meâ relictâ donec propediem exeat in lucem:

---- Hunc librum reprehendite, quem non
Multa dies, & multa litura coercuit, atque
Præfectum decies non castigavit ad unguem.

Nam

Nam currente prælo exaratus & excusus fuit, ideoque non adeo comptus & excultus, ac si *nonum pressus in annum*, assidua lectione, & cogitatione expolitus fuisset. Nullum opus festinatum diligentiæ & doctrinæ gratiam obtinuit. Iuvandi desiderium prætuli gratiæ placendi. Culturæ defectum compensabit editio secunda ornatior, & locupletior aliquando proditura.

Da veniam subitis, non displicuisse meretur.
Festinat, lector, qui placuisse tibi.

Veniat igitur hic liber intrepidus, in manus Anatomicorum:

Nunc te marmoreum pro tempore fecimus, at tu
Si fœtura gregem suppleverit, aureus ibis.

INDEX CAP.

INDEX CAPITUM, QVÆ IN HOC LIBRO continentur.

LIBRI PRIMI.

Cap. 1. Authoris institutum declaratur, pag. 1.
2. Cur Encheiridium Anatomicum scriptum & inchoatum ab Osteologia, 4
3. Osteologiæ divisio, 6
4. De compositione, & definitione ossis. 7
5. De qualitatibus sive affectionibus naturalibus Ossium, 9
6. De conjunctione Ossium, 11
7. Divisio sceleti, 15
8. De Capite prima sceleti parte. 16
9. De Maxilla superiore. 22
10. De Orbitariis Ossibus. 24
11. De Maxilla inferiore. 24
12. De Osse hyoide, 25
13. De Dentibus. 25
14. De Trunco Secunda sceleti parte. 26
15. De Thorace. 29
16. De Artubus Tertia sceleti parte, ac imprimis de scapula. 30
17. De Humero. 31
18. De Cubito & Radio. 31
19. De Manu. 32
20. De Ossibus Ilium. 33
21. De Osse Femoris. 34
22. De Crure. 35
23. De Extremo pede. 35
24. In quibus differant Ossa viri, ab ossibus mulieris. 36
25. De numero Ossium Corporis humani, 39
26. Osteologia infantis usque ad septennium. 40
27. De Capite, 43
28. De Spina & Thorace, 49
29. De Artubus superioribus. 51
30. De Artubus inferioribus, 51
31. De numero Ossium 53

LIBRI SECUNDI.

Cap. 1. Generalia præcepta, quæ prænoscenda Anatomico. p. 55
2. De Naturali & legitima conformatione corporis, 61
3. Divisio corporis humani, 66
4. De Ventre inferiore, 69
5. De Cuticula, 74
6. De Cute, 76
7. De Membrana Adiposa, 79
8. De Membrana Carnosa, 81
9. De membrana communi Musculorum, 82
10. De Musculo in genere, 83
11. De Tendone, 87
12. De Musculis Abdominis, 88
13. De Peritonæo, 93
14. Partium Ventris inferioris divisio. 97
15. De Umbilico. 98

6. De Omento. 98
7. De Inteſtinis. 101
8. De Meſenterio. 108
9. De Pancreate. 111
10. De Vena Porta. 112
21. Quid conſiderandum in Vena Porta. 114
22. De Cœliaca Arteria. 115
23. De Ventriculo. 116
24. De Hepate. 125
25. De Veſicula fellea. 129
26. De Liene. 132
27. De Vena Cava & Aorta intra Ventrem inferiorem. 139
De Aorta deſcendente. 144
De Nervis Ventris inferioris. 145
28. De Renibus. 445
29. De Vretere. 149
30. De Veſica Vrinaria. 151
31. De partibus genitalibus Viri, ac in primis de Pene. 155
32. De Inguinibus. 161
33. De Ano ſeu Podice. 162
34. De Scroto & Teſtibus. 164
35. De Vaſis ſemen verum deferentibus, Veſiculis Seminariis & Proſtatis. 167
36. De Partibus genitalibus Mulieris, ac inprimis de externis. 170
37. De partibus internis genitalibus mulieris. 175
38. De Lumborum doloribus. 188

LIBRI TERTII.

Cap. 1. De Thorace. pag. 195
2. De Mammis. 196
3. De partibus Thoracis externis. 200
4. De Pleura, Mediaſtino, & Pericardio. 201
5. De Diaphragmate. 207
6. De Pulmone. 210
7. De Reſpiratione. 215
8. De Corde. 218
9. De Vaſis nempe Venis, Arteriis & Nervis quæ continentur intra Thoracem. 222

LIBRI QVARTI.

Cap. 1. De Capite. pag. 238
2. De Cerebro. 244
3. De Oculo. 272
Palpebræ. 278
Glandulæ lacymales. 280
Tunica Conjunctiva. 280
Tunica Cornea. 281
Tunica Vvea. 281
Pupilla. 282
Humor Cryſtallinus & Vitreus. 283
Nervus Opticus. 283
Morbi & ſymptomata viſionis. 284
4. De Aure. 286
5. De facie, & ore externo. 291
6. De Naſo. 297
7. De Collo. 301
8. De Dentibus & Gingivis. 306
9. De Gingiva. 309
10. De Palato. 310
11. De Gargareone & Iſthmo. 310
12. De Lingua. 312
13. De Larynge. 315
14. De Aſpera Arteria. 318
15. De Oeſophago. 319

LIBRI QVINTI.

Cap. 1. De Artubus. pag. 320
2. De Artubus ſuperioribus. 322
De ſcapula & Brachio. 322
De Cubito. 323
De Manu extrema. 323
De Vnguibus. 323
3. De Artubus inferioribus. 324
4. Quibus in locis communiter cauteria admoventur. 327
5. De Venis quæ ſecantur. 328
6. De Arteriis quæ ſecantur, 332
7. De Muſculis, ac primum de frontalibus. 334
8. Muſculi Occipitales. 334
9. Muſculi Palpebrarum. 335
10. Muſculi Oculorum. 335
11. Muſculi Auris externæ. 336
12. Muſculi Naſi, 337
13. Muſculi labiorum. 337
14. Muſculi maxillæ inferioris. 338
15. de Muſculis Oſſis Hyoidis. 339
16. Muſculi linguæ. 340
17. Muſculi Laryngis. 340
18. Muſculi Pharyngis, 341
19. Muſculi Gargareonis. 342
20. Muſculi Capitis. 343
21. Muſculi Colli. 344
22. Muſculi Omoplatæ. 344
23. Muſculi Brachii. 345
24. Muſculi Cubiti. 346
25. Muſculi Radii. 348
26. Muſculi Carpi. 348
27. Muſculi Volæ manus. 350
28. Muſculi Digitorum. 350
29. Muſculi Pollicis, 353
30. Muſculi Thoracis. 354
31. Muſculus Diaphragmatis. 356
32. Muſculi Dorſi, & Lumborum quibus Spina movetur. 356
33. Muſculi Abdominis. 358
34. De Motu oſſium Ilium & Oſſis ſacri ſimul junctorum. 358
35. Muſculus Teſtis 359
36. Muſculus Veſicæ. 359
37. Muſculi Penis. 360
38. Muſculi Clitoridis. 360
39. Muſculi Ani. 361
40. Muſculi Femoris. 361
41. Muſculi Tibiæ. 364
42. Muſculi Pedis ſive Tarſi. 366
43. Muſculi Digitorum pedis. 369
44. Muſculi Pollicis pedis. 370
45. Manuductio ad Myotomen ſive accuratam diſſectionem Muſculorum univerſi Corporis. 372
Muſculus Frontalis. 372
Muſculus Orbicularis utriuſque palpebræ. 373
Muſculi Labiorum. 373
Muſculi Naſi. 374
Muſculus Temporalis. 374
Muſculus Maſſeter. 375
Parotis glandula. 375
Muſculi Auriculæ. 375
Muſculi Oculi. 375
Muſculi in Collo ſiti. 377
Muſculi Laryngis, Pharyngis, Gargareonis. 379
Muſculi Poſtici Capitis & Colli. 380
Muſculi Brachii. 382
Muſculi ſiti ſupra dorſum & lumbos. 383
Muſculi Pectoris. 384
Muſculi Cubiti. 384
Muſculi Radii, Carpi, Digitorum, Pollicis. 386
Muſculi Abdominis. 388
Muſculi Penis, 392
Muſculi Ani. 392
Muſculi Veſicæ. 393
Muſculi Clitoridis. 394
Muſculi Femoris. 394
Muſculi Tibiæ. 397
Muſculi Tarſi. 398
46. De Venis & Arteriis Artuum, atque Nervis. 400

10

INDEX CAPITUM

LIBRI SEXTI.

Cap. 1 Osteologia Novæ in qua de ossibus, ligamentis & cartilaginibus Vniversi corporis quibus compages corporis extruitur remotis musculis, atque de omnibus morbis, & symptomatis quæ ossibus accidunt. 417

2. Quanta sit utilitas hujus Osteologiæ Novæ. 418

3. Quid in Ossibus cadaveris non elixatis sit observandum. 419

4. De nutritione, sensu, & medulla Ossium. 421

5. De Articulationibus Ossium. 423

6. De Ossibus Cranii. 429

8. De Maxilla Inferiore. 436

9. De Dentibus. 437

10. De Osse Hyoide & ligamentis. 438

11. De motu Capitis & ligamentis. 439

12. De Aure interna. 440

13. De Clavicula. 442

14. De Sterno. 442

15. De Costis. 445

16. De Spina. 446

17. De Scapula. 453

18. De Humero, Cubito, Radio. 456

19. De Carpo. 457

20. De Metacarpio, Digitis, Ossibus sesamoideis. 458

21. De Osse Ilium & Femore. 460

22. De Patella. 463

23. De Fibula & Tibia. 465

24. De Pede. 466

25. Numerus Ossium pro Sceleto. 466

26. De Ossifragio. 467

27. Ossilegium. 469

JOANNIS RIOLANI,

Profess. Regii,

ENCHEIRIDII ANATOMICI ET PATHOLOGICI LIBER I.

CAP. I.

Authoris Institutum declaratur.

ANATOME duobus modis consideratur & tractatur, *Philosophicè & Medicè, ex Galeno lib. 1. Administ. Anatom. & libro de partibus Medicinæ. Philosophus* Structuram partium, Actionem & Usum investigat ad sui ipsius notitiam, ut artificis opificium admiretur in opere suo; ideoque sola partium cognitione contentus est: *Medicus* vero supra cognitionem Anatomicam Philosophi; ad Usum Artis Medicæ revocat istam cognitionem partium, id est singularum partium affectus secundum naturam accuratè rimatur, per Anatomen in Cadaveribus sanorum & ægrorum hominum, ut affectus contra naturam qui ipsis partibus accidunt, in viventibus faciliùs agnoscat.

Anatomiæ consideratio est.

Philosophica.

vel

Medica.

Per affectus contra naturam intelligere oportet *Morbos*, quorum generationem & eventum salutarem, vel infaustum, eosque curandi vias & modos perfectè sciet, qui Anatomen non tantum *Philosophicè*, verum etiam *Medicè* didicerit: Ausimque affirmare

Quarum utraque necessaria.

eum fore Medicum præstantiorem ac peritiorem, si calluerit *hanc Anatomen*, quam si in nudâ & simplici partium cognitione conquieverit.

Methodus hæc docendi & demonstrandi *Anatomen*, nova quidem est, sed scientifica, ad Usum benè medendi valdè necessaria, quam in singulis partibus secundum ordinem *Anatomiæ* subnectam, & quam indè utilitatem consequi valeat Medicus ad Usum medendi singulatim in partibus exponam.

Cum autem cujusque partis *Constitutio Naturalis*, quam εὐφυΐαν vocat *Hipp.* communiter *Sanitas* dicatur, triplexque sit, *similaris, organica & communis*, similiter *constitutio* partium contra naturam triplex erit, quæ designatur *morbo similari, organico, & communi.* Constitutio similaris secundum naturam, consistit in *substantia & temperie: constitutio organica, quæ ad constructionem organi pertinet, posita est in numero, magnitudine, situ, conformatione*, quæ rursus dividitur in *figuram meatum, cavitatem, asperitatem & lævitatem. Constitutio communis similaribus æque ac organicis partibus convenit, scilicet unio sivè connexio.* Istam triplicem constitutionem naturalem in singulis partibus declarabo: Postea quid ex illa perspicientia sanæ constitutionis colligere liceat, ad contrariæ constitutionis, nempe morbosæ dignotionem, prænotionem, & curationem, paucis exponam. Hâc methodo tractata *Anatome* erit totius Medicinæ principium, medium, & finis. Methodus hæc brevis, facilis & perspicua ad ediscendam breviter & rectè Medicinam, & oculis subiiciendam, in demonstrationibus Anatomicis cadaverum humanorum, ubi quis in lectione librorum *Parentis mei* versatus fuerit, vel *Sennerti Institutionibus Medicis*: sic enim *Thesauros Medicinæ* recludam & patefaciam.

Forsan

Forsan aliquis ineptus & imperitus rei Anatomicæ, reprehendet nostrum Institutum, & confundi totam Medicinam obiiciet, cum Anatome sit pars *Physiologiæ* ab aliis separata, quæ seorsim debet doceri, cùm ipse *Galenus, initio libri de dissectione musculorum*, Lyci librum Anatomicum improbaverit, quod quædam de affectibus partium in tractatu *de musculis* inseruerit. Quisquis ita nobis obganniet, conticescet si *Galenum* audiat referentem *lib. 2. Administr. Anatomicarum*, veteres Medicos tanti fecisse *Anatomen*, ut omnibus suis libris *de Curatione Morborum* inseruerint Anatomica, quod fecisse *Hippocratem* passim in ejus libris legitur. *Multæ sunt extra & intra corpus figurarum species, inquit Hippocrates*, lib. de veteri Medicina, *quæ inter se quoad affectiones pertinet, tum ægroto, tum sano maximè differunt, quæ omnia nosse oportet, quomodo discrepent, quo causas singulorum cognitas probe observes.*

Et ut illi in Medicinâ.

Aristoteles primordia Medicinæ constituit *Sanitatem, & Morbum:* utrumque in partibus contineri, morbosum autem sano comparatum facilius discernitur. Adde quod *Aristoteles* scripsit eum qui curaturus est oculum, prius nosse debere structuram oculi; Deindè morbi, ratione partium quibus inhærent, inter se distinguuntur *ex Hippocrate:* atquè medendi indicationes præcipuæ ex affectu & parte affecta desumuntur, quin etiam remedia tam Pharmaceutica, quam Chirurgica secundum partes affectas diversimode præscribuntur & administrantur. Ideoque *Galenus* suam particularem *Therapeuticam* inscripsit *de compositione medicamentorum secundum locos*, id est *partes affectas*. Atque prudenter *Avicennas*, cum animadverteret absque prævio Anatomes lumine, morborum sedes non posse cognosci, singularum partium morbis, præmittit earundem Anatomen. Et si credimus *Galeno. lib. de par-*

tibus Medicinæ, prima Medicinæ materia est corpus, quatenus sanitatis & morbi subjectum.

Authoris institutum.

Nostrum igitur institutum est facili & brevi methodo scriptis tradere, & in Cadaveribus demonstrare, omnium morborum & symptomatum, tam internorum, quam externorum sedes, eorundem curandi quasdam vias particulares, secundum ordinem Anatomicum, qui solet observari in Demonstrationibus Anatomicis. Artificium breviter ediscendi Medicinam admirabile, veræ Medicinæ critirium, & scrutinium morborum; Cujus beneficio & lumine errores, & abusus qui fiunt in curationibus morborum facile erit detegere, atque demonstrare: simulque instruere & informare Medicinæ studiosos ad praxim, ubi per biennium auditores, & spectatores fuerint, duplicis in anno celebratæ Anatomiæ, cum sedula lectione librorum, & exercitatione in plantis dignoscendis, aliisque Pharmacis, & ægrorum visitatione cum Doctore, qui sit eis ductor, & Musagetes. Eleganter *Ioannes Fernelius, initio suæ Pathologiæ. Nunquam ullum planè cognitum penitùsque perspectum esse morbum putaverim, nisi compertum habeatur, & quasi oculis cernatur, quæ in humano corpore sedes primario laboret, & quis in ea sit affectus præter naturam; Id initio sanciens, nequis hûc nisi gnarus Anatomes ac peritissimus accedat, & quæcumque quis leget, vel audiet, fixa meditatione ea contempletur in humano corpore, ut summam rerum cognitionem firma memoria stabiliat.*

CAPVT II.

Cur Encheiridium Anatomicum scriptum, & inchoatum ab Osteologia?

ORationis duplex esse genus, quod usurpatur in explicatione alicujus rei, *Galenus* litteris prodidit,

Methodus docendi duplex.

dit, *Comment. ad part. 4. lib. 1. de fract. & cap. 1. lib. Synopsi. de pulsib.* Primum est *Synopticum*, cum res ipsa summatim profertur. Alterum *Diexodicum*, cùm res uberrimè explicatur, nihil prætermittendo, quod utiliter dici queat. Est autem plenè explicandi ratio ad perspicuitatem maximè accommodata. Compendiaria vero ad memoriam. Unde *Galenus* suos libros divisit, *in Isagogicos & Perfectos*; Illos Tyronibus, Hos verò provectis convenire testatur, *lib. de libris propriis.* Id etiam confirmatur *Hippocratis authoritate lib. de veteri Medicina*, ubi Medicum hortatur facilia & intelligibilia Tyronibus proponere: Accedit quod omnes breviter addiscere cupiunt, *referente Aristotele, lib. 2. Rhetoric. cap. 10.* Semper enim grata est Tyronibus, atque consummatis Viris Synoptica docendi methodus. Illis enim ostendit, & inculcat quæ sunt ediscenda. His vero in memoriam revocat, quæ jam diu intellecta, vel obliterata, aut fermè oblita erant, *authore Galeno, lib. 4. de different. Pulsuum.*

quænam præstet?

Sapienter, & eleganter *Imperator Iustinianus* compendium doctrinæ præmittendum esse judicavit, ad invitandum Novitios ad scientiam: *Tunc omnia traduntur commodissimè, si primò levi ac simplici via, deinde diligentissimâ, atque exactissimâ interpretatione singula tradantur; alioquin si statim ab initio rudem adhuc & infirmum animum studiosi, multitudine, ac varietate rerum oneraverimus; duorum alterum, vel desertorem studiorum efficiemus, aut cum magno labore, sæpe etiam diffidentia, quæ plerumque juvenes avertit, seriùs ad id perducemus, ad quod leviore via ductus, sine magno labore, & sine ulla diffidentia, maturiùs perduci potuisset.*

Synopsin cur scripserit author.

Quapropter *Hippocratis & Galeni* monitis instructus, breve & clarum Anatomes *Encheiridion* describam, sequutus consilium *Galeni*, qui maluit ipsus *Synopsin*

nopsin librorum suorum de Pulsibus describere, quam alteri negotium relinquere; qui non intellectâ ejus mente & sensu, confusionem & depravationem adferret aliquam, quæ sensum Authoris perverteret.

Ab Osteol: cur inceperit. Incipiam ab *Osteologia*, quoniam Ossa fundamenta sunt omnium partium universi corporis, cum omnes sustineantur, includantur, conserventur, & moveantur ab Ossibus, quæ stabilitatem & formam corpori præbent, *ex Hippocrate.*

Osteol: cognitio quam necessaria. Ideoque Ossium perfecta cognitione instructus esse debet Medicinæ studiosus, priusquam accedat ad inspectionem Anatomicam universi corporis; alioquin cæcutiet in designationibus originum & insertionum musculorum, atque reliquarum partium adhæsionibus, conceptaculis osseis, nisi perfectè noverit *Osteologiam*, à qua studium Anatomicum inchoandum esse docuere *Hippocrates*, & post eum *Galenus.*

CAP. III.

Osteologiæ divisio.

Osteolog: partes. *OSTeologia* duæ sunt partes, *Praxis* & *Theoria.* Theoriam voco scientiam Ossium, quæ versatur in disquisitione conformationis & usus Ossium.

Ossilegium. Praxis est ipsa Encheirisis, quæ *Ossilegium* & *Ossifragium* sub se comprehendit. *Ossilegium* est ratio parandi & conficiendi sceletum.

Ossifragium. *Ossifragium* singulorum Ossium inter se colligationes & commissuras articulorum per ligamenta, & cartilagines, atque ex eorum divisione & fractura, abditas & internas partes investigat.

Vide cap. 26. & 27. lib. 6. hujus Ench.

CAPUT

CAPUT IV.

De compositione & definitione Ossis.

In osse considerand. 4. UT Ossis natura perfectiùs intelligatur, quatuor in Osse consideranda sunt, *Materia*, *Efficiens*, *Forma*, & *Finis.*

Materia Ossis est *propria*, vel *aliena.*

Propria generatim, vel speciatim consideratur.

1. Materia propria. *Materia propria*, generaliter sumpta duplex est: *Una generationis*, *altera nutritionis.* Consensu omnium Medicorum generantur Ossa ex semine. Semen autem humore & spiritu constat; humoris duæ sunt partes, *Generationis.* Una tenuior, ex qua partes nobiles conformantur: Altera crassior, quæ generandis Ossibus destinatur.

Nutritionis. *Nutritionis vero materia* duplex constituitur, *Remota*, vel *Proxima.* Remota, *sanguis* est, quo partes omnes nostri corporis præcipue aluntur. Proxima vero est *Medulla*, in cavitatibus Ossium contenta, vel *Medullaris succus* in spongiosis Ossibus conclusus.

Constitutionis. *Materia propria* speciatim considerata, factum os respicit, quod quidem varium est ratione substantiæ & qualitatis; Sic unius ejusdemque Ossis substantia diversa est, ratione *Epiphyseos*, quæ mollior est reliquo Osse, vel ratione *Apophyseos*, quæ durior est quavis Ossis parte. Os vero totum, si solidum, durius est, ac veluti loricatum magis exterius, quam interius; si excavatum, duriorem habet superficiem interiorem.

Quod attinet ad *qualitatem, & quidem ad Colorem*, Os quo solidius, eo candidius apparet, quod est cavum, pallet aut subrubet.

Materia aliena. *Altera materia Ossis* intelligitur ea, quæ circumdat Os, estque *Membrana* & *Cartilago*; Membrana investiens *Periostios* dicitur, firmissimè cohærens, cujus

beneficio obscurè sentit. Extrema Ossis cartilagine incrustantur, quæ movendi Ossis facilitatem adfert, & ejusdem attritionem impedit.

2. Causa efficiens. *Efficiens causa* Ossis est *spiritus genitor* implantatus, vel potius calor, qui materiam Ossis torret & exsiccat. *Gal. lib. 1. de facult. natural.* facultatem Ossis formatricem agnoscit, quam vocat *Ossificam*, cui ministrant *Calor & Spiritus.*

3. Forma. *Forma Ossis* duplex est, *Essentialis & Accidentalis.* Essentialis dicitur, quæ dat esse Ossi, nempe *Anima vegetans*; Facies, *ait Aristoteles, lib. 2. de generat. animal. Non est facies, si careat anima, sicut caro &* Os. Apud Medicos partium similarium *forma*, nihil est aliud quam *Temperies.* Ossis autem temperies frigida est & sicca, ita frigiditas & siccitas Ossis formam constituunt.

Essentialis.

Accidentalis. *Accidentalis* forma est *figura*, quam unumquodque os sibi propriam & peculiarem adeptum est, ac præsertim rotundam fermè in omnibus Ossibus, tam in longitudine, quam latitudine.

4. Finis. *Finis Ossium, usus est*, quippe nullam seorsim vel cum alio actionem edit, vel habet. *Finis vero generalis est &*

Generalis. *particularis.* Generalis dicitur, qui toti corpori inservit. *Hic autem triplex* existit. Primus est ad stabiliendas & firmandas partes molles. Secundus, ut speciem ac figuram partibus præbeant. Tertius, ut motum &

Specialis. progressum corporis juvent. *Particularis finis sive Usus* unicuique Ossi proprius est.

Definitio ossis. Ex his Ossis definitio talis colligi potest & exprimi. *Pars similaris frigidissima & siccissima, ex seminis crassamento pingui per calorem concreta, ad stabilimen, & formam totius Corporis.*

CAPUT

CAPUT V.

De qualitatibus, sive affectionibus naturalibus Ossium.

Ossium doctrina duplex esse debet. *Una* quæ tractet de Ossibus Infantium, quæ ab ortu usque ad septimum vitæ annum in multis discrepant, ab Ossibus adultorum hominum. *Altera*, quæ instituitur de Ossibus perfectorum hominum, qualem nunc profitemur.

Osteologia duplex, Infantium. & Adultorum.

Cùm autem omnis Ossium doctrina ad usum medicum referatur, scire oportet Ossis bene ac naturaliter affecti conditiones seu *Affectiones*, quæ sunt *Communes* omnibus, vel *Propriæ* singulis.

Affectiones ossis sunt.

Communes sunt novem, quæ describentur, & demonstrabuntur in *Osteologia nova* ad finem *Encheiridii* adjuncta. In Ossibus aridis bene præparatis quinque demonstrantur. *Prima est durities ac soliditas. Secunda*, quod extrinsecus foraminibus os scatet, potissimum versus extrema, ut pateat ingressus venulis atque arteriolis ad nutritionem & vitam. *Tertia*, Extremorum cartilaginosa incrustatio, ac membranæ periostii velamen, quæ totum Os circumdat, exceptis extremitatibus Ossium cartilaginosis. *Quarta* est Ossis Continuitas, & æquabilitas in tota substantia: quare calli quibus Ossa fracta conglutinantur præter naturam sunt. *Quinta* est apta & conveniens Ossis cum altero conjunctio.

Communes, quæ 9. vel.

Propriæ. quæ 2 pl.

Affectiones singulis Ossibus *propriæ*, duplices sunt, vel quatens Os seorsim spectatur vel quatenus plura simul juncta sunt.

1 Ossis separati, ut sunt.

Primi modi affectiones quatuor numerantur, *Cavitas, Prominentia, Asperitas & Lævitas*, quæ quidem

Cavum. affectiones in ſuperficie Oſsis extrema conſiderantur, quatenus ad mutuam conjunctionem Oſſa referuntur, cum per ſe ſtare nequeant. Cavum eſt Omoplatæ [a] caput, prominet [b] humerus; Cavum eſt [c] Iſchium, protuberat Os [d] femoris; Aſpera eſt Calvaria in [e] Occipite ad inſertionem muſculorum, alibi *Aſperitas.* lævis & polita. Quæ omnes affectiones ſi tales ſunt quales natura creavit, ſunt ſecundum naturam, ſin ſecus, præter naturam exiſtunt.

Cavitas. Porro Cavitas profunda eſt, vel ſuperficiaria. Profunda, *Cotyle* [f] dicitur; Superficiaria, [g] *Glene. Prominentia dicitur Apophyſis, vel Epiphyſis.* Eſt autem utraque rotunda, vel longa, aut cava: ſi rotunda, caput *Prominentia.* nominatur; quod ſi caput amplum & oblongum fuerit, abſolute [h] *Caput* nominatur; ſin humile & depreſſum, [i] *Condylus* appellatur. Parvorum Oſsium capita ſeu Condyli non ſunt Epiphyſes, ſed Apophyſes, ut in maxilla inferiore, in coſtis & Oſsibus digitorum. Longa Apophyſis vel eſt acuminata, & *corone* dicitur, vel ſimpliciter longa, eaque pro ratione figuræ, diverſis nominibus inſignita, [k] *Styloides*, [l] *Coracoides*, [m] *Odontoides*, vel capite terminatur, tumque [n] *cervix* vocatur.

Apophyſes an dentur cavæ? Apophyſes autem dari quaſdam Cavas non eſt abſurdum, quoniam Cavitates omnes vel in ipſis Apophyſibus ſunt exſculptæ, vel ab Apophyſibus duabus vel tribus efformantur, ut in cavitate Iſchii, & quamvis interdum cavitas corpus Oſsis conſtituat, tamen ex ambitu oſſeo efformatur, qui cum obliquè & orbiculatim extra planam ſuperficiem protuberet, merito pro Apophyſi habetur. *Gal. lib. de Oſsibus*, in

a, T21. f2. C. * b, f1. a. * c, f4. B. * d, f1. D. * e, T15. f4. C. * f, T21. f4. B. * g, f4. F. f2. Fc. * h, f1. dd. f4. a. * i, f2 II. * k, T15. f6. D * l, T21. f2. d. * m, T13. f21. a. * n, T21, f2. c.

Omo-

Omoplata Apophyſim agnoſcit, quæ cervix eſt, cujus extremum in [a] glenem deſinit, ergo Cavitates ad Apophyſes referri debent, & Cavitas ſi rotunda eſt, & ampla, *Caput* nominari poteſt. Nam Cervix ſemper capiti ſubiicitur, *ex Gal. Proæmio libri de Oſsibus.*

Corpus In unoquoque Oſſe quod alteri junctum, Articulum conſtituit, obſervo, *Corpus & extrema*, quæ ſunt *adnata*, vel *enata*. Corpus eſt præcipua pars à Natura *&* conſtructa, ut ſit fundamentum extremorum: Natura enim ſemper à medio formationem Oſsis incipit, *Extrema.* quod deinde verſus extrema producit. Extrema Oſ- *quæ ſunt* ſium Enata, ſunt [b] Apophyſes, Adnata ſunt [c] Epi- *Apophyſes* phyſes; Epiphyſeon tractatio pertinet ad Oſteologiam Infantium: Idcirco de iis hoc loco non agetur. *&*

Epiphyſes. Scire tamen oportet articularia Oſsium extrema Epiphyſes eſſe, & iis in locis potiſsimum apparere. Earum naturam in pueris inveſtigandam eſſe, quoniam in adultis degenerant in Apophyſes, nullo remanente veſtigio antiquæ diviſionis, ſervata tamen intus propriæ naturæ conditione, quæ debet eſſe pumicoſa, cruentata, at vero Apophyſes alibi quam extra articulationes protuberant, & ſemper duriores ſunt ipſis Epiphyſibus.

2 Oſſis articulati. Secundi modi *Affectiones*, ſunt Oſsium inter ſe *Articulationes*, quæ in diverſis Oſsibus differentes exiſtunt, de quibus nunc generatim agemus.

CAPVT. VI.

De conjunctione Oſſium.

Cur oſſa plura in homine? QUum non eſſet tutum, neque decorum hominem, divinum animal, vermiculorum, ſerpentiumve more repere, Natura firmis ac ſolidis Oſsibus, illi corpus erexit, atque ſtabiliuit, quæ non

a, T21. f2. c. * b, T2. f1. aa. f2. bcd. T15. f3. NMd. * c, T21. f1 24. T13. f21. a. T15. f6. D. *

trium

trium quatuorve numero creavit, sed pluribus, variis, distinctisque construxit, quo in omnem partem flecti, moverique posset. Utque elegantiore artificio hoc opus constaret, Ossa sic inter se juncta & continuata sunt, ut cujusque extremitas, alterius sinum & capacitatem subeat.

Hæc autem structura *Articulus* dicitur: Cujus natura inter Anatomicos valdè controversa est, dum alii contendunt duorum Ossium contactum constituere Articulum. Alii præter contactum, motum addunt. Ut sit *Articulus* duorum Ossium contactus mobilis.

Si motus removeatur à definitione Articuli, potest facilè defendi *Galeni* doctrina. Ipse Articuli duas species, *Diarthrosim* cum motu manifesto, & *Synarthrosim* cum motu obscuro vel nullo constituit. Atq; *Synarthrosi* differentias assignat prorsus immobiles, *Suturam, Harmoniam* & *Gomphosim*, quas, qui tollunt motum in definitione Articuli, referunt ad tertiam Articuli speciem à *Galeno* positam, quam dicunt *Neutram esse, Mediam* inter Diarthrosim, & Synarthrosim. Nonnulli ficto nomine *Amphiarthrosim* nominant, quando scilicet structura adeo obscura est, motusque tam occultus, ut nescias an ad Diarthrosim vel Synarthrosim pertineat. Sed locus *Galeni* malè intellectus multos decepit Anatomicos. Probabilior videtur hæc doctrina Galeni.

Ossium conjunctio fit vel per Articulũ cujus differentiæ sunt

Ossa nectuntur inter se per *Articulum*, & *Symphysim*. *Articulus* est duorum Ossium commissura, sive contiguitas. Cujus differentiæ sunt *Diarthrosis*, & *Synarthrosis*. Illa motum habet evidentem, Altera obscurum vel nullum. Ac proinde utriusque pares & similes erunt differentiæ. Sed altera exempli gratia dicetur *Enarthrosis Diarthrodis*, cum motu manifesto. Altera *Enarthrosis Synarthrodis*, cum motu obscuro, & sic

Diarthrosis & Synarthrosis quarum species communes sunt.

sic de cæteris cujusque differentiis pronunciabis.

1 *Enarthrosis.* *Enarthrosis* est cum magnum & oblongum caput amplam cavitatem subit, quæ cum sit Diarthrosi & Synarthrosi communis, cujusque exemplum proponam. Enarthroseos Diarthrodῆς motus evidens est in articulo Ischii. Enarthroseos Synarthrodῆς motus est obscurus in articulatione Tali cum Scaphoïde.

2 *Arthrodia.* *Arthrodia* perficitur cùm depressum & planum caput à lævi & superficiaria cavitate excipitur. Arthrodiæ Diarthrodῆς exemplum erit Articulus humeri cum Omoplata. Arthrodiæ Synarthrodῆς, Ossa Carpi cum Metacarpio.

3 *Ginglymus.* *Ginglymos* fit ubi mutuus est Ossium ingressus: ejusmodi articulatio Ginglymoïdes in fenestris & ostiorum ferramentis passim visitur, in quibus ferramentum utrumque, & quod vehit, & quod circumagitur, mutuum habent ingressum. Ginglymi Diarthrodis motus manifestus est in articulo humeri cum cubito: Ginglymi Synarthrodis obscurus est motus in Tali cum calce connexu. Recentiores his tribus Articulis, quartum addunt Trochoidem, in quo conversionis motus apparet, qualis est primæ vertebræ cum secunda Articulus, sed referendus ad Arthrodiam. Quod spectat ad Ginglymum, illius variæ sunt differentiæ, quas omnes sic methodicè distribuo. *Ginglymos* definitur *Ossium articulatio per mutuam receptionem.* Est autem *simplex vel compositus.* Simplex dicitur, qui fit ex duobus Ossibus per unicam & simplicem articulationem in eadem parte junctis, ut in cubiti & brachii articulatione. Compositus Ginglymos duplici constat articulo, qui perficitur in iisdem extremis, vel in distantibus locis duorum vel trium Ossium, qui per duplicem articulationem in iisdem extremis factam absolvitur: apparet in cervicis vertebris, nam

Qui est Simplex vel Compositus.

17 Apo-

Apophyſes declives, ac Glenoides ſuperioris vertebræ, Apophyſes acclives & condyloſas ſubjectæ vertebræ excipiunt, viciſsimque corpus vertebræ ſuperioris ab excavato corpore inferioris vertebræ. Compoſitus Ginglymos per duplicem articulationem in diſtantibus extremis duorum Oſsium cernitur, ut in Cubito & Radio. In diſtantibus locis trium Oſsium ſpectatur in omnibus vertebris dorſi & lumborum.

Synarthroſeos ſpecies propriæ ſunt.

1 *Harmonia.* Præterea, *Synarthroſis* continet ſub ſe *Harmoniam, Suturam, & Gomphoſim*, quæ ſunt ſine motu. *Harmonia* [a] eſt Oſsium conjunctio per ſimplicem contactum extremorū ſine mutuo ingreſſu, quæ tantum deſignatur lineâ rectâ, vel obliquâ, aut ambagioſâ, ita ut Oſſa æquilatera debeant eſſe æquilinea.

2 *Sutura.* *Sutura* [b] eſt Oſsium compages ſerratim ſive pectinatim facta, acſi duarum ſerrarum, aut bini pectinis dentes inter ſe alternatim committeres, qualis eſt *ſutura interpolis.* Eſt autem unica ſuturæ forma, non plures differentiæ.

3 *Gomphoſis.* *Gomphoſis* [c] eſt duorum Oſsium intextura, quando unum os alteri Oſsi tenaciter & immobiliter inculcatur, & infigitur.

vel per Symphyſin.

Cujus differentiæ ſimplices ſunt 3.

Compoſita una.

Symphyſis oppoſita Articulo eſt Oſsium conjunctio immobilis, ac ſi unita eſſent Oſſa, quæ ab ipſa natura procreantur diviſa, tandemque progreſſu temporis coaleſcunt; Idcirco quædam ſine medio aſpectabili uniuntur, Alia cum medio, quorum unio diverſis mediis interpoſitis perficitur. Unde tres ſymphyſeos differentiæ ſimplices emanant, *Syſſarcoſis. Syneuroſis, Synchondroſis.* Unica eſt mixta ſive compoſita Symphyſis, ex nervo & cartilagine, quæ *Neurochondrodis à Galeno* dicitur. De his pleniùs agetur *in Comm. ad Gal. lib. de Oſſibus.* [d]

Ex mente Galeni Articulorum doctrinam ſic exponono methodicè. *Syntaxis* omnium Oſsium fit per extremorum contactum, *Contactus ille vel eſt Articulus, vel Symphyſis.* Arriculus eſt naturalis Syntaxis Oſsium, quæ diviſa inter ſe, uſum perpetuum habere debent, qualem à natura obtinuere in prima conformatione. Uſus autem ille, vel eſt comparatus ad motum, vel ad perſpirationem, aut tranſitum cujuſdam ſubſtantiæ, aut partium diſcrimina, aut ad ſecuritatem, & patiendi difficultatem, ut in articulationibus Suturæ, Harmoniæ, & Gomphoſeos apparet. *Symphyſis* eſt naturalis unio Oſsium, quæ à primo ortu diviſa, tandem coaleſcunt cum medio apparente, vel ſine medio, quia obliteratum eſt, ut in ſterni, Oſsis ſacri, Oſsis iſchii, maxillæ inferioris portionibus Oſſeis obſervatur. Itaque Syntaxin Oſsium tanquam genus, Articulus, & Symphyſis, tanquam ſpecies dividunt: alioqui ſi Symphyſis contra mentem *Galeni*, uſurparetur ex opinione recentiorum Anatomicorum; ubicunque extaret Articulus, ibidem adeſſet Symphyſis ad colligationem Oſsium & *Galenus* ridiculè opponeret articulo, Symphyſim.

Articulorum doctrina Galenica.

a, *T 15. f 3. R. &c.* * b, *f 4. a b.* * c, *f 6. m n o.* * d, *Vide cap. 5. l. 6. hujus Ench,*

CAP. VII.

Diviſio Sceleti.

Sceleton quid?

COmpages Oſsium invicem cohærentium, *à Galeno, Σκελετὸς* nominatur; Vulgo dividitur *in Caput, Truncum, & Artus. Hipp. lib. de natura Oſsium* conſtituit ſex partes Sceleti, *Caput, Collum, Spinam,* (quâ Thoracem deſignat) *Lumbos, Manus & Pedes. Galenus, libro de Oſſibus* Sceletum dirimere videtur in Caput, Spinam, Thoracem, Manus, & Pedes, ut ex doctrinæ ſerie, & capitum diſtributione facilè colligitur. Nos vulgarem & communem diviſionem ſequemur, atque exem-

Diviſio ejus varia.

à Capite cur inciat?

exemplo *Galeni*, à Capite exordiemur, quod primum est Os à natura constructum, tanquam reliquorum germen ac fundamentum; quia juxta Capitis proportionem, reliqua suam molem & amplitudinem obtinent.

CAPVT VIII.

De Capite, prima Sceleti parte.

Caput quid?

CAput à Galeno definitur, tota supra Collum pars posita, Cerebri domicilium.

Divisio capitis

Dividitur in *Cranium, & Faciem*; quæ duas maxillas comprehendit.

Cranium quid?

Cranium est corpus globosum & rotundum introrsus concavum. Sed rotunditas illa non est exacte Sphærica, propter eminentias anticam & posticam, quæ Cranium efficiunt oblongum, lateraliter versus tempora compressum. Oblonga debet esse *naturalis figura* Capitis, alioquin depravata erit, si longitudo desit; *depravata vero figura Calvariæ*, quadruplex existit. *Prima*, cum anterior projectura deest. *Secunda*, cum postica deficit. *Tertia*, cum utraque projectura aboletur, tumque calvaria exacte rotunda est. *Quarta*, cum longitudo in latitudinem mutatur, quæ figura dari non potest superstite animali, quia Cerebri constructio perverteretur.

Figura naturalis

Depravata 4plex:

Ossium Cranii numerus

Figuram Cranii non unum simplexque Os efformat, sed multiplex. Quorum numerus apud Authores incertus est. *Galenus* septem Ossa Cranio tribuit, quem sequutus est *Sylvius*. Alii Ossa Cranii ad quatuordecim usque auxerunt, ut *Bauhinus*, adjectis sex Ossiculis utriusque Auris, quæ sunt partes Ossis petrosi, & cavitatibus Aurium includuntur; Nec quidquam conferunt ad globum Cranii constituendum. Rectius *Paræus* quatuordecim Ossa Cranio adscribit, sed ea distinguit in *Continentia, & Contenta*. *Continentia* sunt *octo*: *Contenta*, sex Auris Ossicula. *Hipp. lib. de Ossium natura*, ex Ossibus octo Cranium constituit; videtur tamen quædam Ossa Faciei comprehendere, quem numerum amplectuntur eruditiores Anatomici, *Vesalius*, *Columbus*, *Fallopius*, à quibus deflectere nefas est, cum hic numerus ἀυτοψίᾳ comprobetur.

Suturæ quid?

Intervalla Ossium seu discrimina *Suturæ* dicuntur, quæ committunt, & colligant Ossa inter se.

Quotuplices?

Ex Suturis quædam sunt *Propriæ*, aliæ *Communes*. *Propriæ* dicuntur, quæ Ossa Cranii interse discernunt. *Communes*, quæ Ossa Cranii à maxilla superiore disterminant. *Propriæ* vero dividuntur in *Veras & Adulterinas*. *Veræ* sunt serratiles Ossium conjunctiones, quasi dentibus pectinatim intextæ. *Tres* numerantur ab Anatomicis, *Coronalis* [a] in antica Cranii parte sita, quæ ab uno tempore per transversum Caput ad alterum progreditur. Huic opposita est [b] *Lambdoidea*, in Occipite collocata: Utramque connectit *Sagitalis* [c] ab apice Lambdoidis secundum longitudinem Cranii exporrecta, Interdum excurrens ad summas usque nares. *Sagittalis, & Coronalis Suturæ concursus, βρέγμα Græcis dicitur, vulgo fontanella*, cui pyrotica solemus admovere. Supra Aures duæ sunt *Suturæ*, aliis omnino dissimiles, ideoque *Nothæ, adulterinæ* dicuntur, à squammarum specie [d] squammosæ, per quas Ossa temporum subditis Ossibus Verticis, squammę, vel imbricis more agglutinantur. *Communes* Suturæ tres constituuntur ab Anatomicis Recentioribus. *Prima frontalis*, [e] ab angulo externo Oculi enata per mediam orbitam progreditur, usque ad supercilium, & per alteram orbitam eandem viam ser-

Propriæ veræ tres.

1 *Coronalis.*

2 *Lambdoidea.*

3 *Sagittalis.*

Mendosæ duæ.

Communes tres.

1 *Frontalis.*

a, T 15. f 3. aaa. * b, f 4. bb. * c, f 3. bb. f 4. aa. *
d, T 15. f 3. cc. * e, T 15. f 3. supra K. *

vans, in minore cantho terminatur, Os frontale à maxilla superiore disterminat. *Secunda* [a] *Sphenoidea*, Os Sphenoides circumscribit incipiens à media parte coronæ Occipitis, in extremo dente maxillæ superioris finitur. *Tertia* [b] *Ethmoidea*, Os Ethmoides undique circumdat, videturque potius propria, quam communis, atque magis Harmoniam, quam Suturam æmulatur.

2. *Sphænoidea.*

3 *Ethmoidea.*

Craniĭ ossa octo

Suturis probe cognitis, facile est *Ossa Cranii* distinguere, quæ *octo* numerari debent; interdum tamen novem reperiunrur: quando Sagittalis sutura ad summas nares excurrens, Os frontale medium intersecat, quod in adultorum Craniis frequenter occurrit. Omnia sunt *propria*, nulla *Communia*, nisi *Sphenoides* cum *Galeno* constituatur.

Os frontis.

Primum Os [c] *frontale*, Sutura communi prima & coronali distinctum, nonnunquam à Sagittali ad summas usqua nares protensa, in duas partes secatur; in superciliorum sede eminenti, geminas cavitates includit in Nares derivatas.

Ossa Syncipitis.

Secundum, & Tertium, Ossa [d] *Sincipitis* dicuntur, parte superiore separantur abinvicem per sagittalem, parte inferiore per suturam squammosam; anterius per Coronalem, posterius per lambdoidem.

Ossa temporum.

His subjacent *Ossa* [e] *Temporum*, quæ parte superna, squammæ modo attenuata sunt, parte inferiore durissima & exasperata, dicuntur *petrosa:* Id circo communiter in partem squammosam & lapidosam dividuntur.

Quorum Apophyses 4.

In parte petrosa notantur quatuor apophyses, quarum tres sunt externæ, *Mastoides* [f], *Styloides* [g], *& Zygomatica* [h]. Quarta in basi Cranii sita est *interna*,

a, T 15. f 5. *supra a a.* f 6. o o. * b, f 5. c c. * c, f 3. A. * d, f 4. A B. * e, f 3. D. * f, f 6. c c. f 3. d. * g, f 6. D D. * h, f 6. E E. f 3. F. *

& auricularis dici potest. In puerulis Epiphysis est, quæ ab osse petroso facile divellitur.

Auris cavitates.

1 *Meatus auditorius.*

In hac Apophyse interna tres *Auris Cavitates* continentur; Nam *prima Auris cavitas* exterior est, *porusque auditorius* [b] nominatur. *Secunda cavitas Concha* [c] dicitur, *aërem internum insitum* & tria Ossicula, nempe *malleolum, incudem, & stapedem* [d] comprehendit, foramen quoque in capacitatem sive antrum mastoidis pervium. Extremum hujus cavitatis tympano directe oppositum, duobus foraminulis pertusum est, quorum majus *fenestra* [e] *Ovalis* dicitur, Vestibulum & ingressus est *tertiæ Cavitatis*, quæ *Labyrinthus* [f] vocatur, propter varios Circulos an fractuosos ad unum idemque compitum redeuntes. Alterum foramen angustius *quartæ Cavitatis* aditus est, quæ [h] *Cochlea* nominatur ab aspera & tortili figura.

2 *Concha.*

3 *Labyrinthus.*

4 *Cochlea.*

Os Occipitis,

Sextum Os Cranii, *Lambdoides &* [i] *Occipitale* nuncupatur, Sutura Lambdoide undique secernitur, cujus Suturæ extremitates *Cornua* dicuntur veteribus practicis, sed *Galeno*, *Lambdoidis additamenta*, quibus pyrotica nonnunquam affiguntur, dum Inio seu cavo Occipitis, cauterium hærere non potest, vel dolorem acerbissimum infert.

Os Sphœnoides. ejus Apophyses.

Septimum *Os, est* [k] *Sphœnoides*, in quo *Tabulam internam, & externam* considerabis. *Interna Tabula* tribus apophysibus extuberat, quæ *clinoides* dicuntur; Una est [l], postica duæ [m], anticæ usque ad nervorum Opticorum exortum extensæ. Clinoideis apophysibus Cavitas interjecta *Sella Sphœnoidis* [n] vocatur. *Externa Tabula* quatuor apophysibus donatur,

Sella Sphœnoidis.

a, T 15. f 5. f f. * b, T 20. f 6. A. f 3. B. * c, f 6. B C. * d, f 7. A B C. * e, f 6. B. * f, f 9. B B. * g, f 6. c. * h, f 9. A A. * i, T 15. f 4. C. * k, f 5. B. f 6. F. * l, f 5. *supra inferius* B. * m, f 5. *infra a a.* * n, f 6. G H. *

quarum duæ cavæ naviculam referentes *Naviculares* [a] dici possent, à *Galeno Pterygoides* nominantur. Aliæ sub Zygomate ad tempora contendunt. *Temporales* appellantur; Inter utramque tabulam sive laminam *inanis Cavitas* [b] concluditur, in Nares duplici foramine pervia, septoque medio intus discreta. Hæc semper deest, quandocumque Os frontis solidum apparet.

Os Ethmoides. ubi Tabula cribrosa. Octavum Os, *Ethmoides* dictum, vel ut placet *Galeno, Spongides*, septem differentibus constat portionibus. *Prima est Tabula* [c] instar Cribri perforata, ex qua intra Cranium exurgit Apophysis, quæ est secunda Ossis portio, à figura *Crista galli* [d] nominatur. *Crista galgalli. Septum narium.* Extra Nares ab eadem Tabula cribrosa dependet *ossea lamina* Nares discriminans, [e] *septum Narium* dicitur, & pro tertia Ossis portione numeratur. *Ossa spongiosa. 2. Squammæ. 2.* Huic Narium septo assident & accumbunt *Ossa duo spongiosa*, quæ quartam & quintam partem Ethmoidis constituunt. *Sexta & septima Ethmoidis* portio est tenuis squamma, plana & lævis, pollicis latitudini æqualis, internum latus cujusque orbitæ, juxta magnum Canthum perficit, subtus contegit, tres, nonnunquam *quatuor Cellulas* à majore Cantho usque ad intimam orbitam seriatim exporrectas & dispositas.

In Calvariæ basi externa & interna, quædam *Cavitates* observantur, quarum aliæ sunt *sinus*, aliæ *foramina*, aliæ *fossæ* nominantur. De quibus consulendus *Sylvius*, qui primus Cavitates illas methodice distinxit; Nos vero doctrinæ gratia, nominibus mutuatis à loco vel rebus transvectis indigitavimus.

Sinus Calvariæ octo. *Sinus* sunt octo, duo *Maxillares*, in maxilla superiore, Totidem *frontales*, in Osse frontis, duo *Sphenoidei*,

a, T15. f6. GH. * b, T15. f5. D. * c, T15. f5. CC. * d, T15. f5. intra CC. * e, T15. f6. I. *

in

in Osse Sphænoidis, duo *Mastoidei*, in Apophysibus Mastoideis.

Foramina ejus. Interna. 27. Foramina sunt *interna*, vel *externa*, Interna *sæpius* 25. interdum 27. numerantur, utrimque duodecim vel tredecim, & unum sine pari, quod spinali medullæ egressum præbet. *Primum* est [a] *Ethmoideum*. Secundum *Sphenoideum*; tertium [b] *Opticum*. Quartum *scissura* [c] *orbitalis*; Quintum [d] *Temporale* ex nervo tertiæ conjugationis in Temporalem musculum abeunte. Sextum [e] *gustativum*. Septimum *gustativum secundum*. Octavum *Cervicale*. Nonum [f] *Caroticum*. Decimum [g] *auditorium*. Undecimum [h] *Jugulare*. Duodecimum [i] *motivum linguæ*, seu linguosum. Decimum tertium & ultimum, *impar* [k] sive *Occipitale*. *Externa 11.* Externa foramina sunt utrimque decem *Sylvio*; Undecimum addo, nempe externum Auris foramen. Præterea ad radicem Styloidis in extremitate Apophyseos auricularis, parte externa foramen adest intus bipartitum, & tenuissima squammula divisum, quod vestibulum ipsum intuentibus apparet. Externorum foraminum primum est *superciliare*. Secundum, *Lacrymale*. Tertium, *Orbitarium* externum. Quartum, *Orbitarium* Ethmoideum. Quintum, supra Palatum. Sextum, in extremo Palati. Septimum, scissura sub zygomate. Octavum & nonum, supra Pterygoides apophyses intra hiatum. Decimum, *Mastoides*. Undecimum, *Auditorium foramen* externum.

Fossæ ejus Internæ. externæ. *Fossæ* sunt internæ, & externæ. Internæ sex notantur in basi interioris Calvariæ. *Frontales duæ, Temporales duæ, Occipitales duæ*. Externæ sunt *septem* utrimque, quibus octavam fossam addo, nempe Narium

a, T15. f5. CC. * b, f5. aa. * c, f5. uu. * d, f5. bb. e, f5. cc. * f, f5. dd. * g, f5. ee. * h, f5. †† * i, f5. hh. * k, f5. ad hh. *

†

cavitatem. Prima est *Orbitaria* sive ocularia: secunda *Nasalis*: tertia *zygomatica*: quarta *supra Palatum*: quinta *infra palatum*; sexta *pterygoidea*: septima *Articulatoria* maxillæ internæ; octava *est in foramine sextæ conjugationis.*

CAPUT IX.

De Maxilla superiore.

Facies quid?

ALtera pars Capitis *facies* dicitur. Comprehendit utramque Maxillam, & à Cranio separatur per futuram communem priniam.

Maxillæ superioris ossa quot?

Maxilla superior *multis Ossibus* constituta est, quorum *Numerus* est apud Anatomicos controversus. Sed omissis Recentiorum opinionibus vanis & inceptis, *Undecim* tantum admitto. Relictis illis portionibus Ethmoidis, quas quidam Anatomici pro undecimo & duodecimo Osse numerarunt. Nam sola hæc Ossa proprie ad Maxillam pertinent, quæ ab Ossibus Cranii discreta sunt, nec sunt eorum portiones; atque Ossa quædam orbitaria, quæ intra orbitam continentur, & cum aliis Ossibus Maxillæ orbitam efformant, sunt Ossium Capitis portiones, ut productio Sphenoidis, & portio lata Ethmoidis, quapropter incepte ad Maxillam referuntur.

Error recentiorum de numero ossium maxil. sup.

Si quis obiiciat ea ratione pertinere ad Maxillam, quod ejusmodi portiones sunt infra futuram communem frontalem, quæ separat Cranium à Maxilla, quare cum sint infra futuram illam positæ, poterunt ad Maxillam revocari. Quod si Apophyses Ossium Cranii extra globum & rotunditatem extuberantes, ad faciem referuntur, pari jure Apophyses Pterygoides extra globum & rotunditatem Cranii eductæ, & in eodem plano cum Vomere positæ, quin etiam angulos

gulos Maxillæ sustinentes, ad ipsam Maxillam reducentur. Cum autem *Galenus* Os Sphenoides Ossibus Maxillæ adscribit, tanquam supernumerarium pro ultimo & vnico computat. Itaque in Vndenario numero Ossium Maxillæ consistere oportet.

Os maxillæ Imum

Ex utroque latere *quinque* collocantur *Ossa*, *& unum sine pari*, quod medium Palatum sustinet. *Primum Os* [a] *μῆλον* vocat *Gal. lib. de Ossibus. Zygomaticum* dici potest, quia majorem Zygomatis portionem, nec non minorem Oculi angulum & magnam Orbitæ partem constituit. *Zygoma* autem nihil aliud est, quam semicirculus Osseus ex duabus Apophysibus per obliquam futuram in medio junctis extructus. Quarum una ab Osse petroso procedit, altera Ossis malarum portio est. *Secundum* [b] *Os Vnguis, vel Osiculum lacrymale*, Os Ægylopis dictum in majore Cantho consistit. *Tertium Os* [c] *maximum*, mediam dentium partem comprehendit, Quin etiam inferiorem orbitam & Nasi interiorem partem absolvit. *Maxillare* dici potest. *Quartum Os* [d] Nasum efformat. Itaque Nasus ex quatuor Ossibus constituitur, duo sunt *propria* postremo commemorata; duo Communia, quæ sunt portiones Ossis Maxillaris. Recentiores Anatomici Os addunt Sphenoidi & Palato interjectum, *Hippocrati*, non incognitum, quod à figura cultri ferrei in aratro, *Vomer* [e] nuncupatur, ad intimas Nares protensum, septum Narium, cui per Suturam sive Harmoniam committitur, sustinet.

2dum

3tium

4tum.

Nasi ossa quot?

Vomer quid?

a, *T 15. f 3. E* * b, *f 3. G* * c, *f 3. I* * d, *f 3. K* * e, *f 6. j* *

CAP. X.

De Orbitariis Ossibus.

Oculi orbitæ ossa quot?

ORbitaria Ossa Hippocrati, *lib. de Ossibus dicta* ὀφθαλμικά, ex quibus Oculi fossa sive Orbita extructa est, primum à *Piccolomino* proposita sunt *quinario numero*. Sed inscienter Ossis Maxillaris portionem prætermisit, quæ cum aliis juncta *sex* efficit, à nostris Anatomicis recepta, ex quibus *Orbita* coagmentatur. Verum illa Ossa non sunt propria, excepto Vngulari sive lacrymali Osse, sed partim portiones sunt Ossium Calvariæ, partim portiones Ossium Maxillæ superioris. *Primum* est *Os frontale* a, quod hujus cameræ fornicem constituit. *Secundum* in profundo Orbitę situm in latere externo ad minorem canthum, *Sphenoidis est portio*. Tertium est *Zygomaticum* b quod minorem Canthum, & medium pavimentum Orbitæ constituit. Quartum est c *Maxillare*. Quintum; d *lacrymale*. Sextum est *squammosa tabula*. Ossis Ethmoidis, quæ alterum latus Orbitæ ad majorem Canthum efficit. Isthæc Ossa intra Orbitam futuris propriis, & communibus discernuntur.

Error Piccolomini de numero ossium orbitæ.

CAP. XI.

De Maxilla inferiore.

Ejus partes.

Basis.

Mentum

MAxilla inferior in adultis unicum est Os, in quo Basis & Extrema notantur. Basis media pars intus sinuata, foris eminens, *Mentum* c dicitur, Basis extremitates *Anguli*; utrumque extremum bicorne duas emittit Apophyses, quarum una acuminata, *Co-*

a, T15. f3. A * b, T15. f3. E * c, T15. f3. j. * d, T15. f3. G. * e, T15. f3. L. *

rone

rone a nominatur, excipitque tendonem musculi Temporalis; altera b *Condylodis*, *articulatoria*, dici potest, quia inservit articulationi & conjunctioni Maxillæ: Infra istas Apophyses insigne foramen interne descriptum est, c per quod venæ, arteriæ, & nervi in dentes disseminantur, quorum portio per aliud foramen d angustius & externum, juxta mentum egreditur in musculos labiorum dispersa.

Apophyses duæ.

CAP. XII.

De Osse Hyoide.

AD Ossa Capitis referri potest *Os Hyoides*, quia Styloideis Apophysibus vinculis nerveis adnexum & suspensum. *Ex quinque Osiculis* constructum est, quorum grandius & cavum, *Basis* e nuncupatur. Qui *sextum & septimum Osiculum* addunt, ligamenta hujus Ossis suspensoria intelligunt, quæ ut plurimum nervea sunt, nonnunquam in quibusdam cartilaginosa observantur; ab extremis partibus majoris & fundamentalis Ossis *Corniculum* f unum cartilaginosum, raro Osseum expullulat, utrimque Apici Tyroidis cartilaginis affixum, *quæ duo Cornicula* pro octavo & nono Hyoidis Osiculis numerantur. Est autem Os Hyoides, fundamentum laryngis, & linguæ, suaque cavitate linguam excipit, judicio omnium Anatomicorum, sed αὐτοψίᾳ demonstrat solam Epiglottim eo sinu admitti, linguam superno lateri basis inniti.

Ossis Hyoidis partes.

Basis.

Cornua.

Error Anatom: de osse Hyoide.

CAP. XIII.

De Dentibus.

DEntes cibi comminuendi, vocisque formandæ instrumenta, Ossa sunt sui generis, licet natu-

Dentium natura.

a, T15. f3. M * b, f3. N * c, f3. *infra* M * d, f3, l. * e, T13. f11 & 12. AA * f, T13. f11 & 12. BB *

ram ab aliis Ossibus differentem obtinuerint.

Eorum partes. Duabus constant partibus, non secretis, sed continuatis, quarum una extra gingivam prominens, *Basis* *Basis & Radix.* appellatur. Pars altera intra alveolum recõdita, Radix nominatur. *Radix* autẽ in Dentibus non est solida, sed excavata, ut nervulum, venulã, & arteriolam excipiat.

Radicum dentium numerus. Radicum numerus varius, & figura diversa. Incisorum Dentium radix simplex & recta est, scissura tamen distincta ad firmiorem adhæsionem. Similiter in caninis Dentibus radix simplex existit, & in molaribus supernis triplex & incurva, quia penduli sunt. In molaribus infernis duplex, & interdum triplex.

Dentium ipsorum numerus. Numerus Dentium varius est pro ratione ætatum, in pueris à septimo mense usque ad biennium & ultra, viginti Dentes sensim & alternatim prodeunt; qui numerus usque ad quartum vitæ annum permanet. Postea vero, vel *octo vel duodecim alii* emergunt, ita ut viginti octo, vel triginta duo in ambobus maxillis numerentur.

Eorum ordines. Numerus iste in *tres ordines* distribuitur, ratione situs & magnitudinis. Primi Dentes quatuor, nominantur [a] *Incisores*. Qui illis adjacent, utrimque unus, [b] *Canini*. Reliqui Dentes, octo vel decem, *Molares* [c] dicuntur; siti sunt & reconditi in margine excavata utriusque maxillæ. Cavitas illa non est continua, sed cellulis discreta, quæ *alveoli & præsepiola* *Alveoli.* dicuntur. Conjunctio illa sive articulatio Dentium, *Gomphosis* appellatur.

CAPUT XIV.

De Trunco, secunda Sceleti parte.

Truncus ex quibus constet? TRuncus comprehendit *Spinam*, *eique adhærentia Ossa*. Componitur ex *Spina & Thorace*.

a, T15. f6. M* b, T15. f6. n* c, T15. f.6. oo*

Spina quid? *Spina sive Rachis*, canalis est osseus, Spinalis medullæ conceptaculum, à Capite usque ad Coccygem exporrectus: pluribus Ossibus constat ad dyspathiam & securitatem, tum etiam ad necessitatem actionum, cum hominem flecti curvarique oporteret. Ossa vero Spinam constituentia Græcis ζωόνδυλοι, *Vertebræ* Latinis dicuntur. *Vertebræ quid?*

Vertebræ partes duæ In singulis Vertebris *duas partes* observabis, quarum una est Interna, crassa & rotunda, *Corpus* nuncupatur: alia Externa, variis Apophysibus extuberans, nomine caret. Tres autem Apophyseon differentias, nempe *Rectas*, *Obliquas*, & *Transversas* continet. Postica acuminata, [a] Spina proprie dicitur, *lateralis & transversa*, [b] duplex observatur. *Obliqua quadruplex*, [c] per quas invicem articulantur vertebræ per ginglymum compositum, in quo tria Ossa requiruntur. *Apophyses vertebrarum quot?*

Obliquarum Apophyseων duæ sunt Acclives, scilicet supernæ, totidem Declives seu infernæ. Itaque omnes vertebræ septem Apophysibus extuberantes reperiuntur. Tota vero Rachis in quatuor partes dirimitur, *Cervicem*, *Dorsum*, *Lumbos*, & *Os sacrum*. *Cervicem* constituunt *septem vertebræ* superiores. *Dorsum* *duodecim vertebris* constat, *Lumbus* quinque vertebras comprehendit. *Os sacrum vel unicum est*, vel trifidum in adultis; At in pueruli in quinque vel sex partes secatur. Quare Spina in adultis componitur ex viginti quatuor vertebris; quibus si addatur Os sacrum, pars infima Spinæ vertebra scilicet magna, erunt viginti v. vel 7. Spinæ figura, ἰνοκόλιος admirabiliter ab *Hippocrate*, *lib. 3. de articulis, à particula 33. usque ad 45. descripta*, non potest in Sceleto quantumvis affabre facto notari, sed in cadavere detractis car- *Spinæ partes 4tuor.* *Numerus vertebrarum totius Spinæ.*

a, T2. f2. d * b, f2. bb. * c, f2. cccc. *

nibus

Cervicis Vertebrarum Propria

nibus Dorsi inspicienda est. In Cervicis vertebris hoc peculiare notandum, quod Apophyses omnes *Transversæ* [a] sint perfossæ, ut ascendentibus venis & arteriis cervicalibus aditum præbeant, in extremis sinuatæ, ut mollem adhuc nervum deducant. *Apophyses posticæ* [b] seu Spinæ sunt *bifidæ seu bicornes*, ad exortum & insertionem musculorum. Sed supernæ duæ aliam structuram & conformationem obtinent, propter motus Capitis. Nam *prima* [c] caret Spina, & corpore crasso rotundo. *Secunda* Apophysim *Odontoidem* [d] sive *Pyrenoidē* emittit. Omnium vertebrarum Cervicis corpora stricte & implicatim sunt conjuncta, ne in vehementioribus Cervicis motibus disiliant.

Dorsi vertebr: propria.

Dorsi duodecim *vertebræ* [e] omnino similes sunt inter se, harum Apophyses omnes solidæ sunt & continuæ, sine ullo foramine & divisione. *Duodecima vel undecima vertebra* differentem habet articulationem ab aliis, Reliquæ enim vertebræ invicem cohærent per ginglymum. Hæc duodecima sive undecima proximis & finitimis vertebris per arthrodiam articulatur, propterea totius Spinæ motus, *Flexio nimirum, Extensio & Obliquatio* super ea vertebra perficitur.

Lumbi vert: propria.

Dorso succedit *Lumbus* quinque vertebris coagmentatus, quarum *Apophyses* differunt ab aliis Thoracis, *posticæ enim Apophyses* [f] *sive Spinæ* non descendunt ut in Dorso, sunt rectæ & latæ. *Transversæ vero Apophyses* [g] longiores sunt, costularum vices gerentes.

Ossis sacri partes.

Lumbis *Os sacrum* [h] subjicitur, quod primo aspectu simplex atque continuum Os apparet, sed longa ebullitione in oleo ferventi in partes quinque, modo sex dividitur.

a, T13. f20. bb * b, f21. b * c, f20. * d, f21. a * e, T10. f3. * f, T2. f2. d * g, T2. f1. aa * h, T2. f5. & 6. *

Ossis

Ossis Sacri extremo aliud Os cartilaginosum trifidum rarò quadrifidum annectitur, quod [a] *Coecyx* appellatur. *Coecyx.*

CAP. XV.

De Thorace.

Thorax quid?

THorax cum Spina Truncum Sceleti constituit. Est autem *Thorax* ambitus Osseus partium vitalium conceptaculum. Construitur ex quadruplici Ossium genere. Claudit Thoracem parte anteriore *sternum*, latera efformant *costæ*; Thoracem terminant parte superiore *Claviculæ*, circulum complet & absolvit *Dorsum*, cui *costæ* adhærent. *Ossa ipsius 4druplic.*

Sternum quid?

Sternum [b] in adultis Os unum & continuum apparet tribus aut quatuor transversis lineis distinctum, quæ sunt antiquæ divisionis vestigia, lineæ sunt magis conspicuæ parte interiore, quam exteriore. Ab Ossis hujus extremo dependet [c] *Cartilago, Xyphoides* dicta ab ensis effigie, scuti formam refert in brutis. *Cartilago Xyphoides.*

Costæ quot? quotuplices?

Costæ sunt viginti quatuor, in utroque latere duodecim collocatæ, quarum septem superiores *veræ* [d] dicuntur, quia cum sterno committuntur. Reliquæ inferiores quinque, *Nothæ*, [e] *adulterinæ* dicuntur, quia neutiquam ad Os pectoris pertingunt, sed inchoatæ & quasi mutilæ in cartilaginem desinunt, ut viscerum, nimirum Hepatis & Lienis tumoribus, facile cedant & obsequantur, & in motionibus Diaphragmatis cedant.

Clavicula quot?

Claviculæ [f] duæ sunt, utrimque una, cujus figura litteram *S* Italicam exprimit, Acromio & Sterno interjecta & articulata, scapulam in sua sede retinet, ne in pectus procidat.

a, T2. f5 & 6. b. c. * b, T10. f2. AA * c, f2. B * d, f2. 1.2.3.4.5.6.7. * e, f2. 8.9.10.11.12. * f, f1. f. T21. f2. A. *

CAPVT.

CAPVT XVI.

De Artubus, Tertia Sceleti parte, ac imprimis de Scapula.

Scapulæ consideratio quo pertineat?

QUoniam *Scapula, ſeu Omoplata* nihil ad conſtitutionem Thoracis confert, ſed Dorſo innatans & ſuperjecta à Thorace interventu muſculi immerſi ſive ſubſcapularis disjungitur, illam à Trunco ſeparabo, & ab ea Manus principium repetam. In Scapula multæ partes notandæ veniunt ad exortum & inſertionem muſculorum, valde neceſſariæ Pars Omoplatæ ſecundum Dorſi longitudinem exporrecta [a] *Baſis* appellatur, cujus termini ſive extremitates *Angùli* dicuntur; Unus eſt *Superior* [b], alter *Inferior* [c]. Baſis latera *coſtæ* nominantur: Quarum altera brevior ac tenuior, *Superior coſta* [d] vocatur. Altera longior & craſsior, *inferior coſta* [e] dicitur. Tota latitudo Omoplatæ Trapeſiæ, *Menſa* dicitur; Cujus pars externa gibba eſt, interna concava, ut muſculum immerſum excipiat. Proceſſus ſive Apophyſis inſignis à Baſi ſuperne aſcendens *Spina* [f] vocatur, cujus extremum latum *Acromion* dicitur, quod authoribus *Hippocrate & Galeno*, Os eſt diſtinctum, in puerulis cartilagineum, in adultis durum & Oſſeum: quod poſt vigeſimum annum & citius Spinæ agglutinatur in Apophyſim commutatum; Foſſula ex utraque parte Spinę exporrecta, *Interſcapulium* dicitur; Una *Foſſula ſuperna* eſt, altera inferna; Mediæ vero Spinæ prominentia inflexa & incurva *Pterygium* ſive *criſta* vulgo nuncupatur. Alterum Scapulæ extremum grande & anguſtum, Acromio ſubjectum, & Baſi oppoſitum, *Cervix* [a] appellatur. In ea notabis ſuperjectam & emicantem *Apophyſim* [b] *Coracoidem*, quæ ad ſecuritatem & firmitatem articuli humeralis comparata fuit: Cervicis cavitas *Glenoides eſt.*

Ejus partes plurimæ. ut

Baſis.

Anguli.

Coſtæ.

Proceſſus.

Foſſulæ.

a, T 21. f 2. hh* b, f 2. f.* c, f 2. g.* d, f 2. ab fad d.* e, a g ad e.* f, f 2. e.*

vix

CAP. XVII.

De Humero.

EX Omoplata dependet *Manus*, quæ in tres partes ſecatur, *Humerum, Cubitum, & extremam Manum.* In Humero ad muſculorum cognitionem extrema duo notabis. Superius extremum *Caput* dicitur, quod cingit undiquaque membranoſum ligamentum ab ora cavitatis Glenoidis enatum, præter Aponeuroſes quatuor Muſculorum quibus obvolvitur. Paulo infra Caput, Orbicularis anguſtia, *Cervix* dicitur. In Capite *rimula* eſt oblonga exſculpta, per quam traducitur caput nerveum muſculi bicipitis. In altero extremo brachii *Trochleam* obſervabis, circa quam Cubitus convolvitur. Trochleæ ſuperſtant *duæ Cavitates* [c], quarum externa amplior eſt interna. In his recipiuntur Cubiti Apophyſes dictæ *Coronæ.* Trochleæ adjacent duæ Apophyſes brachii, quæ *Condyli* nominantur, unus eſt inferior & interior, alter ſuperior & exterior.

Manus partes tres.

Oſſis humeri Caput.

Cervix.

Trochlea.

Sinus.

Apophyſes.

CAP. XVIII.

De Cubito & Radio.

SEcunda pars manus, *Cubitus* vocatur, duobus Oſſibus extructus, quorum alterum ſuperius & brevius *Radius* [d] appellatur. Alterum inferius & majus priori ſubjectum, totius nomen retinet, & [e] *Cubitus* dicitur,

Radius

Cubitus.

a, f 2. c* b, f 2. d* c, f 2. f* d, f 2. E.* e, f 2. D.*

dicitur, à quibusdam *ulna*. Duo erant in hac parte manus necessaria Ossa, proptèr duplices & contrarios motus, qui ab uno & eodem Osse per ginglymum junctо perfici non poterant, ginglymus enim solam *flexionem & extensionem patitur*, nec inversionem admittit, quam *Radius* per arthrodiam junctus præstat. Obliquationem Radii non potes inspicere, & perfecte comprehendere, nisi in recenti cadavere, detractis omnibus musculis incumbentibus: Tum enim summa cum admiratione videbis supra Cubitum immobilem Radium in pronum & supinum convolvi; & Radium Cubito junctum simul cum eo moveri, dum flectitur & extenditur.

Cur duo hic ossa condita?

In Cubiti extremis aliquid notatione dignum occurrit, nam in extremo superiore *Cavitas Sigmoides* observatur, quæ Trochleam brachii amplexatur. Hanc circumstant projecturæ duæ *Coronæ dictæ*: posterior projectura *Olecranum* [a] appellatur, parte Inferiore Cubitus Apophysim emittit, quæ [b] *Styloides* appellatur. Una hæc Ossa suis extremis inter se junguntur per eum Ginglymum qui fit à duobus Ossibus, sese mutuo subeuntibus in diversis & distantibus locis.

Cavitas

Apophysis

Connexio.

CAP. XIX.

De Manu.

EXtrema *Manus* in tres partes dirimitur, *Carpum, Metacarpum*, & *Phalangem digitorum*.

Manus extremæ partes.

Carpus [c] octo constat Ossibus, in duos ordines distributis, quæ inter se junguntur per Symphysim, ejusque speciem quæ *Harmonia* dicitur, propterea Ossa Carpi obscure vel nullo modo inter se moventur, primus ordo cum inferiore Cubito arthrodiam constituit diarthrodim. Idem ordo cum secundo ordine Ossium Carpi nectitur per arthrodiam, qui quidem secundus ordo cum Metacarpo per Arthrodiam etiam Synarthrodim jungitur, ideoque hujus articulationis motus nullus est vel insensibilis, sed primus ordo cum secundo obscure movetur.

Carpus

Carpo succedit [a] *Metacarpium*, Ossibus quinq; constructum, si primum Os Pollicis adjungamus, quod alii reiiciunt, quia oblique adiicitur Metacarpio, & motu manifesto præditum est, contra naturam aliorum Ossium Metacarpii, quæ cum Carpo constituunt Arthrodiam, cum digitis Enarthrosim. Quartum tamen Os Metacarpii, quod auricularem digitum sustinet, motum manifestum habet.

Metacarpium.

A singulis Ossibus Metacarpii [b] *singuli Digiti* directe porriguntur, uno pollice dempto. Ex tribus Ossibus *Digiti* constant quæ inter se junguntur per ginglymum. Proptera solam flexionem & extensionem admittunt. Obliquatio & motus lateralis digitorum ab Enarthrosi primi Ossis cum Metacarpio dependet:

Digiti.

a, T21 f1. GG. f2. G. * b, T21. f2. II. * c, T8. f12. CDE. * d, T2. f3. A *

CAP. XX.

De Ossibus Ilium.

MAxima & amplissima Corporis Ossa, quæ cum Osse Sacro juncta Truncum corporis sustinent & erigunt, *Ossa Ilium* dicuntur à majori parte. In adultis continua sunt, in pueris [c] tripartita, retinentque adhuc antiquas appellationes, licet obliterata fuerint divisionis vestigia. Latior pars Ossis, totius ferme latitudinem constituens, & ad medium Acetabuli exporrecta *Os* [d] *Ilium* dicitur; Alterius

Ossis innominati partes 3.

Os Ilium.

partis

Os Pubis. partis dimidiata portio & ſuperior *Os* [a] *pubis* nominatur. Inferior altera *Os* [b] *Iſchium.* Ex iſtis tribus portionibus *prægrande* [c] *Acetabulum* efformatur, quod antrorſum verſus foramen pubis abruptum & interciſum eſt.

Os Iſchium.

Oſſis Ilei In iſtis Oſſibus quædam particulæ notandæ ſunt. Anatomici faciem externam Oſſis Ilium, *Dorſum* appellant; Superior interna cava, dici poteſt *Venter*, Extremitas dicitur Coſta, cujus margines tam externæ quàm internæ *labra* ſive ſupercilia vocantur: Ita ut unum ſit *internum*, alterum *externum*, Extremitas Coſtæ protuberans, juncta Oſſi ſacro, *ſpina* poſtica nominatur. Altera Extremitas [d] Coſtæ verſus acetabulum *ſpina antica & ſuperna.* Huic ſubjecta eſt altera, quæ antica & inferna ſpina dicitur.

Dorſum.

Coſta.

Labra.

Spinæ.

Oſſis Pubis propria, Oſſis Iſchij propria. In Oſſe Pubis *ſpina* obſervatur juxta Symphyſim prope ſummam ipſius, cum altero congenere commiſſuram. In Oſſe Iſchii *ſpina & Tuberculum* notantur. Tuberculum *Condylus* appellatur.

CAP. XXI.

De Oſſe Femoris.

Pedis partes. PEdes quemadmodum Manus in tres partes ſecantur, *in Femur, Crus, & extremum Pedem.*

Femoris oſſis Femoris eſt ſingulare Os, totius corporis maximum. Hujus *extrema duo* notanda ſunt, in ſuperiore extremo *Caput* [e] rotundum eſt, cui ſubjecta pars gracilior, *Cervix* dicitur. Ab ea Cervice *duæ Apophyſes* producuntur, quibus muſculi Rotatores affiguntur: Propterea *Trochanteres* dicuntur, Anterior, *minor Trochanter* [f] appellatur; Altera lateralis & ſuperior, *major* [a] *Trochanter.* Alterum Femoris extremum duobus [b] Condylis diſcretum eſt, relicta media [c] cavitate, quæ Apophyſim [d] mediam & eminentem Cruris admittit, viciſſimque Condyli Femoris [e] à cavitatibus Tibiæ [f] per ginglymum laxum excipiuntur. Hujus articulationis pars anterior vocatur *Genu*, pars poſterior dicitur *Poples.* Hanc articulationem firmat & roborat antrorſum *Patella* [g] Os parvum ſuperjectum, nec ulli Oſſi adhærens per articulationem.

Caput.

Cervix.

Apophyſes.

Connexio.

Genu.

Poples.

Patella.

a, T 2. f 3. C. * b, f 3. BB. * c, T 21. f 4. B. * d, T 2. f 4. aa. * e, T 21. f 1. dd. f 4. a. * f, f 1. gg. f 4. c. *

CAP. XXII.

De Crure.

Cruris oſſa duo. CRus ex duobus componitur Oſsibus, *Grandius* & internum *Tibia* [h] dicitur, *Gracilius* & externum [i] *Fibula.* Tibia per ginglymum articulatur Femori. Fibula ſoli Tibiæ adhæret, nec Femur attingit. Tibiæ & Suræ partes infimæ ac tuberoſæ, *Malleoli* dicuntur. Tibia *Malleolum* [k] *internum* conſtituit; fibula *Malleolum* [l] *externum.*

Tibia & Fibula.

CAP. XXIII.

De extremo Pede.

Pedis extremi partes ſunt PEs extremus dividitur in Tarſum, Metatarſum, & Digitos. Tarſus ſeptem conſtat Oſsibus, quæ *Ruffus Epheſius Oſtracodea* nominat, propter duritiem. Primum Os Tibiæ articulatum, *Aſtragalus* [m] *ſive Talus dicitur*: Aſtragalo ſubjectum Os, *pterna*, [n] ſive *Calcaneum.* Tertium Aſtragalo junctum,

Tarſus.

a, T 21. f 1. ff. f 4. b. * b, f 1. hh. f 4. ee * c, f 4. d * d, f 4. f. * e, f 1. hh. f 4. ee. * f, f 8. cc. * g, f 1. LL. f 8. d. * h, f 1. M. f 4. D. * i, f 1. N. f 4. E. * k, f 1. ii. f 4. gg. * l, f 1. KK. f 4. h. * m, f 5. A. * n, f 5. B. *

 ctum,

Metatarsus. ctum; *Schaphoides*, [a] *Naviculare* Quartum, cui committitur inferna & antica partio Calcanei, *Cuboides* [b] vocatur. Reliqua tria sunt innominata, vel *Calchoidea* [c] dicuntur. Tarsum sequitur *Metatarsus*, ossibus quinque [d] constructus. Respondet Manus Metacarpio.

Digiti. Metatarso succedunt Digiti [e] tribus Ossibus constantes, excepto majore Digito, qui duo tantum obtinuit Ossa.

Internodia Digitorum Pedis & Manus præsertim in adultis, opplent & roborant *Ossicula* quædam incerto numero, quæ [f] *Sesamoidea* dicuntur.

Ossicula Sesamoidea. In secunda articulatione majoris Digiti *duo sunt Ossicula* notatione digna, & satis magna, quæ semper in omnibus cadaveribus reperiuntur, & in fabricandis & extruendis adjungi & apponi debent. Sunt præterea *duo* ad originem gemellorum musculorum Pedis, *à Vesalio* commemorata, quæ tamen raro reperiuntur; ad *Sesamoidea* referri debent.

CAPVT. XXIV.

In quibus differant Ossa Viri, ab Ossibus Mulieris?

Quæ discrepant, sunt Ossa Viri & Mulieris in quibusdam partibus inter se discrepare primus animadvertit *Platerus*, quem sequutus est *Bauhinus*, sed eorum pace dixerim, multa proposuere discrimina, quæ non reperiuntur; quædam etiam omiserunt, quæ notanda erant. Utrumque singulatim exponam.

Substantia ossis. Verum est Ossa omnia Mulieris absolutè minora esse ossibus Viri, tam in pondere & crassitie, quam in longitudine; addit *Galenus* minûs esse dura sicut in

a, T 21. f 5. C * b, T 21. f 5. D. * c, f 5. EEE. * d, f 4. G. * e, f 4. * * f, T 21. f 6. *

omni

omni animalium genere, fœminarum Ossa molliora sunt Ossibus marium, quod ante *Galenum*, *ab Aristotele* propositum fuerat.

Ossa capitis. Capitis Ossa omnino sunt similia, neque pluribus aut paucioribus Suturis discreta; quamvis *Aristoteles* secus scripserit, nempe Mares plures habere Suturas quam fœminæ, quibus unica est in orbem. Maribus vero tres Suturæ ad summum verticem in trianguli speciem conveniunt, *c. 7. lib. 1. de hist. Animal. & c. 7. lib. 3. ejusd. operis*, atque *cap. 7. lib. 2. de part. animal.* Frequentius tamen in Mulieribus Sutura [a] sagittalis occurrit ad summas usque Nares delapsa, Os [b] Frontis medium intersecans. *Sutura.*

Falsum est quod retulit *Aristoteles*, [c] *Dentes* Maribus plures quam Fœminis inesse, ut in genere hominum, ovium, suum, caprarum patet. *Dentes.*

Larinx. Larinx [d] (si Ossibus annumerari debeat) in Muliere minor est, minusque [e] Thyroides cartilago extuberat.

Thorax. Thorax [f] Mulieribus anteriore parte nonnihil depressus, nec ita elatus ut in Viris; quæ conformatio ad commodiorem Mammarum sedem facta fuit.

Clavicule. Clavicule [g] Mulieribus minus incurvatæ apparent, ad colli & pectoris venustatem.

Sternum. Sternum [h] iisdem parte inferiore latius est quàm Viris, eaque parte sæpe manifesto foramine pertusum existit, quin etiam Os infernum cui dependet Cartilago [i] Xyphoidis, in modum Lunæ crescentis fissum est, & cum ipsa Cartilagine Xyphoide foramen amplum efformat, ad egressum Mammariæ internæ.

Costarum cartilagines. Falsum est Costarum [k] Cartilagines quæ Viris

a, T 15. f 3. b b. * b, T 15. f 3. A. * c, T 15. f 6. m n o. * d, T 13. ad f 10. * e, f 8. A * f, T 10. * g, T 21. f 1. B. * h, T 10. f 2. A A. * i, f 2. B. * k, f 2. C C. *

circa 40. vel 50. annum Ossea evadunt, puellis ubi mammillæ primùm excreverunt, osseas quodammodo fieri, quod verum est in Mulieribus senescentibus.

In mammosis Mulieribus Thorax angustior est, ac ferme acuminatus, propter molem & pondus Mammarum.

Dorsum. Dorsi pars elatior supra Lumbos posita, non apparet retrorsum in Mulieribus magis inflexa quam in Viris.

Os Sacrum. Os [a] Sacrum in Mulieribus magis ad externa curvatum, brevius est, sed latius quam in Viris.

Coccyx. Coccyx [b] non *Galeni*, sed Recentiorum mobilior est, nexuque laxiore adstrictus, atque retrorsum magis incurvatus, scribit *Gal. lib. 1. de Semine.*

Nates. In mulieribus Nates latiores, & ex *Aristotele, lib. 4. de hist. animal.* Mulieres sunt robustiores in partibus inferioribus: Ideoque *Ossa Ilium* [c] ut plurimum sunt ampliora, sed amplitudo extrorsum magis educitur; quo fit ut Ossa Ilium extrinsecus magis excavata sint.

Hisce Osium latitudinibus tanquam fulcris Uterus Fœtu gravidus inititur, & tanquam in ephippio residet. Eleganter *Gal. l. 14. de Vsu partium*, istorum Osium cum Osse Sacro coalitum & concursum, vocat μεγάλω ὀστέινω ψαλίδα, *Magnum Osseum fornicem.* Foramen ovale angustius est, ut portio Osis pubis juxta Symphysim latior sit. Osis vero pubis Spina juxta Symphysim cum altero congenere in Muliere productior est, & extrorsum vergit.

Ossa Ischij. & pubis. Ischii [d] infernæ partes sive tuberositates longiore intervallo distant. Osium [e] pubis commissura cartilagine duplo crassiore & molliore oppleta est, atque hæc commissura breviore linea perficitur, ut instante partu emollitâ, & laxatâ cartilagine intermediâ, Ossa pubis de hiscant.

Ossa pubis laxari in partu.

Spatium quod ab Osse Sacro cum Osibus Ilium juncto, & Osibus pubis inter se copulatis concluſum est, Mulieribus amplius est quam Viris; ne egressus angustia & arctitudo, Fœtus perhanc viam prodeuntis exclusionem impediret. Reliquorum Osium *in Artubus* consimilis structura observatur.

a, T 2. f 5 & 6. * b, f 5 & 6. b c. * c, f 3 & 4. A. * d, f 3 & 4. B. * e, f 3 & 4. C. *

CAPVT XXV.

De numero Ossium corporis humani.

Ossa corporis humani NUmerus Osium apud Anatomicos incertus est. *Vesalius* 307. humani corporis Ossa constituit. *Galenus libro de Ossibus*, Ossa 242. enumerat. Sunt autem in perfecti hominis Sceleto 256. necessaria Ossa ad ejus structuram, ex hac enumeratione: Capitis sive Cranii 8. Maxillæ superioris 11. Maxillæ inferioris 1. Osis Hyoidis manifesta 3. Dentes 32. Spinæ 24. vertebræ Osis sacri 3. Coccygis 3. Claviculæ 2. Costæ 24. Sterni 3.. Manus utriusque in quatuor partes divisæ, sunt 62 Ossa. Omoplatæ 2. Brachia 2. Cubiti 4. Carpi utriusque 16. Metacarpii utriusque 8. Digitorum omnium 30. Pedis utriusque divisi in quatuor partes, numerantur Ossa 62. Nempe Ossa Ilium 2. Femora 2. Tibiarum 4. Rotulæ 2. Tarsi 14. Metatarsi 10. Digitorum 28. *sunt*

Præter isthæc Ossa, ex quibus compingitur Sceletum, sunt alia 18. Ossicula manifesta: In utroque pollice Pedis sunt quatuor Sesamoidea, in Capite gemellorum utrimque 4. Reliqua Sesamoidea sunt adeo exigua, ut pereant, & evanescant in ebullitione Ossium, ad effingendum Sceletum.

Sunt etiam in unaquaque Aure tria Officula, quæ
256. seorsim cum Sesamoideis servari debent, nec ingrediuntur structuram Sceleti, ut Sesamoidea Pollicis, quæ subtus applicari debent primæ articulationi Pollicis. Itaque si jungas primum numerum cum secundo, reperies *256.* Ossa in humano corpore.

CAP. XXVI.

Osteologia Infantis usque ad septennium.

Doctrina hæc

CUm animadverterem Infantis Ossa ab ortu usque ad septennium, plurimum discrepare ab Ossibus adultorum, *tam numero, quam figura*, & potissimum Epiphysiωn multitudine, atque Apophyseon defectu, Operæ pretium duxi adulti Hominis Ossibus, Infantis Ossa subjungere, ut discrimen illud evidentius innotesceret. Hæc enim comparatio multum lucis adferet ad componenda dissidia, litesque inter Anatomicos exortas, quinetiam multum conferet ad enodandas difficultates quas *in Galeni Osteologia* passim offendes.

antiqua est

Hanc Osteologiam *Galeno* cognitam fuisse manifeste patet, ex variis *apud eundem* locis, in quibus Infantis Ossa declarat: *libro de formatione Fœtus*, Caput Infantis describit: *libro primo de Semine*, de Dentibus Infantis agit. Ipsemet *Galenus* montes adibat, ut Infantes feris expositos perquireret. Sed ante *Galenum Hippocrates* hujus Osteologiæ diligens, ac studiosus observator fuit, ut testantur divina monumenta *de Natura pueri, de Dentitione.*

&

Summe utilis.

Hujus autem doctrinæ summa est utilitas, non tantum in educatione Infantium, verumetiam in prava partium conformatione corrigenda, quæ ex imperitia Obstetricis aut Nutricis contracta fuerit. Videmus

mus quotidie innumeros Infantes nasci *Capitones*, *uti patet* *Gibbosos, Varos, Valgos, Scauros, Compernes*, tandemque *claudos* fieri, cum ambulare incipiunt: quæ vitia ac deformitates in ea ætate, quæ mollia ac cerea habet Ossa emendari possunt. Ille vero perite & recte emendabit, qui naturam & constitutionem ejusmodi Osium notam & exploratam habuerit.

ex Galeno.

Eleganter *Galenus, libro de causis morb. cap. 7.* Deformitates Osium quæ pueris evenire solent, describit. *Figura*, inquit, *naturalis membrorum, totiusque corporis permutatur, vel in Utero, vel in egressu Uteri, vel post partum. Depravatur in Utero matris dum vitiata est Fœtus formatio, ob materiæ ubertatem, aut qualitatem minus aptam. Depravatur in egressu Uteri, dum ab Obstetrice puellus non recte excipitur, atque Uteri latibulis emersus, dum ab eadem Obstetrice, non recte neque rite fasciis involvitur. Postea cum à Nutricibus sine modo attollitur, aut reponitur, aut gestatur, dum lactatur, & dum lavatur, aut fasciis alligatur. In hisce omnibus, nisi quis Infantem commode tractaverit, facile uniuscujusque membri natura evertitur atque corrumpitur. Quod etiam accidit ex motibus perperam factis, dum ante tempus, aut stare, aut ambulare permittitur, aut vehementioribus motibus exponitur. Nam intempestivi & vehementiores motus labefactant artus, ac in quam minime decet partem circumagunt. Crura enim ex ipsa innitentium corporum gravitate, aut ad exteriora, aut ad interiora vertuntur. Quibus autem rectiora sunt, quam naturæ conveniat, blæsa fiunt magis, quibus curviora efficiuntur, Rhœba, vocatur blæsum quod ad exteriora, vertitur, Rhœbum quod in contrariam partem. Thoracis partes plerumque à Nutricibus invertuntur, dum ipsas in prima educatione nimium arcte vinciunt. Hoc apud nos quotidie fieri intuemur in Virginibus, quibus dum student Nutrices augere ea, quæ sunt circa Coxas ac Ilia, ut hac magnitudine*

Thoracem exuperent, vittis quibuſdam totum comprehendunt, atque omnes ſcapularum ac Thoracis partes vehementius ſtringunt, ac comprimunt. Quo fit, ut cum ſæpe non æque omnes intendantur, aut pronum in partem anteriorem reddatur pectus, aut poſteriores partes, quæ ad Spinam pertinent, gibbæ efficiantur. Nonnunquam accidit, ut veluti perfractum atque ad latus adductum fiat dorſum, ita ut altera ſcapularum non aucta, ſed parva ac valde compreſſa appareat, altera vero prominens tumidaque ac omnino major.

Videtis ex *Galeno*, quibus miſeriis & deformitatibus Infantes ſint obnoxii, ex prava Oſsium conformatione, quæ poteſt corrigi in ea ætate, quæ Oſſa habet cerea, flexilia, parata quam volueris formam ſuſcipere.

Hippocrate. *Hippocrates libro de ſeptimeſtri partu*, rationem reddit, cur Fœtus naſcantur cæci, claudi vel aliter male conformati, *quæcumque vero Mulieres plures pueros pepererunt, & aliqua ex parte claudi prodierunt, aut cæci, aut quidpiam aliud male habentes, ajunt in ejuſmodi puero octavum menſem difficilius trāſegiſſe, quam quando peperunt eos, qui nihil pravum haberent. Embryon enim mancus in octavo menſe vehementer ægrotavit, ita ut abſceſſum morbus fecerit, quemadmodum in morbis validis virorum contingit. At vero quicumque Embryones alio tempore vehementer languerint, ægrotaverintve, potius pereunt, quam abſceſſum patiantur.* Hactenus ex Hippocrate. *Ariſtoteles, ſect. 10. probl. 40.* ſcribit in utero magis lædi homines, quod tenuioribus cruribus præditi ſint.

Ariſtotele.

Medulla oſſium cruenta. Infantis Oſſa grandiora ſunt excavata, medullamque cruentam, ſive ſuccum medullarem continent, exactis ſex menſibus albeſcit medulla. Perioſtio velata ſunt, & in extremis cartilagine incruſtata.

Extrema Oſsium ferme ſunt Epiphyſes. Paucæ tunc

Epiphyſes oſſium. tunc emergunt Apophyſes, atque magnus eſt Epiphyſeon numerus, ut accedat ad tercentum & triginta unam, authore *Ingraſsia*. Sed illam ſupputationem inanem puto, nec adhuc multum anxius & ſollicitus fui, in expendendis ac dinumerandis Epiphyſibus.

Obſervavi nullum Os extare grandiuſculum aliquatenus oblongum, quod Epiphyſi non terminetur. Epiphyſes autem omnes Infantibus ſunt cartilaginoſæ, paulatim ſolideſcunt, & in Os durantur. Durities illa non incipit ab Oſſe cui connectitur, ſed à Centro ubi primò Oſſeam & ſpongioſam acquirit ſubſtantiam, quæ ſenſim incrementum ſumit ab interiore parte ad exteriorem, ſive à Centro ad circumferentiam. Extrinſecus vero Epiphyſes ſicceſcunt & dureſcunt, calore per motum & articulorum attritum pueris ambulantibus excitato.

Quomodo dureſcant?

CAP. XXVII.

De Capite.

Suturæ capitis. SUturæ *Capitis* ſunt potius *Harmoniæ*, quia ſimplici linea diſcernuntur Oſſa Cranei, ſine mutuo Dentium inſtar ſerræ duplicis commiſſorum ingreſſu. Compages illa laxa eſt, ut craſſam meningem ſinat effluere, ad formandum Pericranium, cujus propagatio in puerulis perquirenda. *Sagittalis Sutura* ſemper excurrit uſque ad intercilium Narium, raro per medium Occipitis deſcendit ad ſpinalis medullæ foramen. *Coronalis* in vertice, hiatu quodam membraneo, & Rhomboide interciſa eſt, quâ parte pulſatio Cerebri viſu & tactu percipitur. Hic locus vulgo [a] *fontanella* dicitur.

Sagittalis.

Coronalis.

Fontanella.

Os temporale cum duabus partibus contextum ſit

a, T15. f4. C. *

32

ſquam-

squammosâ & petrosâ, partes illas linearis harmonia discriminat, quæ tamen non est exarata supra Auris foramen, sed ultra prædictum foramen, inter mastoidem Apophysim.

Ossium Cranij crassities.

Ossa Cranij tenuissima sunt, nec in iis duas tabulas, sive laminas, interfusamque Diploem observare licet, nisi anno elapso. Inter Ossa disparilitas est, quippe *Ossa Occipitis*, sunt omnium tenuissima, contra quam in adultis. Cæteris crassiora cernuntur *Ossa frontis*. Ad concursum Sagittalis & Coronalis Suturæ *hiatus* [a] *Rhomboides* intercedit, qui membrana crassâ & durâ occluditur; quæ successu temporis Ossea fit.

Os Frontis.

Os Frontale [b] semper geminum existit sine ulla cavitate sinuosa. *Occipitis Os* in pueris nuper natis, ut plurimum ex quatuor partibus conflatur usque ad annum. Prima est tota & superior Ossis amplitudo, quæ Cerebellum ambit & amplectitur: hæc portio raro bipartita est: Attamen in apice *scissura* quædam notatur, ex Sagittali eo usque producta. *Secunda & Tertia* portio latera foraminis spinalis Medullę efformant, & mediam coronon Occipitis partem. *Quarta* in extremitate hujus Ossis posita, secundæ & tertiæ parti interjecta, portionem magni foraminis constituit, hanc partem nondum observavi. Vnaquæque Coronæ Occipitis, transversâ lineâ intersecta est, quasi duplex esset. *Bregmatis Ossa* [c] ad concursum Sagittalis & Coronalis suturæ, hiulca & imperfecta sunt, ratione *fontanellæ*. [d]

Os Occipitis.

Ossa Bregmatis.

Ossa Temporum.

Ossa Temporum in duas partes, *squammosam & petrosam* manifeste separantur. Ossis petrosi nondum apparet *Epiphysis Styloidis*, neque *Apophysis Mastoidis*, sola

a, T8. f4. C. * b, T8. f4. AA. * c, T8. f4. BB. * d, T8. f4. C. *

Zygo-

Zygomatica cernitur: sed pars illa Petrosi Ossis, foramini Auris subjecta basim Cranii constituit, Sphenoidi proxima & finitima *Lithoides* à nonnullis vocatur, *Auricularis* dici potest, quia totam Auris structuram comprehendit. In pueris *Epiphysis* est, quæ facile secernitur, quod in Craniis brutorum animalium etiam adultorum semper observavi, in quibus tamen aliter constructa est.

Epiphysis eorum.

in quâ

In hac Epiphysi Auriculari multa veniunt observanda. *Meatus auditorius* totus est cartilaginosus, circa quintum aut sextum mensem, Osseam naturam acquirit quamvis ad septimum usque mensem separari queat, sed in basi hiulcum, ac veluti fenestratum usque ad tertium annum, & amplius perstat.

Auris meatus.

Intus progrediendo in extremitate hujus Meatus, *Circulus* [a] adest Osseus, cui Tympanum orbiculatim affigitur, hic etiam facile secernitur. Sed ubi meatus Auditorius obduruit, tã arcte Osseus circulus agglutinatur, ut postea sit insepar abilis. *Auris cavitates* [b] sunt admodum angustæ, nec labyrinthi structura admirabilis, veluti in adultis inspici potest, sed quod magis mirandum est, *Auris Ossicula tria*, [c] *Malleolus*, [d] *Incus* & [e] *Stapes* ab ortu usque ad ex tremum vitæ senium, sunt ejusdem substantiæ, magnitudinis ac formæ.

Circulus osseus.

Cavitates.

Ossicula tria.

Sphenoides Os in quatuor partes sectum est, authore *Fallopio*, quarum *duas* constituunt *Pterygoidei processus*. *Tertia Sella* Glandulam pituitariam excipiens. *Quarta pars* Visoriis nervis destinata, quæ portiones non longe post nativitatem coalescunt, sed male *Fallopius* divisiones illas Sphenoidis descripsit: Nam tertia *Sellam equinam*, & Apophyses Visoriis nervis destinatas

Os Sphænoides.

a, T8. f5. * b, T8. f7 & 8. * c, T8. f6. A. * d, T8. f6. B. * e, T8. f6. C. *

com-

comprehendit. *Quarta vero* infra ſellam equinam protenditur ad Coronas Occipitis, eaque diviſio conſpicua manet, uſque ad duos & tres annos. In hoc Oſſe nullę ſunt cavitates ſinuoſæ; *Os Ethmoides* totum eſt cartilaginoſum, *ſeptum Narium* primo fit Oſſeum, & longe poſt reliquas partes induratur.

Oſſa orbitæ oculorum.

In orbita adultorum ſex Oſſa notantur, *Zygomaticum, Sphenoideum, Frontale, Ethmoideum, Lacrymale, & Maxillare*, cujus portio, quæ ingreditur orbitam illiuſque Pavimentum conſtituit in pueris, Suturâ quâdam undique ſecernitur, quæ uſque ad biennium & triennium ſpectatur.

Maxilla ſuperior.

Maxillæ ſuperioris lineæ, ſive harmoniæ, adultorum harmoniis ſimiles ſunt: *ſciſſura* quędam apparet ab ora infernæ orbitæ incipiens quæ mox ceſſat in foramen ſubjectum. In principio palati *tranſverſa linea* cernitur, quæ ab uno inciſore dente ad alterum porrigitur, quatuor inciſores comprehendit. Quod ſpectat ad Oſſa, reſpondent adultorum Oſsibus, in figura, numero, & ſitu. *Maxillare* Os non eſt ſinuoſe excavatum. *Alveoli dentium* ſunt membranâ tecti ac veluti occæcati.

Inferior.

Inferior a *Maxilla* in medio ubi mentum eſt ſciſſurâ ſeu harmoniâ dirimitur, propterea duabus conſtat partibus, quæ biennio exacto, in Os unum coaleſcunt.

Dentes.

Dentes in Utero cum reliquis partibus generantur, ſed intra maxillares Alveolos numero continentur, quam in adultis, ſunt enim *viginti, in unaquaque Maxilla decem*, quorum *quatuor ſunt Inciſores, duo Canini, & ſex Molares*, Omnes radicibus carent.

Non incipiunt ex alveolis emergere perforatis gingivis, niſi ſeptimo menſe, interdum ocyus, ſi lac

a, T8. f4. D. *

nutri-

nutricis calidum fuerit. Pauci naſcuntur exertis dentibus, ut *Cneus Papyrius Carbo, & M. Curtius, Dentatus* cognominatus. Erumpunt autem non ſimul omnes, ſed alternatim biennii ſpatio, celerius ſuperiores quam inferiores prodeunt, & primum Inciſores, deinde Molares duo, poſtea Canini, quorum exortu pueri acerbiſſimè vexantur.

Quo tempore erumpant?

Cum viginti dentes obtinuerunt, tum omnes poſſidere perhibentur, nec plures emergunt, niſi circa tertium aut quartum annum.

Verum, cum Anatomici tantum viginti Dentes in Maxillis contineri memorant, ubi reliqui octo vel duodecim Dentes reſideant non explicant, neque veriſimile eſt nova Dentium ſeminaria, ſive germina formari & ſuccreſcere, cum omnes Dentes formati, intra alveolos deliteſcant. Obſervavi reliquos Dentes quatuor vel ſex Maxillæ ſuperioris in extremis partibus ejuſdem Maxillæ ſub Zygomate reconditos eſſe. Dentes vero quatuor aut ſex Maxillæ inferioris in extremis partibus ejuſdem Maxillæ, prope Apophyſes coronas veluti puncta deliteſcere; quoniam utriuſque Maxillæ ſpatium anguſtius eſt, quam ut queat viginti octo Dentes, aut triginta duos comprehendere.

Molares poſteriores ubi reſideant?

Nec erumpunt illi octo, vel duodecim Dentes, niſi amplificatæ fuerint Maxillæ, quod accidit exacto quadriennio. Sed contra naturam aliorum Dentium, ad ultimum vitæ terminum ſubſiſtunt, nec evulſi, aut excuſſi renaſcuntur, ut alii viginti prius commemorati.

Quando emergant?

Quorum *generatio duplex eſt, Vna in Vtero; altera extra Vterum.* Nam in Utero cum reliquis partibus formantur Dentes, ſed imperfecti. Intra ſingulos alveolos continetur *muccoſa & duriuſcula ſubſtantia folliculo albo*

Quomodo generentur Dentes?

34

lo albo membraneo concluſa, quæ paulatim ſiccelcens, cum oſſeam naturam adepta eſt, perforat acumine ſuo gingivam, ad egreſſum. Folliculus vero ipſi alveolo orbiculatim agglutinatur, ac veluti glutine Dentem ſiſtit atque retinet. *Altera vero Dentis portio veluti radix*, intra alveum tum latitans, mollis adhuc & muccoſa remanet, ut in pennis avium & corallo cernitur. Sed Dentibus magis ac magis erumpentibus, ſenſim obdureſcit, & excavata in radices binas vel tres finditur.

His Dentibus intra ſingulos alveolos ſubjecta eſt, ac veluti ſubſtrata, *ſeminalis altera Dentium materia*, intercedente membrana ab altero Dente ſecreta, quæ dum robore Formatricis facultatis agitatur, ac veluti fermentatur, à novis ac ſuppullulantibus Dentibus primores expelluntur. Hæc ſecunda materia Dentium mediano ſepimento diſcluſa, quoſdam Anatomicos decepit, qui rati duabus Partibus Dentes conſtare, illam Dentis partem exſertam, Epiphyſim radici adnatam eſſe dixerunt: Propterea Dentes in pueris radicitus neutiquam evellendos, ſed tranſverſim effringendos eſſe decreverunt, *Veſalius & Columbus*; quaſi ex eodem radice novus Dens ſuccreſceret, qui non poteſt amplius regenerari, exſtirpata radice. Rectius, meo judicio, *Celſus* ſcripſit, ex eadem radice in pueris novum Dentem ſubire, qui multo ſæpius priorem expellit, interdum tamen ſupra, infrave eum ſe oſtendit.

Hyoidis pars media.

Hyoidis media pars, totius Oſsis baſis, eſt Cartilaginoſa, ſed quam primum Oſſea evadit, latera aliquamdiu manent Cartilaginoſa.

CAP.

CAP. XXVIII.

De Spina & Thorace.

SPina *viginti quatuor Vertebris* conflatur, dempto Oſſe Sacro; omnes unius anni ſpatio *tripartitæ* [a] ſunt, exceptis duabus primis Cervicis. *Prima pars* Vertebræ corpus conſtituit, *reliquæ duæ* foraminis latera efformant, neque proceſſus emittunt. *Fallopius* primam Colli vertebram vidit in pueris ex quinque partibus conſtructam, in aliis ex tribus tantum. Quando quinis partibus conſtabat, *Prima pars erat*, quæ loco corporis cum Dente Pyrenoide ſecundæ Vertebræ colligatur; *Secunda & tertia*, laterales erant, in quibus tam inferiores quam ſuperiores cavitates articulatoriæ inſculptæ ſunt; *Quarta & quinta pars*, reliquum foramen perficiebant. *Secunda Colli Vertebra* præter tres partes reliquis communes, quartam adepta eſt, nempe Epiphyſim eminentem & exertam, quæ *Dens*, & *Pyrenoidis* appellatur.

Spinæ vertebræ.

Obſerv. Fallopij.

In omnibus vertebris poſtica pars [b] acuta & Spinoſa, omnino cartilaginoſa exiſtit, deinde Oſſea fit, & appendicis modo reliquis partibus agglutinatur. Proceſſus quoque tranſverſi, ſunt cartilaginoſi, ſed mature Oſſeam naturam acquirunt.

Os Sacrum [c] quinis Vertebris extructum eſt, quæ multa cartilagine interiecta, ut in omnium Vertebrarum conjunctione ab invicem ſecernuntur; poſtica acuties Spinoſa, tota eſt cartilaginoſa, qua parte inter duas Vertebras magis unitas intercedit.

Os ſacrum.

Singulæ autem Vertebræ tribus conſtant partibus, ut omnes Spinæ vertebræ. *Coccygis Os* totum eſt cartilaginoſum, & indiviſum, ſuccedente ætate in tres vel

Os Coccygis.

a, T8 f9. ABC. * b, T8. f 11. * c, T8. f 12. B. *

qua-

quatuor partes ſecatur, quæ remanent cartilaginoſæ uſque ad ſeptennium.

Coſtarum extremitates [a] ad Dorſum articulatæ, ſunt cartilaginoſæ, mature tamen ſolideſcunt.

Sternum. *Infantium Sternum* [b] prima generatione totum eſt cartilaginoſum, ac prorſus continuum, nullaque linea diſtinctum; Ubi autem in Os formari incipit, celerius Oſſium ſpeciem ſuperiores, quam inferiores, & mediæ ſecundum longitudinem citius quam extremæ partes aſſumunt. Unde fit ut cartilagine unde quaque comprehenſæ ejuſmodi Oſſeæ partes, quaſi plurium in tabula nodorum ſpeciem præ ſe ferant.

Quando autem Fœtus in lucem editur, inferiores Sterni partes adhuc cartilagineæ ſunt, & diviſionem nullam habent. Deinde eo modo, quo expoſui Oſſeæ evadunt, ac tandem ad ſummum ſex particulas tranſverſa linea, à Coſtarum cartilaginibus protracta inciſas, Sternum obtinet, quibus etiam annumerari debet illa quæ mucronatæ Cartilagini præeſt.

Obſerv. Fallop. *Fallopius in Obſervationibus*, Octo Oſſa puerulorum Sterno tribuit, quæ mox ad Septenarium numerum reducuntur, duobus ultimis in unum coaleſcentibus, poſtea pauciora fiunt, ut ſex tantum appareant uſque ad ſeptennium: ſed ultra hunc ætatis terminum, raro ſex permanent, quamvis aliter ſentiat *Fallopius*, pauciora ſemper obſervavi.

Vnio oſſium ſterni ex Fallopio. Unionem Oſſium ſic deſcribit *Fallopius*, poſt ſeptennium Oſſa Sterni conjunguntur, & ſenſim pauciora fiunt: Ita ut ſex tantum appareant uno facto Oſſe, ex quarto & quinto, & alio ex ſexto & ſeptimo. Præterea hac unione magis creſcente quatuor tantum reperiuntur Oſſa, facto coalitu inter tertium, quartum, quintum, ſextum & ſeptimum, ex quibus unum ad extremum Os reſultat, &c. De Sterno Infantium legendus *Sylvius, Comm. ad c. 2. lib. Gal, de Oſſibus.*

a, T8. f 10. & 11. * b, f10. A *

CAP. XXIX.

De artubus Superioribus.

Scapula. IN Omoplata *Apophyſes & Epiphyſes* ſunt cartilaginoſæ, *Cervix* quoque cum cartilagine Glenoide ejuſdem eſt naturæ: *Coracoidis eminentia* eſt Epiphyſis, *Acromium* tanquam Os ſeparatum non apparet, eſtque Apophyſis multa cartilagine incruſtata & terminata, quæ poſt tres aut quatuor annos exſiccata, in Epiphyſim Oſſeam commutatur, dictam *Acromium*, quale deſcriptum eſt ab *Hippocrate & Galeno*, tandem Epiphyſis illa in Apophyſim degenerat.

Humerus. *Humeri Appendices* [a] in utroque extremo ſunt cartilaginoſæ, paulatim indurantur & oſſeſcunt, ſimiliter *trochlea* inferioris humeri cartilaginoſa exiſtit, ſed celerius quam ſuperiores partes in Os vertitur. Cubiti pars ſuperior *Olecranum* dicta, Epiphyſis eſt, poſt annum dureſcere incipit, & Oſſi agglutinatur.

Carpus. *Carpi Oſſa*, [b] dum Fœtus naſcitur, ex una cartilagine conflantur, poſtea fiunt Oſſea, & à ſe mutuo diſtinguuntur: ſed primo ſpongioſa fiunt, ut reliqua Oſſa, quæ ex cartilaginibus Oſſea redduntur. Octavum Carpi Os ultimum fit Oſſeum.

Metacarpium & Digiti. Oſſium [c] Metacarpii & Digitorum extremitates ſunt appendices cartilaginoſæ, quæ ante annum indurantur.

CAP. XXX.

De artubus Inferioribus.

Ilium oſſa. ILium Oſſa in pueris uſque ad ſeptennium, *tribuspartibus* compacta ſunt, quibus veteres nomina pro-

a, T8. f13. ab. * b, T 8. f 13. c. * c, T 8. f 13. d. *

propria indidere. *Prima pars*, [a] comprehendit amplitudinem illam, quæ ad medium acetabulum exporrigitur. *Reliqua pars* anterior bifariam æqualiter secatur, traducta linea per fissuram illam acetabuli trans foramen Ovale, usque ad latus foraminis, quod cum Osse congenere committitur, ut symphysim Ossium pubis constituat. Hujus divisionis pars superior [b] *Os pubis* dicitur, Inferior *Os* [c] *Ischium* vocatur. *Cavitatis* cotyles labia sunt cartilaginosa.

Pubis ossa.

Ischij ossa.

Femur. *Femur* [d] parte superiore tres emittit appendices, nempe *Caput & duos Trochanteres*, quæ quidem Epiphyses aliquandiu manent cartilaginosæ. Pars Femoris inferior geminis tuberibus extumescens, Appendix est cartilaginosa.

Patella. *Patella* in principio tota est cartilaginosa, diuque talis permanet, deinde Ossea evadit.

Tibia & Fibula. *Tibiæ & Fibulæ Ossa* nihil variant ab Ossibus adultorum, nisi in appendicibus, tam supernis quam infernis, quæ sunt cartilaginosæ, deinde durescentes usque ad decimum annum, & ultra separatæ manent.

Tarsus. *In pede omnia* [e] *Tarsi Ossa* ad plures menses cartilaginosa sunt, excepto Calcis Osse, quod intus Osseum, foris multa cartilagine obvolvitur.

Sesamoides. *Sesamoides* permanent ad ætatem quasi consistentem cartilaginosa, duobus exceptis, quæ in Pede sub Pollicis primo articulo reperiuntur: hæc non longe ab ortu obdurescunt, sensimque Osseam naturam acquirunt.

a, T8. f12. CC. * b, T8. f12. DD. * c, T8. f12. EE. * d, T8. f14. a b. * e, T8. f14. c. *

CAP.

CAP. XXXI.

De numero Ossium.

Numerus ossium infantis

NUmerum Ossium in pueris & infantibus quadruplicem proponit *Ingrassias*. *Primus* continet 237. *Secundus*, trecenta quadraginta quinque. *Tertius* complectitur 259. *Quartus* 192. Sed hunc postremum numerum puto commentitium, necdum assequor quid intellexerit *Ingrassias*.

Primus Istos autem numeros sic comprobat. In adultis reperiuntur Ossa 305. In Capite 70. videlicet octo Cranii, Maxillæ superioris duodecim, inferioris unum, Aurium sex, Dentes triginta duo. Adde Ossis Hyoidis undecim Ossicula, quæ omnia simul juncta efficiunt septuaginta. Truncus comprehendit 67. sunt vertebræ 24. scapulæ duæ, Iugula duo, Sterni Ossa tria, Ilium Ossa duo. Hæc simul copulata efficiunt sexaginta septem. Quod si Sacrum ex quinque, & Coccyx ex tribus constent, ut sæpius accidit, tunc erunt duntaxat 66. In ambabus manibus numerantur 84. (additis 24. Sesamoideis) in ambobus pedibus 48. pariter adjectis 24. Officulis Sesamoideis. Ex quibus resultat numerus totalis Ossium 305. Ex isto numero tolle 32. Dentes, qui nondum apparent in Infantibus, remanebunt 273. Quamvis enim Dentes formati intra gingivas latitent, quia tamen nullus adhuc emicat, nondum Ossibus accenseri debent.

ubi 273.

Secundus In examine *secundi numeri*, ita procedit. Totius Spinæ atque Ossis sacri vertebræ in Infantibus in tres partes sectæ sunt, excepta secunda, quæ quadripartita est ratione Dentis Pyrenoidis. Ilium Ossa tripartita sunt, Sternum in octo divisum, Maxilla inferior gemino constat Osse, Frontale Os duplex.

ubi 345. His omnibus diligenter expensis & subductis, invenies 72. Ossa, addenda Ossibus 273. atque numerum habebis 345. Ex quo numero si demas Ossa, quæ potius merentur nomen cartilaginis quam Ossis, cujusmodi sunt Carpi Ossa 16. Tarsorum 8. Coccygis *Tertius. ubi* 259. 4. Sesamoidea 48. Utramque Patellam, Hyoidis 8. semper tribus Ossiculis remanentibus, quæ omnia sunt numero 86. remanebunt ergo 259. In istis numeris appendices non comprehenduntur 351. quas si *Vltimus.* addideris cum 345. Ossibus, Infantis corpusculum *ubi* 676. 676. Ossibus constabit.

Finis Libri primi.

JOAN-

JOANNIS

RIOLANI,

Profeß. Regii,

ENCHEIRIDII ANATOMICI ET PATHOLOGICI

LIBER II.

CAP. I.

Generalia Præcepta quæ prænoscenda Anatomico.

CUm ex *Aristotele cap. 1. lib. 1. posterior. analyt.* Omnis doctrina, omnisque disciplina, quæ ratione & intelligentia constat, ex antecedente cognitione perficiatur, cumque *Tullius lib. 1. de natura Deorum*, monuerit, sine ista præcognitione nec intelligi quiddam, nec quæri, nec disputari: Priusquam operi Anatomico me accingam, generalia quædam præcepta præmittere operæ pretium duxi, quæ sint totius Operis Anatomici fundamenta, & quæ nostris narrationibus magnam lucem adferent.

Corpus humanum considerator ab Anatomico, quatenus pluribus partibus extructum est, quas membratim examinat, & diligenti sectione in minimas partes dividiti Compagem totius corporis, *ἁλομελίω* dictam *ab Hippocrate*, in vivente constituunt *Continentia, Contenta, & Impellentia, id est Partes, Humores & Spiritus.* *Corpus ut considerat Anatomicus.* *Ejus partes tres.*

Pars solida quotuplex?

Sed in administratione Anatomica Hominis mortui, rejectis spiritibus, & humoribus, quorum speculatio pertinet ad *Physiologiam*: solæ partes solidæ considerantur, quæ sunt, vel *elaboratoria*, vel *conceptacula Humorum & Spirituum*, *vel instrumenta ad motum*, qui præcipuam animalis constituit actionem, & cujus causa existit. Partes autem solidæ, sunt vel *similares*, *aut dissimilares*: Similares dicuntur quia sunt simplicissimæ, ex quibus tanquam principiis dissimilares componuntur, Similares numerantur ab Anatomicis *Os*, *Cartilago*, *Ligamentum*, *Membrana*, *Villus*, *Vena*, *Arteria*, *Nervus*, *Caro*, *Adeps*, quæ ferme in omnibus compositis & dissimilaribus partibus reperiuntur, & ex quibus corporatura partium constatur. *Pili* & *ungues* sunt externæ partes excrementitiæ. Propterea prius scire debet Anatomicus quales sint partes istæ similares, ut in explicatione partium organicarum, dum earum structuram membratim perscrutatur, noverit fundamenta hujus structuræ.

Pars similaris quid?

Partium similarium numerus.

1. *Os*

Os igitur est pars corporis frigidissima, & siccissima, maximeque terrestris; ac proinde durissima, ut sit reliquarum partium fulcrum & munimentum.

2. *Cartilago.*

Cartilago est pars Osse minus dura, quæ in senibus alicubi in Osseam substantiam degenerare potest. Sunt autem cartilagines extremitatibus Ossium circumjectæ, & agglutinatæ ad conservationem extremitatum, & Ossium faciliorem mobilitatem. Quædam tamen separatæ reperiuntur, quæ corpus separatum ab Ossibus constituunt, cujusmodi sunt cartilagines Maxillæ inferioris, in articulatione Claviculæ in Sterno, Tibiæ in articulatione ad Femur: præterea cartilagines Laryngis & asperæ Arteriæ, aliæ mollibus partibus sunt substratæ, ut fulciant, quales in Naribus & Auribus.

3. *Ligamentum,*

Ligamentum, est pars colligans inter se Ossa, inter cartilaginem & membranam media, cartilagine quidem mollior, durior tamen membranâ.

4. *Membrana.*

Est autem *Membrana* sive *Tunica*, nil refert, pars mollis valde ductilis, sive dilatabilis, aliarum partium operimentum, vel alicujus rei conceptaculum, ut in Ventriculo, Vesica, Cysta fella, ideoque proprie *Tunica* erit, si cavum corpus constituat, liquorem excipiens, *Membrana*, si corpus solidum complectatur & ambiat.

5. *Fibra.*

Villus seu *Fibra*, est filamentum supra Membranam extensum, vel intertextum ad robur Membranæ, sive sit tegumentum sive conceptaculum. Pro vario situ supra Membranam, filamentum istud dividitur in *Rectum*, *Obliquum*, *& Transversum*, non solum ut mutuam sibi præstent operam, verumetiam ut ex illa intextura Membranam magis roborent; Ab unoquoque filamento sive villo, actio seorsim edi creditur, ut rectus villus attrahat, transversus retineat, obliquus expellat, quod tamen absolute dependet ab insita facultate partis, quæ ut habet dilationem violentam, sic habet spontaneam & naturalem contractionem ratione villorum.

6. *Vena.*

Vena, vasculum est membranosum, rotundum, atque fistulosum dicatum sanguini continendo, & deducendo per universum corpus ad nutritionem.

7. *Arteria.*

Arteria, est canalis ejusdem naturæ membranosæ, sed paulo durioris & crassioris, sanguini arterioso continendo & distribuendo quoquoversum destinatus, utriusque canalis, sive vasculi origo à Corde ex *Aristotele*, Medici vero venarum principium constituunt in Hepate, arteriarum in Corde.

8. *Nervus* — *Nervus*, est canalis spiritui animali vehendo comparatus, & quia spiritus ille subtilissimus est, ideo istius canalis cavitas adeo exigua est, ut sit inaspectabilis, aut nulla.

9. *Caro.* — *Caro*, in partibus organicis & dissimilaribus ubi Os deest, fundamentum est reliquarum partium, atque constituit præcipuam corporaturæ partem. Est autem Caro substantia mollis, crassa, ex sanguine solo, concreta, & percocta, si rubra fuerit, vel ex sanguine & semine formata, si candida.

Caro quotuplex? — Quadruplex carnis species in partibus observatur, *Viscerosa*, & *Musculosa*, utraque prærubra, *Membranosa & Glandulosa*, utraque candida; etenim viscerum substantia quælibet *Caro dicitur, sive parenchyma.* Substantia crassior quarumdam membranarum, quæ sunt conceptacula alicujus rei, quam sui corporis dilatione & contractione attrahere, retinere & expellere debent, *Caro etiam, vel substantia carniformis* nuncupatur, *Glandularum substantia* crassa, spongiosa carnis nomine donatur, sed præcipue carnis nomen meretur substantia musculorum.

10. *Adeps.* — *Adeps*, quamvis absolutis omnibus corporis partibus, & in grandiore Fœtu exoriatur, ipsisque partibus adnascatur: quoniam in compositione partium organicarum sæpius concurrit ad corporaturam effingendam, etiam inter partes similares à nobis annumerabitur. Est autem *adeps* tenuissima sanguinis portio, pinguis, & oleosa, è venis per teneritudinem tunicæ exudans, & circa membranas alias concrescens. Duplex est apud *Aristotelem* mollior, & externus, durior internus, id est, πιμελὴ & στέαρ.

Tres istas partes similares, *Os, Cartilaginem, Ligamentum* sub finem Anatomes, postquam demonstrati fuerint musculi, sigillatim à capite ad calces simul ostendemus in Cadavere: quoniam ita inter se sunt connexa, ut unum sine alio demonstrari nequeat.

Sed monitos velim omnes Medicinæ studiosos, ut ad inspectionem Cadaveris humani non accedant, nisi prius *Osteologiam* in aridis Ossibus humanis cognitam & exploratam habuerint: sic enim facilius intelligent, quæ in toto Anatomici Operis decursu demonstrabuntur, & alteram *Osteologiam* in Ossibus Cadaveris facillime comprehendent.

Reliquæ vero partes similares sigillatim demonstrabuntur in explicatione partium dissimilarium. Quoniam ex enumeratis partibus similaribus, nempe Osse, Cartilagine, Ligamento, Membrana, Villo, Vena, Arteria, Nervo, Carne & Adipe, corporatura, sive materialis substantia partium dissimilarium constituitur. Proinde in earum explicatione partes Similares sæpius nominari, & notari audietis, quamvis seorsim alicubi existant, nullo modo aliis junctæ & unitæ ad organum constituendum, sed secundum usus suos peculiares considerantur.

Organicæ partes quid? — Concurrunt autem simul & uniuntur inter se in partibus organicis, ut actionem edant, aut usum habeant, atque pro vario officio quod præstant, ad effectum actionis in quatuor ordines dividuntur. Nam in quolibet Organo est pars præcipua, *per quam fit actio.* Alia, *sine qua non fit actio.* Tertia, *per quam conservatur actio.* At in omni Organo pars præcipua debet esse Similaris, atque ipsi propria, qualis in alio Organo non reperiatur: sed pars ista Similaris sola non potest suam actionem edere, nisi ab aliis adjuta fuerit, ideoque necessarius est aliarum partium Similarium concursus & unio. Quapropter omnis actio mobilis parti Organicæ propriè & vere conveniet, nulla nisi alteratio Similari, cui extra compositionem

Or-

Organi, solus usus competit, quem tamen confert ad perficiendam actionem partis Organicæ.

Quotuplices?

Cæterum, *Partes Organicæ* pro dignitate actionum dividuntur in *Principes & Ministras*. Principes dicuntur, quæ materiam & facultatem toti corpori suppeditant. Tres numerantur à Medicis, *Iecur*, *Cor*, & *Cerebrum*. *Aristoteles* unicam partem principem agnoscit, *Cor*, totius corporis Regem & Rectorem. Reliquæ partes principibus ministrant & subserviunt. Pro varia partium Organicarum compositione, corporis *Partes* dividuntur in *Compositiores & Compositissimas*. Nam *Digitus* est pars Organica composita, Manus vel Pes, est pars compositior, Artus sunt partes compositissimæ.

In parte quavis quæ observanda?

Ut autem cujusque partis structuram exacte perscruteris: observabis *Nomen*, *substantiam*, *Temperiem*, *Originem*, *Situm*, *Quantitatem*, *Numerum*, *Figuram*, *Colorem*, *Connexionem*, *Communionem*, *Actionem & Usum*. Connexio differt à communione. Nam connexio est adhæsio partis cum propinquis, Una vel pluribus partibus, à quibus dependet, quæ connexio interdum sumitur pro partis ipsius origine, cum tamen in quibusdam partibus origo distinguatur à connexione. At communio cum partibus remotis, aut vicinis est universalis, quæ fit per Venas, Arterias & Nervos, quorum interventu omnes partes communicant cum partibus: vel est particularis, cum pars aliqua per canales sibi peculiares cum vicinis partibus, aut remotis communicat: sic Vesicula fellea per meatus bilarios communicat cum Hepate & Intestino Duodeno. Renes & Vesica per Ureteres inter se communicant. Hac methodo comprehendes quidquid de parte aliqua dici, aut quæri potest. Sed in enarranda partium historia, inchoandum est ab iis, quæ

Connexio, & Communio quomodo differant?

quæ toti Organo communia sunt, quibus subnecti debent, quæ singulis partibus dissimilaribus ejusdem Organi propria sunt. Atque in describenda corporis humani fabrica sectionis ordinem sequar, prout Anatomen consuevi administrare, & demonstrare.

CAPVT. II.

De naturali & legitima conformatione corporis.

Conformationis legitimæ cognitio necessaria.

QUia nostrum studium & institutum Anatomicum, non consistit in nuda & simplici partium corporis contemplatione, sed ad utilitatem hominis, & medendi usum refertur. Priusquam ad dissectionem accedam Corporis humani, conformationem legitimam, & naturalem in homine vivente paucis describam, quæ sit norma pravæ, & imperfectæ, ad judicandum de sana vel morbosa Viri, & Mulieris constitutione. *Quod olim scire necessarium erat*, in Mancipiis emendis, & conjungendis Viro & Muliere ad connubium stabile, & prolificum, atque ad milites selectos conscribendos. *Adhuc hodie necessaria est ista hac cognitio*: quippe in quibusdam Cœnobiis, qui in familiam religiosam adscribi & cooptari postulat, Medicus à planta Pedis usque ad verticem nudum observat, atque respirationem & pulsum in motu corporis, & vocem in cantu explorat. Quod etiam in emptione mancipiorum factitatur in quibusdam regionibus, ut in equis fieri solet: quinetiam hodie in eligendis Nutricibus pro educatione liberorum Principum, exacte Nutrices à Medicis explorantur.

In homine bene conformato considerandæ.

Itaque in homine considerabis *discrimen Sexus*, *corporis Substantiam*, *Temperiem*, *Magnitudinem*, *Colorem*, *Formam*, *sive Figuram*, prout convenienter se habent in perfecto, & bene conformato corpore, ut ex

huius

hujus comparatione tanquam Polycleti regula, alterius corporis differentiam discernas.

1. Sexus discrimen.

Quod spectat ad sexum, *Homo duplex est, Mas sive Vir, & Fœmina sive Mulier.* Uterque Hominis nomine comprehenditur. Atque Mulier etiam *Vira* dicta fuit, inde *Virago* Mulier fortis.

Ridiculi sunt, qui Mulieres non esse Homines, ex opinione vel joco *Cujacij*, forsan læsi ab Uxore, scriptis editis probarunt, sed valde ineptis, ut responsiones manifeste declarant. Utriusque discrimina accurate exposui *in Anthropographia, lib.* 2. At ex Viro potius quam ex Muliere optima corporis conformatio depromenda.

Itaque *substantia corporis in Viro* debet esse carnosa, non pinguis: firma & solida, non mollis: Artus sint pilosi mediocriter, glabrities qualis mulieri, de mollitie Viri arteſtatur. *Temperies salubris* debet esse calida humida, quia Vita in calido humido consistit & conservatur: Sua tamen unicuique peculiaris inest temperies, quæ à Medicis *Idiosyncrasia* dicitur: quam si potuisset *Galenus* exacte dignoscere, se parem Æsculapio reputasset. Hæc tamen ad generalem est revocanda.

Quibus autem signis dignosci queat exposuit *Galenus in Arte Parva*, & alii Authores ea de re tractarunt in *Seimiotice*. Corporis *magnitudo* triplex existit, secundum triplicem corporis dimensionem. Nos consideramus potissimum longitudinem & latitudinem. *Naturalis & decens longitudo ex Homero* debet esse quatuor Cubitorum; *Latitudo* Unius cubiti, ut docet *Goropius Becanus in Gigantomachia.* Id etiam confirmatur à *Vitruvio*, qui justam hominis longitudinem, senis pedibus Romanis definivit. Atque *Agellius lib.3. ex Varrone* notavit, modum esse summum adolescendi humani corporis, septem pedes: Infra hanc mensuram plures Homines consistunt, quam excedunt. *Vegetius* milites sex pedum eligendos esse scribit. Attamen pro ratione sexus, regionum, & morborum, Homines proceriores vel breviores existunt, *Quippe solo Natura subest,* Sic Asiani Proceriores Europæis, & inter Europæos Septentrionales, Dani, Batavi, Germani superiores, sunt staturæ longioris.

4. Magnitudo, quæ duplex.

Longitudo.

Varias corporum mensuras descripsit *Hippocrates, lib. de aër. aq. & loc.* Communiter Vir Procerior est Muliere, cum in cæteris animantibus fœmina sit major.

Latitudo sive crassities.

Latitudo sive crassities in bene proportionato corpore debet esse ferme dimidiæ longitudinis Corporis, ita ut si Corporis proceritas sit sex pedum, latitudo erit prope trium. In longo Corpore gracilitas improbatur, quia sæpe tabi obnoxia, nisi succulenta fuerit. Non potest esse robustum Corpus ad labores, nisi crassum fuerit.

In magnitudine Corporis adest *magnanimitas & pulchritudo, inquit Aristoteles lib. 4. Ethic.* Parvæ modicæque staturæ Vir pulcher esse non potest: Attamen quoad ingenium, *Non est in tam magno Corpore mica salis.*

Eleganter *Celsus lib.2. c.1.* Corpus habilissimum quadratum est, neque gracile, neque obesum, nam *longa statura ut in Iuventa decora est, sic matura senectute conficitur.* Gracile Corpus infirmũ, obesum hebes est.

5. Color.

Color etiam Corporis diligenter considerandus, *qualis enim color in vultu & cute Corporis efflorescit, talis in humoribus dominatur.* Ideoque Sanguinei sunt rubicundi; biliosi, flavi; melancholici, subnigri sive fusci; pituitosi, pallidi: fuscus & rubicundus color præferuntur

runtur pallido, qui mollitiem Corporis arguit.

Dubitatur de isto colore in *Nutrice* eligenda, fuscum colorem præfert *Aristoteles*, alii mediocriter rubicundum vel subpallidum. Confirmatur ex *Hippocrate*, qui Vaccæ nigræ lac commendat. Sed textum eleganter interpretatur & emendat *Foesius, in Oeconomia Hippocratis*. Quod Vaccæ lac præferat *Hipp.* non nigræ, sed in Melæneo agro pascentis. Vide locum in dictione μέλαινα ῥίζα.

6. Forma s. figura, Capitis,

Nunc naturalis & legitima *forma sive figura Capitis*, Thoracis, Ventris, & Artuum consideranda. *Caput* debet esse rotundum, non acuminatum, nisi firmam, & crassam obtineat cervicem, Amplum præferendum parvo. Ex Capite colligere oportet Ossium, deinde nervorum, & venarum, & carnium, & aliorum humorum & supernorum & infernorum naturam, inquit *Hippocrates*.

Hunc vero acuto capite & auribus longis,
Quæ sic moventur ut solent asellorum,
Quis Morionis filium neget Gyrtæ?

Ait *Martialis*.

Magnum Caput requirit magnam cervicem, quæ magnum Thoracem indicat & constituit, ratione partium contentarum in Cervice, ut proportio servetur in partibus Thoracicis, præterea magnus Thorax magnum Ventrem effingit, ac proinde à Capite proportio reliquarum cavitatum dependet. *Thoracis.* *Thorax* debet esse amplus, ovalis figuræ cum Spina recta, *Pectus* latum paulum convexum sive fornicatum, non acuminatum, vel depressum, aut tabulatum.

Mammarum. *Mammæ* in Viris sint depressæ, in Mulieribus tumidæ, globosæ, potius glanduloſæ, quam carnosæ aut adiposæ, quia sunt emunctoria Thoracis in Mulieribus, si non lactarit. Quod si graciles sint Mammæ, morbosas

morbosas reddunt Mulieres, & si pallescat papilla, morbosus est Uterus, *ex Hippocrate*.

An in Nutricibus ampliores Mammæ eligendæ, quam mediocris magnitudinis? Non placent grandes *Moschioni*, quoniam adiposæ, neque lac copiosum suppeditant: Ideoque Nutrix obesa & carnosa, gracili succulentæ non est præferenda. Neque procera alteri mediocris staturæ, *ex Aristotele*, *lib. 3. de hist. animal.* *Quales mammæ in nutricibus eligendæ?*

Fœminæ candidiores quia pituitosæ, lac habent deterius; sic in quadrupedibus præstat lac lividius. *Costæus lib. 1. de lacte & sero*, emendat locum, an recte vel male, videant eruditi Medici.

A Thorace ad *Ventrem* progredior, *qui* debet esse prominulus & rotundus: Poetæ laudant *Veneris* Ventrem fornicatum, mulieresque despiciunt, quarum Venter contracta planitie, nullo tumore assurgit. *Hipp. lib. de Vet. Med.* Notat à Medico considerandos esse Ventres longos & teretes, quoniam ex eorum inspectione facile est intelligere, qui sunt apti ad validas purgationes. Quibus enim partes in Abdomine contentæ fortes sunt, & bene constitutæ, tuto purgari possunt; Quibus contra graciles fuerint, periculose suscipiunt medicamenta fortia. *Ventris inferioris.*

Mulieres plurimum obesæ sunt inutiles ad conceptum, *ex Hipp. Aph. 4. lib. 5.* Neque tales Viri commode Venerem exercere possunt, si Ventricosi, nisi situm convenientem inveniant.

Quod spectat ad *pudendas partes*, Heliogabalus milites bene mutoniatos eligebat, tanquam robustissimos: sed ad Venerem *longior Penis* minus idoneus. An quia per longiorem penem Vis seminis exolescit, si credimus *Galeno?* Vel Musculi fatigantur, & lassantur in erigendo pene magno & longo? *Mediocris* *Partium pudendarum.*

penis salacior, & fœcundior, magisque titillat, atque diutius pugnam sustinet. Longior Penis implet quidem cervicem, sed minus fœcundat Uterum, nocet etiam hystericis Mulieribus dum nimium exagitat & distendit partes genitales Mulieris, tantum abest ut ei solatium adferat. Nec *Testes* grandiores & penduli sunt præstantiores.

Artuum Pergo ad *Artus, Manus & Pedes,* in corpore optime conformato & proportionato æquales esse debent, ut tanta sit longitudo Pedis ab Osse pubis ad calcanei extremum, quanta Manus ab ala usque ad medii digiti extremum apicem. Itaque *Pes* corporis legitime proportionati tres in longitudine contineat Pedes, si totum Corpus expleat sex: Sint autem Manus & Pedes mediocriter carnosi ad robur Corporis, nam graciles actionibus Manuum & Pedum inepti, attamen in equis tales laudantur, non in hominibus.

Exemplum absoluti corporis. Exemplar perfectum & absolutum Corporis specioši beneque formati legitur apud *Sidonium Apollinarem, lib. 1. epist. 2. de Theodorico Rege Gothorum*, ubi mendum cubat insigne ab interpretibus non animadversum. *Recedente alvo pectus accedens, arcam dorsi, humilior inter excrementa costarum Spina discriminat:* Lege, *inter extrema costarum Spina discriminat.*

CAP. III.

Divisio Corporis Humani

Divisio corporis commodissima in CORpus Humanum integrum priusquam exponatur dissectioni Anatomicæ, in suas *partes integrantes, sive Regiones principales* dividi debet; ut sciatur numerus & ordo Regionum administrandarum, & unde sit exordiendum.

Inter varias Corporis Humani divisiones, quæ circumferuntur, hæc præ cæteris laudatur & præfertur.

Corpus dirimitur in *Truncum, & Artus.*

Truncum *Trunci* tres sunt partes, sive principales Regiones, *Caput, Thorax, & Venter.*

Caput in trunco Corporis superiorem locum tenet, & *Thorax* medium occupat, postremum *Venter.*

Artus. *Artus sunt quatuor,* Membra exstantia, ramalia fagi, sive Corporis, scilicet *Manus binæ, & Pedes gemini.*

Quibus terminis quælibet Regio circumscripta sit, seorsim in unaquaque Regione dicetur.

Consideratio Medica.

NOlo hic immorari in recensendis & designandis partibus externis totius Corporis, quæ exponuntur in unaquaque regione Corporis. Nunc tantum considero, ἑλομελίῶ, Compagem totius Corporis, *sive habitum carnosum*, cute tanquam veste tectum & amictum, qui licet plerumque foris niteat & explendescat, intus fœdissime sordet.

Introrsum turpis, speciosus pelle decorâ.

Habitus iste totius Corporis, constituit Tertiam Regionem Corporis, ad quam è profundissimis partibus ablegantur Humores, quorum pravi effectus elucent in morbis & symptomatis quæ extrinsecus efflorescunt.

Qui viret in foliis, venit à radicibus humor.

Enarratio præcipuorum morborum habitus corporis. Præcipuos morbos enumerabo, qui *Corporis habitum* infestare & obsidere solent. In primis *obesitas immoderata*, aut plenior Corporis habitus, *Gracilitas & Macies*, sive Extenuatio Corporis, *Rheumatismus*, *Arthritis, Anasarca, Cachexia, Syphilis*, sive Lues Venerea, *Sudoris copia, vel defectus*, ob rariores aut strictiores cutis poros. *Paralysis, Convulsiones, Inquietudines, & Lassitudines* totius Corporis. Denique *omne genus Tumoris,*

ris, Habitum Corporis afficit, & tumere facit.

Caro hominis, quia puriore sanguine alitur, ideo delicatior, & præfertur cuilibet Carni animantium ab Anthropophagis.

Carnes cum sint porosæ & musculosæ, habent inania spatia, quæ in sanis spiritu & sanguine, in ægris sero & flatu replentur: Inde *fluxiones*, sive *Rheumatismi* per universum Corpus, & *morbi Cutanei*.

Curatio ejusmodi morborum.

Habitus Corporis *vacuatur* & expurgatur per sudores, Cornicula more Germanorum, per totum Corpus admota, cum levi scarificatu, per frictiones, more veterum, ex *doctrina Galeni, lib. de Sanitate tuenda*, per balneationes, flagellationes, sive percussiones, Phænigmos & Vesicantia.

Maximè

Variolarum & Morbillorum.

Ideoque cum *Variolæ & Morbilli*, sint despumationes universi Corporis habitus, id est carnium, partiumque solidarum, earum initio, aliove tempore sudorificis, & attrahentibus in habitum Corporis remediis isthæc excretio promovenda. Nec est absolute necessaria Venæ sectio sæpius repetita, ubi semel aut bis instituta fuerit, si expediat (quia impedit motum Naturæ ad habitum expellentis) nisi sopor, vel præfocatio cum febre, aut dysenteria, ut plurimum lethalis, nos trahant ad istud præsidium: non neglectis pipionibus Columbinis viventibus per medium dissectis, pedibus manibusque & Cordi sæpius admotis. Quin etiam corniculis per totum Corpus frequenter affixis cum levi punctione. Interdum profuit balneatio in aqua tepidissima, si tempestas ferat, ad eruptionem faciliorem.

CAP.

CAP. IV.

De Ventre Inferiore.

Cur sectionis initium fiat ab imo ventre?

A Ventre Inferiore sectio & demonstratio Anatomica inchoanda, quia sentinam & culinam Corporis continet, ideoque citius putret & fœtet.

Ventris

Dicitur Græcis κοιλία, ὅτι κοίλη ἐστὶ, Latinis *Venter* ab Utre.

Substantia.

Substantiâ constat carnosa, ex variis partibus similaribus conflata, quas ordine postea proponemus.

Temperies.

Sic contextus Venter cum sit pars compositissima, ejus *Temperies* nulla est, sed sequitur Temperamentum totale partium intra se contentarum, ac præsertim Jecoris.

Origo.

Originem habet à prima conformatione cum reliquis partibus.

Situs.

Situm obtinuit in parte inferiore Trunci Corporis.

Quantitas.

Quantitas sive amplitudo, à nothis Costis, sive Diaphragmate ad Ossa pubis extenditur, his enim terminis superne & inferne circumscribitur.

Regiones.

Isthæc *amplitudo in tres Regiones* distinguitur: Superior *Stomachalis* [a], Media *Vmbilicalis* [b], Ultima *Hypogastrica* [c] dicitur.

Rursus in unaquaque Regione partes laterales & mediæ observari debent. *Stomachalis Regionis* partes laterales dicuntur *Hypochondria* [d], Umbilicalis Regionis partes laterales sunt *Ilia* [e], Græcis λεπεώνες, Media [f] *Vmbilicus*, centrum Ventris, totiusque Corporis.

Hypogastricæ regionis laterales partes sunt *Ingui-*

a, T1. f1. AB. * b, f1. CC. * c, f1. EE. * d, T1. f1. AB. e, f1. DD. * f, *infra* CC. *

na [a] Græcis βαθύνες, [b] Media ὁ ἦπαρ, & inferior [c] *pubes* dicitur quæ post 14. annum in mare & fœmina pilis luxuriat, tanquam velamentis naturalibus ad partes istas tegendas, quas communis lex verecundiæ jubet abscondere.

Numerus. Venter Inferior, quoad *numerum est unicus & continuus*; sine ulla divisione. Ratione tamen cavitatis duplicis, septo Peritonæi discluſæ, *dividitur in duas cavitates*, *Major* partes nutritias comprehendit. *Minor* vesicam & partes Genitales in Viris, & in Mulieribus, quæ nunquam Utero gestarunt, etiam Uterum.

Partes Continentes triplic: Ratione vero partium, quibus contextus est, *dividitur in partes Continentes & Contentas.* Continentes sunt *Communes, Propriæ, & Alienæ.* Communes numerantur quinque [d] *Cuticula*, [e] *Cutis*, [f] *Membrana Adiposa*, [g] *Membrana Carnosa, & Membrana communis Musculorum.*

Communes.

Propriæ. *Propriæ* sunt Musculi [h] Abdominis, & [i] Peritonæum.

Alienæ. *Partes alienæ* sunt; partim Carnosæ, partim Osseæ Lumborum, cujusmodi sunt *Vertebræ* [k] *& pelvis* [l] *Ossea*, ex compage Ossium Sacri, & Ilium extructa. *Carnosa sunt*, musculus [m] Psoas, [n] Sacrolumbus, [o] Latissimus, [p] Sacer, [q] Semispinatus, [r] Quadratus, *Alienas partes* voco, Ossa, istos Musculos commemoratos, in postica parte Ventris sitos, quia conferunt ad constituendam Ventris cavitatem, quamvis alio referantur, & ad alium Usum pertineant.

a, *T*1. *f*1. FF. * b, *f*1. *infra* EE. * c, *f*1. G. * d, *T*1. *f*2. AA. * e, *f*2. BB. * f, *f*2. CC. * g, *f*2. DD. * h, *T*2. *f*8 & 9. * i, *T*2. *f*9. *gg. f*10. *aaaa.* * k, *T*2. *f*1 & 2. 5 & 6. * l, *T*2. *f*3 & 4. * m, *T*10. *f*1. OO. *T*23. *f*1. A. * n, *T*14. *f*2. LL. *f*3. BB. * o, *T*14. *f*1. CC DD. * p, *f*4. BB. * q, *f*3. DD. *f*4. AA. * r, *f*2. OO. *f*4. CC. *T*10. *f*1. NN.

Con-

Contentæ sunt multiplices, quæ dividuntur *in Nutritias & Genitales.* Nutritiæ sunt Ghylificæ, & Sanguificæ. Genitales, Viriles & Muliebres. *Contentæ.*

Ventris figura Ovalis est ratione partium Contentarum, quibus remotis, si seorsim consideretur quatenus involucrum est, ejus figura erit cava, ut sit partium Nutritiarum & Genitalium sedes & conceptaculum, ideoque Latinis Abdomen, & Græcis ὑπογάστριον proprie dicitur. *Color.*

Ventris *Color*, *sive colorata superficies*, sequitur universæ cutis colorem: in viro ubi pubertatem excessit, non tantum in pube pilis luxuriat, sed etiam usque ad Vmbilicum pilorum series fruticat. *Figura.*

Venter externe cutis interventu, interne mediante Peritonæo, *connexionem habet* cum Thorace & Artubus inferioribus. *Connexio.*

Communicat cum partibus principibus per Venas, Arterias, Nervos. *Communio.*

Vsus Ventris est, involvere & comprehendere partes Nutritias & Genitales, quatenus integer, & indivisus ex musculosis carnibus extructus. *Vsus.*

Actionem habet comprimendi partes intra se contentas ad excrementorum excretionem susque deque, & Fœtus expulsionem. *Actio.*

Consideratio Medica.

EX hoc discursu *Medicus* multa ad usum medendi colligit. Imprimis quod Venter est *sentina corporis*, in qua residet vitii m nostræ intemperantiæ, omnium malorum parens, Medicorum Nutrix, tuncque dicitur Collativus Venter, turgidus in quem omnia confluunt. *Ventrosus* etiam nuncupatur ille, si Venter in magnam molem excrescit, cui *pinguis Aqualiculus* pro- *Venter sentina corporis.* *Ventrosorum exemplo.*

protenso sesquipede extat, qualis erat *Nicomachus Smyrnæus, ex Galeno.* Apud *Athenæum libro duodecimo Deipnosophistarum,* legimus ex nimia pinguedine suffocatum *Magan Regem Cyrenes.* Insignis extat historia apud *Michaëlem Neandrum, in Erotematis Hebraicis, ex Talmudistis in Iona. Rabbi Eliazer & Rabbi Ismaël*, habuerunt Ventres tam grossos, ut cum starent erecti conversis faciebus & Ventribus contiguis, duo validi boves potuerint inter eos transire, neutrum contingendo.

Tumores Abdominis unde?

Ratione substantiæ carnosæ & adiposæ, obnoxium est Abdomen variis *tumoribus*, & potissimum *abscessibus*, sive ab Hepate per Venam Umbilicalem, sive à Renibus suppuratis transmittatur materia, quæ partes duplicato Peritonæo inclusæ, impuritates in externas Ventris partes deponere possunt.

Constitutio ventris qualis debeat esse?

Substantia hæc carnosa & adiposa debet esse mediocris: *si major*, incommodat Vitæ, *si minor*, viscerum pravam diathesin denotat. Propterea scripsit *Hippocrates*, in quovis morbo partes ad imum Ventrem attinentes, crassitudinem habere melius, multum vero extenuari & contabescere, malum. Idcirco Medici consuevere contrectare totum Ventrem, & præsertim hypochondria, quæ mollia, indolentia, æquabilia, & carnosa esse debent.

Situs partium infimi Ventris:

Amplitudo Ventris consideratur secundum longitudinem & profunditatem, ut sciat Medicus in doloribus Ventris, & vulneribus, quæ pars fuerit affecta, vel sauciata.

scil:

Secundum profunditatem Ventris partes dividuntur *in sublimes & profundas*, ideoq; ex *Hippocrate*, sublimes dolores leviores, profundi fortiores & periculosiores.

Secundum longitudinem, ex divisione locorum, intelligere licet intuitu solo, vel manu appressa, quænam

nam partes sint affectæ, dolentes, aut vulneratæ. *In dexto Hypochondrio* situm est *Iecur* [a] usque ad cartilaginem Xyphoidem. Extenditur transversi digiti spatio ultra nothas costas, lateraliter antrorsum duorum digitorum intervallo. In media regione stomachali situs *Ventriculus* [b] magis inclinat in Hypochondrium sinistrum, & quatuor digitos infra nothas Costas descendit. *Iecoris.* *Ventriculi.*

In Hypochondrio sinistro jacet [c] *Lien*, qui naturaliter propendet infra nothas Costas pollicis latitudine. *Lienis.*

Regionem Umbilicalem occupat *Vmbilicus* [d], supra quem transversim situm est *Colum* [e] *Intestinum* superne revolutum; & in toto ambitu istius regionis, *Iejunum* [f] Intestinum dispositum est. Versus Spinam consistunt [g] *Renes*, & *Coli principium* juxta Renem dextrum, quod superne reflexum sub Hepate & Ventriculo ad Lienem tendit, mox obliquatum ad Renem sinistrum descendit, proinde *dolores Colici Intestinales*, diligenter distinguendi à Nephriticis. *Intest: Coli.* *Iejuni.* *Renum.* *Vesicæ.*

In regione Hypogastrica media & laterali *Ileum Intestinum* [h] continetur; in imo Ventre *Vesica* [i]; cui substratum est *Rectum* [k] *Intestinum* *Intest: Ilei.* *Recti.*

At in Mulieribus, *Vterus* [l] Vesicæ & Recto Intestino interiectus est. Intestinis substernitur [m] *Mesenterium*, ut Ventriculo [n] *Pancreas*; omnibus Intestinis paulo infra Umbilicum supertensum est [o] *Omentum* & omnes partes internas suo amplexu cum *Peritonæo* [p] dividit à partibus externis, id est, profundas à sublimibus. *Vteri.* *Mesenterii.* *Pancreatis.* *Omenti.*

a, *T* 4. *f* 1. AB. * b, *T* 2. *f* 10. C. * c, *T* 4. *f* 1. D. *
d, *T* 1. *f* 1. *infra* CC. * e, *T* 3. *f* 1. CC. * f, *f* 4. GG. *
g, *T* 5. *f* 1. BC. * h, *T* 3. *f* 4. HH. * i, *T* 5. *f* 1. K. *
k, *f* 4 & 7. M. * l, *T* 7. *f* 1. *d.* * m, *T* 4. *f* 1. HH. *
n, *f* 1. EE. * o, *T* 2. *f* 10. E *b c d.* * p, *f* 9. *gg.* *

Consideratio Medica.

Abdominis morbi

IN Abdomine frequens est *Tumor* quilibet, *Abscessus*, *Meteorismus*, sive à tumore partium, sive à flatibus, sive ab aquarum collectione.

Sectio.

Secatur lateraliter versus Hypogastrium in sectione Cæsarea, ad extrahendum Fœtum in difficili partu. *Pungitur* juxta Os pubis ad extrahendum lotium, ubi catheter non potest introduci. *Perforatur* etiam in imo Hypogastrio, ad educendam materiam superfluam, juxta Umbilicum in Ascite administratur *Paracentesis*, ad aquas exhauriendas.

Punctio.

Perforatio.

CAP. V.

De Cuticula.

Cuticulæ Nomen.

INter partes Abdomen constituentes, prima occurrit *Cuticula*, Græcis ἐπιδερμις.

Substantia.

Substantiam præ se fert spermaticæ similem, quamvis ab ea plurimum distet.

Ortus.

Ratione *temperiei*, quæ nulla est, non est consideratione digna, sed *Ratione originis*, quia formatur ab excremento vaporoso & viscido Cutis, quod roris instar exudans & contactu frigidioris aeris sicceſcens instar pelliculæ in ambitu universæ Cutis condensatur.

Ideoque toti veræ Cuti quoquoversum *foris supertensa* firmissime cohæret.

Quantitas.

Ejus quantitas & ambitus, non alios habet terminos quam ipsa Cutis.

Numerus.

Quamvis ad visum, ejus *substantia* simplex appareat, *duplicem* tamen constituit *Fabricius ab Aquapendente*. *Vnam* poris Cutis tenaciter immersam & inseparabiliter affixam. *Alteram separabilem*, sine ulla offensione Veræ Cutis. Sed *crassities* Cuticulæ major vel minor non auget ejus numerum simplicem: quamvis alicubi *in plures pelliculas dividua sit*, sed nulla in parte ampliter evelli potest.

Figura.

Figuram nullam habet propriam, sed mutuatur ab ipsa Cute, à qua tamen in hoc discrepat, quod sit impervia, nullo modo porosa.

Color.

Colorem veræ Cutis induere & suscipere creditur. Attamen *in Nigritis*, ab ortu superficies Corporis nigricat, quamvis sub Cuticula, Cutis candida reperiatur.

Connexio.

Connexa est veræ Cuti, propter firmam cum ea adhæsionem, cum sit pars excrementitia, instar pilorum, nullam habet cum partibus principibus communionem, per *venas, arterias, & nervos*, quibus caret, quia insensilis est, ut ejus ratione quisque in seipso potest experiri.

Vsus.

Actio nulla tribuitur Cuticulæ, sed tantum *Vsus*, ut poros Cutis *occludat, eamque venustam, politam atque æquabilem efficiat.*

Consideratio Medica.

Affectus cuticulæ ut dicendi?

EX ista rerum perspicientia, ut Medicus considerabis Cuticulam suos pati morbos, quamvis *Hippocrates turpitudines vocarit.*

Distinctionem facit, an *abscessus*, vel *morbi* dici debeant, sub finem *lib. 2. Prorrheticorum*, quod plurimum confert ad dignotionem & curationem affectuum, qui Cuticulæ solent accidere.

Maculis variis inficitur, naturalibus, & morbosis. Naturales sunt *fœditates Cutis variæ*; morbosæ sunt *morbilli, exanthemata in febribus purpuratis*, vel alterius

48 colo-

coloris, interdum sine febre, cum Natura serum coloratum in Cutem transmittit.

Vt curandi?

Morbosæ maculæ deleri possunt & debent; *Naturales* ab ortu contractæ difficillime delentur, quia non tantum Cuticulæ, sed ipsi Cuti firmissime adhærent.

Cuticula ut exornanda?

Huic Cuticulæ exornandæ dicata est *Cosmetice*, quam improbat *Galenus*, in Medico honorabili & viro probo: Medicis Aulicis & Lenonibus eam permittit: *Commoticem* commendat ad ornandam Cutim. In Mulieribus *densa & polita Cuticula* poros Cutis occludit, liberamque perspirationem impedit, in Viris *rarior ac ferme tota porosa*, ut pilis exitus pateat, ideoque Cutis magis perspirabilis.

Denique, ut curata & exornata Cuticula corpori decus & venustatem conciliat; sic pustulis exasperata & maculis fœdata, vel à Sole exusta, hominem dedecorat. *Ridiculum est* ipsam detrahere vesicantibus ut splendidior renascatur, tempus & lotionem perdes, ac si Æthiopem laveris.

Ex spoliatur Cuticula in pluribus, dum resiccatur ac retorretur, *Cutis desquammatur* in leprosis, & quibusdam lue Venerea laborantibus.

CAP. VI.

De Cute.

Cutis Nomen. Substantia.

CUticulæ succedit *Cutis*, Græcis δέρμα. *Substantiam* habet ab aliis membranis diversam, qualem in toto Corpore nusquam reperies, quoniam ex sanguine & semine simul mixtis conflatur; ita tamen ut seminis lenta sequaxque portio, quæ distendi queat, prædominetur, ex qua Cutis *Spermatica* judicatur.

Temperies.

Consequenter ejus *Temperies erit frigida sicca*, vel si lubet,

lubet, exquisite temperata, ut esset Tactus criterium.

Supra Corpus Vniversum *expansa est*, quod arcte instar vestis involvit. *Quantitas.*

Propterea tantum patet & extenditur *quanta est Corporis dimensio.*

Quamvis *Vnica simplexque* ad visum & tactum appareat, nonnulli ex *duabus pelliculis* conflatam esse volunt: sed istam duplicitatem non agnosco facile separabilem, nisi ob crassitiem in plures cortices secetur. *Numerus.*

Figuram mutuatur à Corpore quod amicit & obvolvit, & Amictum *Histrionis Pantalonis* eleganter exprimit. *Ejus textura* rara est ac foraminulenta, ad insensilem transpirationem & excrementorum transitum, atque in diversis locis manifestis & magnis foraminibus pertusa & discissa est, ut in Auribus, Oculis, Naribus, Ore, Podice, Pene, & Vulva in Mulieribus. *Figura.* *Foramina.*

Colorem accipit ab humore prædominante; qualis enim humor in Corpore viget & dominatur, talis est color Cutis, nisi talis ab ortu fuerit, ut in Æthiope. *Color.*

Arcte *connexa est* partibus subjectis, ideoque immobilis ubique, excepta Frontis Cute. *Connexio.*

Communionem habet cum partibus principibus per innumeras venas, arterias, & nervos, quorum extremitates undique excipit; *Nullas* enim *habet venas* & *arterias* peculiares neque *nervos* particulares ad sensum, quem obtinuit exquisitissimum, ut esset tactus Organum. *Communio.*

An ratione Tactus *Actionem edat* dubitare licet. Alioquin membranæ quæ sunt instrumenta tactus interni, actionem haberent. At quis unquam dixit membranas actiones habere? *Vsus* insignes & peculiares ei concedimus, Corpus muniendi & exornan- *Actio.* *Vsus.*

di;

di, excrementa tertiæ regionis excipiendi, sordes, fuligines & sudores expurgandi.

Consideratio Medica.

Affectus Cutis in Substantia. ISTam conformationem Cutis reducimus ad usum Medicum. *Substantia* Cutis contra Naturam spectatur in ejus *crasitie.*

Temperie. *Temperies* immutatur in variis morbis.

Numero. *Morbus est in numero* quando Cuticula est consumpta, vel erosa, vel vera Cutis deperdita.

Figura. Sæpius *ex polita & æquali redditur aspera, & inæqualis,* dum pustulis exasperatur & defœdatur.

Interdum *meatus* ejus sunt obstructi, vel apertiores quam par sit.

Connexione. *Connexio ejus soluta est* in vulneribus, & ulceribus. *Ejus actio læditur,* quando insensilis redditur, ut in stupore. Cum sit spiraculum, emissorium, & emunctorium universi Corporis, cum membrana Adipocarnosa subjecta, excipit non tantum excrementa tertiæ coctionis, sed etiam totius Corporis, quæ Naturæ robore eò ablegantur.

Usu s. transpiratione. Propterea infinitis morbis cutaneis exposita est, cum sit spiraculum Corporis: si contingat poros occludi, majoribus incommodis afficitur Corpus, ob impeditam transpirationem, debet enim esse Corpus perspirabile & confluxile, *ex Hippocrate. Idem libro de Alimento. Motus Corporis ad perspirationem, quibus amplius offertur saniores sunt. Densitas Corporis ad perspirationem, quibus minus offertur morbosiores: ij qui probe perspirant debiliores & saniores sunt, & à morbis facilius reconvalescunt, qui male perspirant priusquam ægrotent fortiores sunt, ubi autem ægrotarint difficilius reconvalescunt.* Periculosiores hyeme è Cute morbi, & malignæ febres ob intercep-

tam

ptam transpirationem, ideoque suffocatur nativus calor, à suppressis fuliginibus, quibus remedio est venæ sectio.

De cute notanda. Ex Cutis substantia & colore duas prognoses proposuit *Hippocrates, lib. 5. Aph. 71. & lib. Progn. part. 7.* & 8.

De maculis Cutis, *lege Soranum, cap. 38.*

Cutis concolor est humoribus in Corpore dominantibus, *ex Hippocrate, lib. de Humoribus.*

De Divinatione ex nævis Cutis scripsit Author Græcus *Polemon*, & inter Recentiores accuratissime *Ludovicus Septalius, Mediolanensis.*

Ex Cutis tenuitate & subtilitate, ingenii subtilitatem potius desumpsit *Aristoteles*, quam ex sanguine.

Cutis tenuitas & imbecillitas in causa sunt ut homo solus *vitiligine* tentetur, *ex Aristotele Probl. 5. sect. 10.*

Certum est per Poros Cutis etiam morbos contagiosos excipi & communicari.

An Cutis substantia regeneretur? *Exarescit Cutis* & squallida redditur per febres ardentes, interdum instar corii elephantini *crassa evadit* præsertim in dorso, lumbis & cruribus instar corii, ut in pluribus vidi, & perdita Cutis *substantia non regeneratur similis*, sed degenerat in cicatricem mutata, id est non prima intentione Naturæ, sed secunda reparatur.

CAPVT. VII.

De Membrana Adiposa.

Pinguedinis Nomen. CUtim sequitur *Subcutaneus Adeps*, Græcis στέαρ, σπμελή: Membranam communem constituit ratione suæ consistentiæ. In brutis hic adeps *Arvina* dicitur, quidni etiam in homine?

50

Ejus

Substantia. *Ejus substantia* quamvis solidiuscula, mollis est, & veluti oleosa, ut digitis contrectata sive calore fusa innotescit.

Origo. *Oritur* à sanguinis portione tenuiore roris instar per venas exstillante, & circa carnes concrescente. *Hæc est adipis materia certa.* De *efficiente* solum dubitatur, *An à frigore vel calore suam consistentiam obtineat.* Omnes moderatum calorem agnoscunt circa membranas cogentem & applicantem istum liquorem pinguem & oleosum.

Temperies. Inde nactus est *Temperiem* moderate calidam & humidam.

Situs. *Sub Cute continetur* per universum Corpus continuatim extensus, exceptis Fronte, Scroto & Pene, ubi nullus adeps deprehenditur.

Quantitas. Ideoque *tantum patet & extenditur* adiposa membrana, quanta est Cutis amplitudo.

Numerus. *Vnica est* ratione texturæ, nisi velis ei adnectere membranam carnosam adipi immersam & intertextam, ut fecit *Sylvius.* Ideoque nominari posset, *Membrana Adipocarnosa*, quæ tamen postea seorsim considerabitur.

Figura. *Figuram* nullam habet propriam.

Color. *Colorem candidum* præ se fert: si alicubi rubra veluti cruore perfusa cernitur, id à laceratione dependet.

Connexio. *Firmiter adhæret Cuti*, nec nisi scalpello ab ea divelli potest. Quinetiam membranæ carnosæ contumaciter & inseparabiliter agglutinatur, cum ex istis duobus membranis *Carnosa, & Adiposa; Vnica* constituatur, & demonstretur ab Anatomicis.

Non potest *Adeps communicare* cum partibus principibus, quia non vere nutritur & vivit, nisi per appositionem more lapidum, neque sentit, ideoque *venis, arteriis, & nervis caret*, licet hæc tria vasa per

per adipem distribuantur, ut perveniant ad Cutim.

Vsum dumtaxat præbet Corpori multiplicem, dum circumfusus instar Vestis hyeme calefacit, & æstate refrigerat, caloris penetrationem impediendo, in femoribus ad sedendi commoditatem molle pulvinar suppeditat, per inediam in alimoniam convertitur carnosarum partium vicinarum, quæ succum ejus exugunt. *Vsus.*

CAP. VIII.

De Membrana carnosa.

Membrana Carnosa Nomen. ADipi immediate cohæret, & substernitur, *Membrana Carnosa*, quæ in puerulis recens natis conspicua est, nondum adipe obsita & abscondita: In adultis obscuratur & oblitescit ab adipe circumfuso.

Substantia. Retinet tamen *suam substantiam Carnosam*, quæ evidentior est circa Lumbos, in Scroto, Fronte, & Collo: quia dartos est continuatio Membranæ Carnosæ ut in Collo μυόδες πλατύσμα, propagatio est Membranæ Carnosæ, quæ juxta aures assurgens constituit Frontis musculos & Aurium.

Temperies Ejus *Temperies* instar alterius carnis, erit calida humida, & à sanguine *ortum* habebit.

Situs. *Subtensa est adipi*, atque per amplitudinem universi corporis expanditur veluti quartum commune tegumentum corporis, in brutis proxime substrata est Corio, quod motitant interventu hujus Membranæ Carnosæ.

Numerus *Vnica est* ac simplex Membrana.

Figura. Quæ nullam habet *propriam figuram* nisi ab ipso Corpore quod succingit.

Color. *Colorem varium* acquirit in diversis locis, nam rubet magis in Collo, Fronte, & Scroto, quam alibi.

Connexio. Ita firmiter adipi in quibusdam locis *coalescit*, ut ab eo sit inseparabilis: Ita ut ex duabus membranis adiposa & carnosa, *Vnicam* multi constituant, quamvis alicubi dividi queant.

Communio. *Communicat* cum part^ibus principibus, per extremitates venarum, arteriarum, & nervorum, quæ in ambitum corporis disseminantur.

Actio. Esse tamen admodum *sensilem* arguit Rigor, *motus corporis concussivus*, qui ab ea Membrana dependet, Ideoque *Actionem* edit irritata hæc Membrana. Certos tamen habet motus in Fronte, Collo, & Scroto: ubi musculosa fibris nerveis conspersa est.

Vsus. Ejus *Vsus* est, fundamentum præbere adipi generando, & colligendo, & cum aliis integumentis partium internarum calorem fovere, atque defendere ab injuriis externis.

Consideratio Medica.

Morbi hujus præcipui sunt. QUamvis morbi Cutanei videantur pertinere ad Cutim, si diu perseverent, fundamentum habent in *Panniculo carnoso & adiposo*, tanquam in subjecto inhæsionis, attamen ad Panniculum carnosum potissimum pertinere creditur *rigor*, & *horror*.

Rigor & Horror.

CAP. IX.

De membrana communi Musculorum.

Nomen. DEtracta membrana carnosa, proxime sequitur *Membrana Communis Musculorum Abdominis*, quintum commune corporis integumentum, quod à Capite postico ad pedes usque productum involvit, atque comprehendit omnes musculos cujusque regionis & organi (præter propriam cujusque Musculi tunicam) ne in motu dissiliant & dehiscant.

Pro-

Propterea valida est ejus *substantia*, quamvis tenuis & nervosa. *Substant:*

Ac proinde *pars est spermatica.* *Temperie* frigida *Temperies* sicca.

Quæ *ortum* habet à prima conformatione. *Origo.*

Immediate contegit & arcte constringit musculos, quibus obtensa est. *Situs.*

Ejus *amplitudo* æquare creditur Corporis totius dimensionem, sed eam in Facie, Collo, & Artubus superioribus non facile deprehendes, atque in cruribus *fascia lata* ejus vices gerit. *Quantitas.*

Cum sit admodum tenuis, *in duas membranas non potest secari.* *Numerus.*

Nullam habet *ex se figuram*, sed à partibus contentis acquirit. *Figura.*

Colorem præ se fert albicantem. *Color.*

Contumaciter *adhæresit* musculis, quibus circumjecta est, nec facile divelli potest, nisi à perito sectore. *Connexio.*

Non habet *nervos, venas, & arterias* peculiares.

Nutritur, & sentit, more aliarum partium communium præcedentium. *Communio.*

Vsus insignes præstat Corpori: Musculos circumdat instar cinguli: fundamentum est cum membrana carnosa adipis Corpus ambientis, propterea ubi deest vel aliquid simile, quod ejus vices gerit, ibi adeps deficit: ut in Fronte, Capite, Facie, Scroto, quia *Membrana carnosa* immediate cutim tangit absque adipe intermedio. *Vsus.*

CAP. X.

De Musculo in genere.

PRiusquam de Musculis Abdominis agam, generalem de Musculis doctrinam præmittam. *Musculorum*

Musculus est instrumentum motus voluntarii, qui *Nomen.*

pendet ex arbitrio noſtro, & quia actionem regit, *pars erit diſſimilaris, compoſita ex pluribus partibus ſimilaribus.* Sed in ea compoſitione prædominatur *Caro*, ex qua judicatur ſubſtantia Muſculi Carnea. Imo *Carnium nomine*, paſſim apud Authores antiquos, *Hippocratem & Ariſtotelem*, intelliguntur *Muſculi*.

Subſtantia.

Temperies Componunt *Muſculum* præter carnem, Vena, Arteria, Nervus, Villus, Membrana, Ligamentum, ſive Tendo. Cum igitur carnei ſint omnes Muſculi, eorum *Temperies* erit calida & humida.

Origo. Vera *origo* Muſculi eſt à ſanguine in prima partium conformatione, ſed ratione connexionis in duobus extremis, dicitur *oriri* ab una parte ſtabili, *& inſeri* in alteram partem mobilem, quia deſtinatus eſt ad motum, qui fit ſuper aliquo quieſcente.

&

Inſertio.

Iſthæc *origo & inſertio* dignoſcitur ex fibrarum ductu, ac ſerie, qua *ſitum* Muſculi, vel rectum, vel obliquum, vel tranſverſum judicabis. His enim poſitionibus in Corpore humano, tam foris quam intus, diſpoſiti ſunt omnes Muſculi.

Quantitas. Eorum *quantitas & Magnitudo* varia eſt, pro varietate locorum, & partium movendarum, quæ deſiderant majores, vel minores Muſculos.

Numerus. Ingens eſt *Numerus* Muſculorum univerſi corporis, quem ex mea ſupputatione & obſervatione redegi ad 431. Sed cum Corpus noſtrum ſit geminum, multi ſunt Muſculi gemini ac pares, pauci ſunt impares & ſolitarii, cujuſmodi ſunt Sphincteres & Diaphragma.

Figura. *Figura* Muſculorum varia eſt & inexplicabilis, [a] *Quadrata*, [b] *Triangularis*, [c] *Rotunda*, [d] *Longa*, [e] *Trapezia*, [f] *Deltoidis*, [g] *Scalena:* Utplurimum tamen

a, T10. f1. NN, T14. f2. OO. * b, T10. f1. * c, T22. f1. CD. * d, T14. f2. MM. T15. f18. AA. * e, T14. f1. AA. * f, T22. f1. A. * g, T13. f18. BB. *

rotunda

rotunda eſt, ſive Periphæriam ſpectes in Muſculo plano, ſive molem in longo & craſſo Muſculo. Propterea *Hipp. lib. de Arte* definivit Muſculum, *carnem in orbem circumductam*, ſed major pars Muſculorum figuram oblongam obtinuit.

Vbi obſervanda

Obſervabis in ea figura utplurimum, *partem mediam tumentiorem, extremitates anguſtiores.* Pars media *Venter* dicitur; Extremitas immobilis, *Caput ſive principium*; Extremitas mobilis, *Tendo, ſive Aponeuroſis*, quia finis eſt, ſive inſertio Muſculi ad partem movendam. Utraque extremitas, utplurimum nervoſa eſt, ſed potiſſimum tendo totus eſt nervoſus, in omnibus ferme Muſculis longis. Venter eſt carnoſus, raro nervoſus.

Venter. *Caput.* *Tendo.*

Color Muſculorum utplurimum rubicundus eſt, in paucis lividus & plumbeus apparet, ratione ſitus impuri, id eſt in ſordido loco.

Color.

Connexio Muſculorum duplex, in duobus extremis facta, & in diverſis partibus, quarum una ſtare debet, Altera moveri. Præterea Muſculi partes etiam movent, quibus tranſeundo adhærent, quamvis ad id non ſint deſtinati.

Connexio.

Communionem habent Muſculi omnes, cum partibus, per *Venas, Arterias & Nervos*, quos admittunt ſupra Ventrem, id eſt mediam ſui Corporis partem, ut vim motivam illis infundant & impertiant.

Communio.

Actio Muſculorum vel eſt *Vniverſalis*, aut *Particularis.* Univerſalis actio, quæ competit omnibus eſt *Motus*, Actio particularis eſt *Motus alicujus partis.* Motus ille perficitur, per *contractionem Muſculi*, dum verſus ſuum principium retrahitur, abbreviatur, & foris intumeſcit, quod convenit omnibus Muſculis, exceptis Muſculis Abdominis, qui agentes & contracti intus intumeſcunt, quia non habent oppoſita & renitentia,

Actio quæ duplex.

Itaque vera Musculi *actio erit contractio, vel contracti conservatio*, qui Motus dicitur *Tonicus*, in uno Musculo diu manente in una figura, vel in pluribus Musculis simul extensis & agentibus, ut dum tota manus elevata, & extensa diu tenetur.

Musculorum aliorum motus, *ut extensio & relaxatio*, sunt tantum per accidens. Ab istis motibus dependent partium motus, qui non tantum loci differentiâ distinguuntur, ante, retro, sursum, deorsum, sed etiam figurâ partis, quæ situs est partis in motu.

Ejus diversitas.

Situs vero, vel amplior est, isque Rectus & dicitur *Extensio*, vel obliquus, isque vel lateralis est, ut *Abductio*, & *Adductio in digitis*, vel cum inversione *Pronatio & Supinatio* in Manu, & Radio.

Musculi Fraterni.

Observabis quoque Musculos ratione motus similis vel contrarii *congeneres & fraternos* esse. *Fraterni* sunt in diversis & oppositis, modo ad eandem actionem conspirent, ut Musculi flectentes cubitum in eadem parte siti sunt, in diversis partibus temporales Musculi, qui Maxillam movent. Sunt autem *Antagonistæ* si contrarium motum edant, ut sunt flectentes Musculi oppositi extendentibus.

Congeneres.

Congeneres Musculi sunt magnitudine, numero, & robore ferme semper pares, non autem *Antagonistæ*, sed pro partis movendæ pondere, aut actionis vehementia, multum variant.

Actionis diversitas ut cognoscatur?

Investigandæ *actionis modum* in Musculo per situm, declarat *ductus fibrarum*: sic enim facile distingues rectum Musculum à transverso & obliquo. Ac proinde judicabis hos vel illos Musculos Rectos, Transversos vel Obliquos esse.

Varius quoque *fibrarum ductus* in eodem Musculo, prout ad diuersos exortus, & diversas insertiones directe feruntur diversitatem actionum in eodem Musculo

culo indicant, ut in Trapezio Musculo spectabis: Nam ab extremitatibus fibrarum cognosces, Caput & Tendonem.

Ubi Nervus inseritur, ibi *Caput Musculi* constitues. *Tendo* vero nervosior capite est, & directe oppositus.

Si Musculus unicam edat actionem, vel si multiplicem, pro varietate exortuum, varias obtinebit connexiones, id est, Capita & Tendones.

CAP. XI.

De Tendone

Nomen.

Tendo est extrema pars Musculi, quâ intendimus & movemus Ossa. Creditur *oriri & conflari* ex Nervo, & Ligamento simul mixtis, ita ut non reperiatur Tendo, nisi in extremitate Musculi ubi affixus parti movendæ.

Ortus & Constitutio.

At vero ὠντοψία docet *à prima conformatione tale corpus enasci*, primam esse ac præcipuam Musculi partem, quæ ab exortu Musculi initium ducit, & per totum ejus corpus disseminatur, si fuerit Tendo nervosus in principio, talis erit in fine, vel in principio, si per filamenta in carnes discerptus fuerit, postea uniuntur ad Tendinem formandum. Talis Tendo robustis Musculis additus est, qui validam actionem regunt in flexione, & extensione & motu Tonico, ut in artubus superis & inferis, & dorso ad erectionem Spinæ, sive trunci corporis. Reliqui Musculi ut sunt initio fibrosi, sic tales existunt in fine.

Duris ac rigidis Tendonibus *pinguedo* plurima circumjecta est, ad molitiem istius partis, ut facilius moveatur. Itaque *fibræ per carnem dispersæ nil aliud sunt, quam Tendo sic divisus & discerptus, & vicissim Tendo nil aliud*

aliud est, quam unitæ fibræ, ac proinde Tendo vel est compactus & solidus, vel divisus in fibras.

Tendones autem sunt solidi, vel plani, sive membranosi, vel rotundi, breves aut longi. In principio musculi si nervosi fuerint, tales in fine erunt. Interdum in fine nervosi conspiciuntur, quamvis originem habeant à capite musculi carnoso.

Pulchritudo. Admirabilis est solidi, longi, vel membranosi Tendonis durities, densitas, lævitas argenteaque albedo cum perspicuitate excellenti: Unde tantum decus illi accedit, ut *Fallopius* affirmarit, nihil pulchrius conspexisse, quam Tendinem, & humorem crystallinum.

Præstantia. Quare *Tendo cum sit pars similaris ex semine genita, peculiari substantia prædita*, qualis extra Musculum nuspiam reperiri potest, merito præcipua pars Musculi censeri debet, à qua dependet actio Musculi, reliquæ partes simul cum Tendine cooperantur ad eam actionem.

CAP. XII.

De Musculis Abdominis.

Musculorum Abdominis SUpra totius Abdominis amplitudinem extensæ sunt carnes Musculosæ, quæ simul junctæ constituunt integumentum carnosum, *Continens & Proprium.*

Numerus. Carnes istæ *dividuuntur in 12. Musculos: utrimque sex numerantur*, partim à situ, & ortu, partim à figura & officio denominati. Cujusmodi sunt *obliquus* [a] *descendens*, *obliquus* [b] *ascendens*, [c] *Rectus*, [d] *Transversus* [e] *Pyramidalis*, & [f] *Cremaster*.

a, *T*1. *f*2. GG HH II. *T*2. *f*8. A. * b, *T*2. *f*8. B. * c, *f*8. *ee*. *f*9, B. * d, *f*9. A. * e, *f*9. DD. * f, *T*6. *f*2. DD. *

Ex

Ex istis, *decem* comparati sunt ad compellendas interiores partes, & quidam ad movendam compagem Ossium sacri & Ilium. *Alii duo* nempe Cremasteres, Testibus suspendendis inserviunt, quos hic explicare convenit.

Figura. Vnusquisque *figuram* habet propriam, & obliquus ratione situs, actionis & fibrarum, dividitur in Ascendentem, & Descendentem. Ascendentes, atque Transversi, præ se ferunt figuram planam & dilatatam instar membranæ.

Amplitudo. Eorum *amplitudo* tanta est, quanta dimidii Ventris latitudo & magnitudo: *Obliquus tamen descendens* amplior est ascendente, & hic amplior transverso. Recti tanta est longitudo, quantum est intervallum à Xiphoide cartilagine ad Ossa pubis.

Origo. Quamvis autem à diversis partibus *oriantur*, tamen ad lineam candidam adeo firmiter coeunt inter se aponeuroses membranosæ congenerum Musculorum, ut unum videantur constituere Musculum. Est autem *Linea* [a] *candida*, discrimen sive diremptus Musculorum Abdominis, fingendo lineam à cartilagine [b] Xiphoide per Vmbilicum ad pubis Ossa protensam. Hæc autem evidentior est detracta Aponeurosi utriusque Musculi Obliqui Descendentis, quia inter duos Rectos Musculos cernitur intervallum lineale, adipe candido refertum, quod accipitur *pro linea candida*.

Linea alba quid?

Connexio. Quamvis Musculi Abdominis diversis partibus *hæreant & nectantur*, unde dicuntur oriri, *Connexionem* tamen habent *sive insertionem* omnes ad lineam Candidam Abdominis, & ad Ossa pubis. Vnusquisque *venas* accipit, & *arterias* peculiares, quin etiam *Nervos*.

Actio Musculorum Abdominis communis est, vel particu-

a, *T*1. *f*2, KK. * b, *T*10. *f*2. B. *

Actio communis. laris. *Communis* dicitur, quando æqualiter omnes agunt, ad comprimendum undiquaque Abdomen. Nec enim in eo motu seorsim agere possunt. *Particularis est*, quando Musculi congeneres, scilicet Ascendentes vel Descendentes seorsim agunt. Illi Thoracem deprimunt, hi Osseam compagem Ossium pubis & Ilium cum Osse Sacro simul junctorum agitant sine ulla, aut exigua Abdominis compressione, quia tum cessat. At vero quiescit, & immota manet Ossea compages, dum Musculi Abdominis æqualiter internas partes comprimunt & constringunt.

Particularis.

Usus. *Usus Musculorum Abdominis est*, dum quiescunt, contegere partes internas, & munire ab injuriis externis, dum calorem internum fovent atque conservant.

Descriptio particularis Pergamus ad Particularem Musculorum Abdominis descriptionem. Deinde de Musculis ad movendam Ossium pubis & Ossis sacri compagem destinatis agemus.

Obliquus [a] *Descendens* oblique positus ratione fibrarum, *oritur* [b] à Costis septem vel octo infernis, per carneas quasdam intersectiones seu fibras digitatim sive pectinatim fibris carneis Serrati majoris implexus, & costæ Ossis Ilium adhærens, atque Ossi pubis per latam [c] Aponeurosem in linea candida *terminatur*, cum suo pari & congenere unicum tendonem constituens individuum.

Oblique Descendentium.

Obliquus [d] *Ascendens*, *emanat* [e] ab Osse pubis & costa Ilium, & ad margines Costarum omnium notharum & verarum adnexus, usque ad cartilaginem Xiphoidem, lata Aponeurosi [f] ad lineam candidam *defertur* ac desinit.

Oblique Ascendentium.

a, T 1. f 2. GG HH II. T 2. f 8. A. ★ b, T 2. f 2. G HH. f 8. *aa.* ★ c, T 1. f 2. II II. T 2. f 8. *bb.* ★ d. T 2. f 8. B. ★ e, T 2. f 8. *ccc.* ★ f. T 2. f 8. *dd.* ★

In

In eo Musculo Posteriores Anatomici duplicem Tendinem observant instar vaginæ amplexantem Rectum Musculum. Sed duplicatura Tendinis dumtaxat apparet supra Vmbilicum, cum sit infra prorsus inseparabilis.

Rectus [a] *manat* carnosus à Sterno [b] juxta cartilaginem Xiphoidem, & per longitudinem Abdominis extensus, nervosus in Os [c] pubis *inseritur*. *Rectorum.*

In eo *tres nervosas* [a] *Intersectiones* observabis, ad robur comparatas, & eo inverso deprehendes, Venas per longitudinem excurrentes, *Mammariam* [e] descendentem, & *Epigastricam* [f] ascendentem invicem coeuntes [g] circa medium Musculi. *Intersectiones.* *Venæ.*

Per eam Anastomosim fieri consensum *Uteri* cum *Mammis* credidit Galenus, & post eum multi recentiores Anatomici. Quod verum est.

Extremitatibus Rectorum *incumbunt* & superiacent Musculi duo parvi, *Pyramidales* [h] *dicti*, qui desiciunt interdum, & præsertim *dexter*, sed defectum supplet Caro superiecta: comprimendæ vesicæ, atque revolvendo ejus fundo destinati sunt, ideoque suos *tendones immittunt* intra Rectos in eam Peritonæi partem, quæ Vesicam includit. Atque in Fœtu humano *Vrachus* [i] productio est tendonum pyramidalium, qui coalescentes unicum funiculum constituunt, traductum per foramen Vmbilici, & fundo Vesicæ affixum, tanquam suspensorium vinculum. In editis raro remanet ista connexio. Externa adhæsio comprimit, & deorsum trahit vesicam cum portione inferna Recti Musculi. *Pyramidalium.* *Vrachus* *quid?*

a, T 2. f 8. *ee.* f 9. B. ★ b, T 2. f 9. *c.* ★ c, T 2. f 9. *e.* ★ d, T 2. f 9. *ddd.* ★ e, T 2. f 9. *d.* ★ f, T 2. f 9. *f.* ★ g, T 2. f 9. *e.* ★ h. T 2. f 9. DD. ★ i, T 8. f 2. C. ★

Trans-

Transversorum. *Transversus* [a] *Musculus* à transversis lumbarium vertebrarum apophysibus [b] *eductus*, Ossibus Ilium & nothis Costis affixus, ac sub Recto Musculo traductus per latam Aponeurosim in lineam candidam [c] *desinit*, cum suo pari arctissime unitus.

Cremasteris. Præter Musculos Abdomini comprimendo dicatos, prope pubem secundum Inguinis transversalem longitudinem observandus *Cremaster* [d] *Musculus*, ad suspensionem Testiculi comparatus. Extrema *pars est*, Obliqui Musculi Ascendentis affixa spinæ anticæ & infernæ Ossis Ilium. Distinguitur à carne Obliqui Ascendentis, quod carnem habeat rubicundam, tenuiorem, & digiti latitudine disiunctam. Involuit productionem Peritonæi *usque ad* Testiculum, & constituit tunicam [e] Erythroidem.

Observabis in inguine *perforationem tendinum Musculorum* Abdominis alternatim dispositam, ut detur trāsitus productioni Peritonæi, & Musculo Cremasteri.

Motus ossium Ilium cum osse sacro ut fiat? Quoniam ex musculis Abdominis nonnulli movendæ compagi Ossium Ilium cum Osse sacro conferunt, eadem fidelia describam motum istius compagis Osseæ, & Musculos ad eum motum destinatos. *Movetur ista compages Ossea* per Symphysim arctissimè juncta, femoribus suffulta, Lumborum vertebris subjecta, ad procreationem hominis, quæ fit Maris & Feminæ congressu, in qua actione immotis femoribus, & stabili manente Spina, sola compages motitatur antrorsum & retrorsum: *Movent antrorsum Recti, & Obliqui descendentes*, quiescente Thorace, aut leviter moto, & ex longioribus intervallis. Retrorsum movent postici Musculi [f] *Sacer* & [g] *Semispinatus*, orti à

Quibus musculis?

a, T2. f9. A. * b, f9. aaa. * c, f9. bb. * d, T6. f2. DD. * e, T6. f2. CC EE. * f, T14. f4. BB. * g, f3. DD. f4. AA. *

parti-

partibus supernis Spinæ, tunc temporis immotæ & stabilis.

Cur libidinis sedes in lumbis constituatur? Itaque *sacræ Scripturæ* sedem libidinis in lumbis constituunt, quia ex isto motu lumborum renes incalescunt, stimulumque addunt partibus genitalibus, ad orgasmum & ejaculationem seminis. *Geneseos cap. 36.* scriptum est, *Reges de lumbis tuis egredientur: & Psalmo 73. Propheta Regius*, conqueritur quod ejus lumbi sint impleti illusionibus, id est, libidinosis concupiscentiis, ut interpretatur D. *Hyeronymus*, Apud *D. Lucam, sint lumbi vestri præcincti*, id est, castitatem servate.

Consideratio Medica.

Affectus eorum frequentiores. IN Musculis Abdominis frequenter sunt *inflammationes, abscessus, dolores*, à flatu: nam ex *Hippocrate*, pori carnium, & Musculorum spatia in sanis, sanguine & spiritu replentur, in ægris sero & flatu: idcirco *quid spasmodes* Musculis Abdominis accidit, quod describitur à Dan. Sennerto, *lib. 3. parte 10. cap. 8. Med. practicæ*. Unde interdum *spasmotromedea* in istis Musculis à flatulento spiritu, qui manat ab Hypochondriacis partibus, prava illuvie melancholica refertis.

CAP. XIII.

De Pertitonæo.

Peritonæi Nomen. DEtractis Musculis Abdominis; in conspectum venit *Peritonæum* [a], *Membrana omnibus alvinæ regionis partibus circumtensa*, inde nomen traxit apud Græcos.

Temperies. Cum sit pars spermatica, ejus *Temperies* non potest alia esse quam frigida sicca.

a, T2. f9. gg. *

57 *Substan-*

Substantia. *Substantia* membranosa Peritonæi non est *simplex* & uniformis; sed *duplex* & inæqualis crassitudinis: constat enim *duplici Membrana*, sibi mutuo firmiter appressa, disiuncta tamen in diversis locis, ut antrorsum ad traducenda vasa umbilicalia: in Hypogastrio ut intra duplicaturam suam contineat *Vesicam & Partes genitales*: lumbis, ut sinu suo Renes, Vreteres, Venam Cavam, Aortam, vasa seminalia includat.

Substantiæ membranosæ inæqualitas spectatur in Mulieribus crassior ab umbilico ad pubem, ut in conceptione juxta molem & amplitudinem Uteri dilatari queat: At in Viro crassior est ab Umbilico ad cartilaginem Xiphoidem, ut in helluonibus facilius obsequatur distento Ventriculo.

Exortus. *Originem* habet à prima conformatione, nisi quis à meningibus ortum repetat; quæ ut Pleuram producunt; sic Pleura Peritonæum: Ut membranarum partes internas investientium quædam sit continuatio, ut in cute universum corpus amiciente.

Situs. *Situm* obtinuit convenientissimum; immediate post musculos; undiquaque partes ambiens & constringens ad expulsionem rei inutilis.

Quantitas. *Peritonæum Membrana est* omnium ampliſſima, & capacissima; quæ longitudini & latitudini Ventris inferioris respondet.

Est autem ubique *duplex*, quia duabus membranis sibi mutuo attextis & incumbentibus conflatur; Quarum *interna*, brevior est externâ, non tantum quod omnibus Ventris partibus membranam impertiat; ipsumque Mesenterium producat, sed quia non comitatur externam usque ad Testes, sed finibus inferioribus Abdominis coercita non ultra pervadit.

Duplicatio.

Externa vero ad Scrotum usque delabitur, & obvoluit Testem; propriamque tunicam constituit *ely-*

[a] *Elythroidem*, & in suo progressu *Canaliculum* effingit, instar vaginæ, qui vasa spermatica tam Deferentia, quam Ejaculantia superne remeantia includit.

Ejusmodi productio externæ Peritonæi tunicæ, etiam observatur in inguine Mulierum, deducens usque ad Clitorida [b], rotundum & infernum [c] Uteri ligamentum.

Figura. Peritonæo *figura* tribuitur ovalis & oblonga, ratione Ventris inferioris, sed ex se *nullam habet propriam*, nisi distentum à partibus contentis. Attamen ratione continuitatis, qua corpus sphæricum effingit, dici potest *Ovalis*.

Continuitas illa est imperforata, admirabili artificio; licet intra Peritonæum vasa ingrediantur, & extra exsiliant, cuncta hæc intra duplicaturam traducuntur, sicque *Interna tunica* manet imperforata, quæ comprehendit partes primæ Regionis, ut *Externa* partes secundæ Regionis, quæ intra Ventrem sitæ sunt.

Color. *Color Peritonæi est albicans*, qualis reperitur in aliis membranis.

Connexio. Firmiter *adnectitur* Lumborum vertebris *externa* Peritonæi Membrana: *Interna* nullum habet cum Vertebris nexum, sed disjuncta spatium relinquit continendis Renibus; & reduplicata effingit Mesenterium. Quin etiam supra Diaphragma revoluta, velamentum ei præbet, & integumentum Hepati, producitque ligamentum Hepatis suspensorium à cartilagine Xiphoide dependens.

Communio. *Præter Communionem illam generalem* cum partibus principibus per *venas, arterias, & nervos*, *Particularem* habet cum omnibus partibus contentis, quibus membranas impertit tenuiores, vel crassiores, quibus in

a, T6. f2. CCEE. * b, T7. f4. II K. f5. A. * &c.
c, T7. f2. SS. f4. FF. &c.

58

locis

locis tenuis, vel crassius existit; Ideoque *Mater Membranarum* dici potest in Abdomine, ut Meninges omnium membranarum.

Vsus. *Actionem* nullam edit, sed *Vsus* non leves præstat toti Abdomini.

Consideratio Medica.

In peritonæo notanda. ISthæc contemplatio Peritonæi ad Usum Medicum revocanda. *Ratione duplicaturæ;* Notabis humores serosos, acerrimos, bilioſos sese insinuare in ea spatia, & dolores acutissimos excitare, qui *dolorem Colicum nothum* constituunt, qui non habet fundamentum intra Intestina, more alterius Colici doloris, sed intra membranas Peritonæi & Intestinorum: Unde acerbitas & diuturnitas morbi, de quo *Fernelius in sua Pathologia* consulendus.

Dolor Colicus nothus.

Interdum alii humores ab Hepate fluentes, vel à Renibus, intra istam duplicaturam, versus Umbilicum, vel Inguina, vel Os sacrum colliguntur, qui tandem *abscessum* faciunt, nisi purulentia jam facta eò delabatur.

Ejusmodi *dolores Colici* sunt potius sublimes, quam profundi, nec admittunt levissimum contactum: sæpe perveniunt ad Diaphragma, propter continuitatem membranæ Peritonæi, inde periculum majus creatur.

Hydrocele. *Propter Apophyses illas longitudinales Peritonæi*, quæ ad Testes producuntur, serosi humores qui ad Scrotum defluunt, *Hydrocelem* pariunt.

Enterocele. *Epiplocele.* *Entero Epiplocele.* In Inguine diligenter observabis istam productionem Peritonæi, quæ dilatata, raro rupta excipit Intestinum Ileum vel Omentum, unde nascitur tumor Inguinis dictus *Enterocele*, aut *Epiplocele*. Aut ab utroque delapso, *Entero-Epiplocele.*

CAP.

CAPVT. XIV.

Partium Ventris inferioris Divisio.

Partes Primæ Regionis quæ? PArtes alvinæ Regionis Peritonæi septo inclusas, sic divido. Omnes pertinent ad primam Regionem, quæ aluntur & rigantur à venis Portæ. Ideirco [a] Omentum, Cava [b] pars Hepatis, Cystis [c] fellis, [d] Ventriculus, [e] Lien, [f] Pancreas, [g] Intestina, [h] Mesenterium cum vena [i] Porta, & arteria [k] Cœliaca, constituunt primam Corporis Regionem in Abdomine sitam. Reliquæ partes quæ duplicatura Peritonæi inclusæ sunt, referuntur ad secundam Regionem, quæ comprehendit in Ventre, [l] Renes, [m] Ureteres, [n] Vesicam, Partes [o] Genitales in Viris, in Mulieribus Uterum [p] cum partibus adnexis. *Quæ Secundæ?* *In abdomine.*

Extenditur usque ad supernum Thoracem, atque [q] Diaphragma, [r] Mediastinum, [s] Cor cum [t] Pericardio, [u] Pulmones, Tracheam [x] arteriam, [y] Oesophagum, [z] Linguam & [α] Larynge, cum truncis Venæ Cavæ & Aortæ complectitur. *Extra abdomen.*

Extenditur à Iugulo usque ad inguina, ex doctrina *Fernelij*. Longius extendo usque ad Artus, quocumque pertingunt Aortæ & Cavæ truncorum [β] Axillarium & [γ] Cruralium majores canales.

a, *T* 12. *f* 10. E. * b. *T* 4. *f* 1. A. * c, *f* 1. C. * d, *T* 2. *f* 10. C. * e, *T* 4. *f* 1. D. * f, *f* 1. EE. * g, *T* 3. *f* 1 & 4. * h, *f* 1. AA. *T* 4. *f* 1. HH. * i, *T* 4. *f* 1. FF. *f* 6. AA. &c. * k, *f* 5. K. * l, *T* 5. *f* 1. BC. * m, *f* 1. FF. GG. * n, *f* 1. K. * o. *T* 6. *tota.* * p, *T* 7. *tota.* * q, *T* 10. *f* 1. II. *f* 6. AA FF. * r, *f* 4. AA. * s, *T* 11. *f* 2. B. *f* 7. I. &c. * t, *f* 1. A. *f* 2. A. * u, *f* 1. BB. *f* 2. KK. *f* 7. FF. * x *f* 7. E. *f* 8. ABC. *T* 13. *f* 9 & 10. EE. * y, *T* 3. *f* 2. EE. * z, *T* 13. *f* 14. A. * α, *T* 13. *f* 9. 10. &c. * β, *T* 12. *f* 1. & 4. BB. * γ, *f* 1. & 4. DD. *

CAP. XV.

De Vmbilico.

Vmbilicus quid?

UMbilicus puerulis usque ad extremam ætatem nodosus est [a] coitus Vasorum quatuor [b] Umbilicalium, per quæ Fœtus alebatur in Utero. Eorum longitudo extra Abdomen prominens tanquam inutilis, edito in lucem [c] Fœtu resecatur.

Continuatio vasorum intra Abdomen remanet, quæ sensim exarescunt suo antiquo privata officio, ideoque aliter considerantur in adulto Corpore, aliter in Fœtu.

Vasorum umbilicalium

De Vasis Vmbilicalibus agemus, prout reperiuntur in Cadavere perfecti hominis. Sunt autem vieta & ligamentosa, duplicato Peritonæo inclusa. *In nodoso* coitu,

Origo.

qui foras extuberat, & eorum principium est, extra uterum, medium Ventris & Corporis assignatur.

Insertio.

Vena [d] *Vmbilicalis* solitaria tendit ad fissuram [e] Hepatis, *Arteriæ* [f] geminæ [g] descendunt ad Iliacas [h] arterias, interdum ad [i] Hypogastricas, Vesicam lateraliter perreptantes.

Vsus.

Arteriis interjectus est [k] *Vrachus*, fundo Vesicæ affixus. Atque hi sunt termini originis & insertionis *Vasorum Vmbilicalium*. *Vrachus* figuram habet oblongi & rotundi ligamenti, atque usum suspendendi Vesicam.

Vena Vmbilicalis revellit Iecur antrorsum, ne pondere suo premat subjectas partes: *Arteriæ Vmbilicales* sustinent [l] Vesicam, ne inferne devoluatur, quam-

a, T8. f2. DD. * b, T8. f2. ABBC. * c, T9. f2. P. * d, T2. f10. G. T4. f1. α. f6. aa. T8. f2. A. * e, T4. f5. C. * T f, T8. f2. BB. f4. ε ε. * g, T2. f10. *juxta* H. * h, f4. δ δ. * i, f4. ♀♀ *vel* ζζ. * k, T8. f2. C. T9. f2. O * l, T2. f10. HI. *

vis duplicato Peritonæo sit inclusa. Idcirco merito comparatur *ab Aristotele*, *Vmbilicus*, istis lapidibus, qui in operibus fornicatis forficis in modum expansi, *Vmbilici* vocantur in Architectura.

Consideratio Medica.

Vena Vmbil: sectio periculosa.

HUjus structuræ cognitio ad usum Medicum revocata, docet *Vmbilicali Vena secta*, si non pereat, saltem Hominem deterius vivere, *Locum Vmbilicalem perspirabilem esse*, quia penetrat partes continentes, nec quidquam habet superjectum, vel intus, vel foras applicatum, meatum istum obturans: ideoque *Epomphalia Medicamenta* purgant, admota Vmbilico, & *odorata* pertingunt ad locos muliebres. Scitum *ex Hippocrate*, absceſſuum Ventris esse terminum *Vmbilicum*. Aquam hydropicorum interdum per *Vmbilicum* erumpere, ejusque affectus esse graves, non tam proprio sensu affectæ partis, quam viscerum nutritiorum subita læsione.

Locus Vmbilicalis per spirabilis.

Vena Vmbil: brevitas mala.

Præterea considerabis si Vmbilicus centrum Ventris obtineat: alioqui, si pars infra Vmbilicum sit longior superiore, Ilias morborum nascitur in Ventre inferiore, quia Umbilicalis Vena brevior non sufficienter revellit Iecur, quod pondere suo comprimit Ventriculum & partes subditas.

CAP. XVI.

De Omento.

Ratio demonstrationis.

PRiusquam accedas ad Omentum, illudque revolvas, inspicies qualiter omnes Ventris inferioris partes tegit. Deinde earum situm, ut supra annotavi, quod quidem non leve momentum ad medicandi artem obtinet.

Omenti Numerus.

Omentum [a] sive *Epiploon*, membrana est tenuis, multo adipe conspersa: Non est *simplex*, *sed gemina* ubique, adeo disjuncta in certis locis, ut manus introduci queat. Quod spectare licet in ea parte Omenti supra intestina expansa; & in alia parte glomerata, qua Ventriculo & Lieni juxta Diaphragma interposita consistit, non ita evidens est spatium, quando non produnt suas Omenta latebras, ut inquit Poëta *Lucanus*.

Id erat mali Ominis in Aruspicina, & si quando non erat obtensum Intestinis. Non molli ambitu Omenta, pingues Viscerum obtendunt sinus, ait *Seneca Tragœdus Poëta*.

Situs.

Portio quæ oculis subjicitur *Minor* est; naturaliter extensa usque ad Umbilicum. Interdum devolvitur ad Inguen & Scrotum; & in Mulieribus inter collum Uteri & Vesicam procumbit. *Major Portio* abscondita est in Hypochondrio sinistro, ut dictum est.

Partes.

Amplitudo Omenti, ratione adhæsionis principalis, & situs, dividi potest in quatuor partes. *Prima est* [b] *Intestinalis*, Intestinis supertensa. Altera [c] *Hepatica*, quæ à cavo Hepatis enascitur, includens parvum Hepatis lobum, quinetiam insinuata profundis cavitatibus Hepatis. Tertia [d] *Lienalis* dici potest, quoniam accumbit Lieni. Quarta portio [e] *Mesenterica*, productio est ipsius Mesenterii ad superiores partes, constituens *Epiploon*. Inde repetenda *ejus origo*.

Origo.

Considerațio Medica.

Morbi

OMentum suos patitur *morbos*, *Similares*, *Organicos* & *Communes*. Nam *intemperie* laborat, inde *inflam-*

a, T 2. f 10. E b c d. T 3. f 1. DD. * b, T 2. f 10. d d. *
c. f 10. b. *, d, f 10. c. * e, T 3. f 1. T 4. f 1. *

matur, sed raro, frequentius *abscessum* patitur, *Similares.* quia sordium Hepatis & Lienis conceptaculum. Interdum *augetur in magnam molem ex pituita ibi collecta*, nec facile hic tumor discutitur remediis internis & externis. Si mollis appareat, procuranda suppuratio, quæ raro feliciter succedit, etiamsi mature pars aperiatur caustico. Interdum *aqua Hydropicorum in cavitate Omenti concluditur, ex Aphorismo Hippocratis*, & deterior hic Ascites, quam si aqua fluitaret intra Abdomen quia facilius resorbetur à venis Mesenterii, vel à Liene spongioso, modo partes istæ fuerint irritatæ medicamentis Orragogis, procurata prius libertate meatuum. *Organici.*

Procidit Omentum in Inguen vel Scrotum, & tumorem parit *Epiplocelen*, vel *Oscheocelen*. *Erumpit foras extra Ventrem*, vulnerato Abdomine, tumque partis pendulæ magna portio religatur filo juxta ventrem, & exserta portio resecatur, quia facile putrescit: Nec tutum intus eam repellere. *Communes.*

Ex illa decurtatione Omenti non deterior aut imbecillior redditur prima concoctio, sive non peius coquit Ventriculus, quamvis id proditum à *Galeno*, quia Omentum non tegit Ventriculum, sed tantum fundo annectitur, vel suspenditur.

CAP. XVII.

De Intestinis.

ORdine sectionis sequuntur [a] *Intestina*, quæ sunt partes Organicæ, fistulosæ, chylo deducendo, & excipiendis sordibus destinatæ, ut Tenuia Intestina chylo, sic Crassa sordibus. *Intestinorum Usus.*

a, T 2. f 10. FF. T 3. f 4. 5, &c. *

Substantia — *Substantia* constant membranosa & fibrosa, quæ in *duas proprias membranas* dividitur, quarum *interior* [a] carnosa est, *exterior* [b] nervosa; sed interior *rugosa* cernitur, ac veluti plicata, ut suis rugis labentem chylum remoretur ad faciliorem venarum mesaraicarum suctum, quæ instar hirudinum Intestinis applicatæ, chyli tenuiorem partem exsugunt.

Carnosa. *Nervosa.*

Mucosa. Præter *Rugas*, *Muco Pituitoso* interna superficies est oblita, ac veluti loricata, ne bilis transeuntis contactu membrana læderetur.

Præter istas duas Membranas proprias, adjuncta est [c] *Communis* à Peritonæo, quam suppeditat omnibus partibus intra se contentis.

Situs. *In Abdomine collocata* sunt Intestina, & ferme totam cavitatem implent, exceptis Hypochondriis, sine ulla confusione, in varios sinus & anfractus dispositа & convoluta, propter connexionem quam habent cum [d] Mesenterio.

Longitudo. *Longitudo hæc* septies & ultra corporis proprii altitudinem sive longitudinem æquare observata fuit in homine, nec aliter metienda veniunt Intestina.

Divisio generalis. Isthæc *Longitudo* non ratione situs, sed continuitatis, & respectu membranarum, dividitur, in *Tenue* [e] *Intestinum*, & [f] *Crassum*. *Tenue* quod sumitur ab orificio inferiore Ventriculi, primum est, ac supremum ordine, & longius, membranis tenuioribus constat: *Crassum* ordine inferius, sed situ superius & brevius, atque capacius, Membranas habet crassiores.

Specialis. Rursum *Tenue Intestinum* destinguitur in *Tres partes, sive tria* Intestina, quorum *primum* vocatur [g] *Duodenum*, *secundum* [h] *Ieiunum*, *Tertium* [i] *Ileum*. Crassum

a, T 2. f 6. R. * b, f 5. Q. * c. T 3. f 5. PP. * d, f 1. AA. * e. f 4. à B ad I. * f, f 4. ab I ad O. * g, f 4. F. * h, f 4. GG. * i, f 4. HH.

sum Intestinum in totidem partes, sive Intestina dirimitur. *Primum* [a] *Cæcum*, *Secundum* [b] *Colum*, *Tertium* [c] *Rectum*.

Cavitas. Sunt autem omnia Intestina *excavata & fistulosa*, ut detur transitus chylo & excrementis: Intus ubique *rugosa* [d] secundum suam longitudinem, à Ventriculo ad anum, ad moram & tarditatem chyli: & sordium primæ coctionis; sed ad expulsionem & traductionem celeriorem, *motum* habent *Peristalticum*, quo sensim per partes Intestina contrahuntur superne deorsum.

Rugæ. *Motus.*

Tenuia intestina sunt. Atque hæc omnibus Intestinis *Communia* sunt. Superest de unoquoque seorsim agere.

1 Duodenum. Primum Intestinum [e] *Duodenum* dicitur, quod duodecim digitorum transversorum longitudinem æquat, quæ mensura reperitur usque ad contorsionem Intestini.

Hujus obscura est detectio. Nam versus Spinam investigandum cum principio Ieiuni sub Pancreate. *Isthæc positio* & intextura diligenter notanda, quia sæpe obstructionis & vomitus alimenti causa est sine vitio [f] Pylori, atque bilis fluens per meatum [g] cholidocum exitu prohibita, regurgitat in Ventriculum.

Meatus cholidochus. *Ductus Pancreatis.* In confinio [h] Duodeni & Ieiuni, *Meatus* [i] *Cholidochus* perforat Intestinum, & inter duas membranas aliquantulum repit deorsum, priusquam [k] pertundat internam membranam: juxta quam observatur *ductus sive canalis* [l] *Pancreaticus*, à Virsungo observatus.

2 Ieiunum. Vbi contorqueri incipiunt Intestina ad lævum latus, ibi incipit [m] *Ieiunum*, quod creditur inanius Ileo

a, T 2. f 4. I. * b, f 4. K. * c, f 4. M. * d, f 6. R. * e, T 3. f 4. F. * f, f 4. B. * g, T 4. f 5. HH. f 3. C. * h, f 3. DD. * i, f 3. C. f 5. HH. * k, f 3. E. * l, f 3. BB. * m, T 3. f 4. GG.

G 4 62 pro-

propter viciniam Hepatis, & multitudinem venarum meſaraicarum. *Totum jacet* in regione Vmbilicali & noſtratis ulnæ cum dimidia longitudine æquat.

3. *Ileum.* Sequitur [a] *Ileum* gracilius, & paulo lividius. Hoc ſolum reliquorum Inteſtinorum longitudinem ſuperat: *occupat* Ilia & Hypogaſtrium, atque circumdat ipſum Ieiunum parte inferiore, In eo Inteſtino creatur *Volvulus*, ſive *Ileos morbus*.

Craſſa ſunt

Quartum Inteſtinum ordine, & craſſorum primum, dicitur [b] *Cæcum*, veteribus Anatomicis, iſtudque nomen retinet, quamvis prorſus exiſtat diſſimile ab antiqua deſcriptione. Inſtar ſacculi amplum non apparet, nec ſecundi Ventriculi officio fungitur, ad coquendas reliquias chyli nondum perfecte ſubacti, per unicum foramen patet ingreſſus & regreſſus.

1 *Cæcum.*

Nunc ejus loco *Appendicula Membranoſa* extat & demonſtratur, quæ latior eſt in Fœtu & recens edito Infante, quam in adulto. Inde captat occaſionem *Sylvius* ſcribendi multa in noſtris corporibus immutata, ſive in Corporis decremento, ſicut in Duodeno & Cæco Inteſtinis.

2 *Colum, cujus notanda.* Succedit *Colum* [c] *Inteſtinum*, in quo multa veniunt conſideratione digna, ſcilicet *Amplitudo*, *Situs*, *Vſus*, *Valvula*, *Ligamenta duo*, *Fimbriæ adipoſæ*, & *Connexio*.

Amplitudo. Ex Inteſtinis nullum *amplius & capacius*. A Rene dextro incipit juxta [d] appendiculam, & ſuperne revolutum, Hepati & Ventriculo ſubjacens, contendit ad Hypochondrium ſiniſtrum, ubi contortum, anguſtius redditur.

Situs. In obliquatione ſua, & deſcendens ſecundum Ileum, ſiniſtrum tangit Renem, & paulo infra in S literæ

a, *T* 3. *f* 4. HH. * b, *T* 3. *f* 4. I. * c, *T* 3. *f* 4. KK. *f* 1. CC. * d, *T* 3. *f* 4. I. *

Roma-

Romanæ modum reflexum terminatur in apice Oſſis ſacri.

Ibi acervantur fæces, & reliquæ ſordes Inteſtinorum, atque conceptaculum eſt flatuum primæ Regionis. *Vſus.*

Ne nimium dilataretur fæcum congeſtione, & impetu flatuum, Natura roboravit iſtud Inteſtinum *duobus ligamentis* robuſtis, quæ per longitudinem expanſa, plicaturas & rugas majores efformant in eo Inteſtino quam in aliis, ita ut in quibuſdam cellulatum reddatur ad retentionem fæcum, & quoniam deſtituitur vinculo Meſenterii, ac proinde roſcido illo humore, qui manat à pinguedine & glandulis Meſenterii. Natura circumiecit ſparſim *fimbrias adipoſas* ad humectationem iſtius Inteſtini. *Ligamenta.* *Fimbriæ adipoſæ.*

Non eſt prætereunda *Valvula* [a] *illa litigioſa*, principio Coli affixa inſtar membranoſi circuli, quæ impedit refluxum ſordium in Ileum, & aſcenſum clyſteris uſque ad Ileum. Propterea inferiores partes reſpiciens reſeratur, ut permittat ſordibus tranſitum, remeantibus obſiſtat. An potius enaſcitur ex anguſtia Coli, dum Ileo coaleſcit & coaptatur? Ita ex ligamentis duobus Coli formatur *Appendicula Cava*, quibus laceratis & evulſis diſſolvitur & obliteratur. *Connectitur* Peritonæi membranæ per vincula membranoſa cum careret Meſenterio, quidquid contra ſcripſerit *Laurembergius*, accuſans *Riolanum* ignorantiæ, vel caligantis viſus. *Valvula.* *Connexio.*

Poſtremum Inteſtinum eſt [b] *Rectum*, quod à faſtigio Oſſis ſacri recta pergit ad anum. Iſtud Inteſtinum contra naturam aliorum, præter internam membranam [c] *carnoſam*, habet etiam externum in- 3 *Rectum.*

a, *T* 3. *f* 4. L. * b, *T* 3. *f* 6. & 7. M. * c, *T* 3. *f* 5. Q. *

G 5 63

vo-

volucrum carnosum [a] *Musculosum*, instar thecæ, ut validius foret ad expulsionem fæcum, quæ in extremitate Coli & Recti Intestini cespitare solent. Ideoque præter compressionem musculorum Abdominis, & motum peristalticum Coli Intestini, Theca hæc carnosa, quasi manu compellit cunctantes fæces ad egressum.

Quia in exenteratione Ventris Inferioris, Intestinum Rectum relinquitur, ideo reservabo de ejus extremitate agere, id est, Podice, post historiam Penis virilis. [b]

Consideratio Medica.

Morbi Intest: Communes

PErgo ad morbos, & symptomata Intestinorum. Patiuntur morbos *similares, organicos, & Communes:* Nam laborant intemperie calida, frigida, simplici, vel juncta cum humore consimili. Inflammantur, Vulnerantur, Vlcerantur, nimium arctantur siccantibus & adstringentibus, vel laxantur humidis & emollientibus, vel lævigantur rugis Intestinorum deletis, ut in Lienteria & longa diarrhœa. Interdum ita obstruuntur, ut per vomitum fæces redeant.

Morbi peculiares

Præter morbos ipsis communes habent Intestina seorsum considerata suos morbos peculiares.

Duodeni.

Duodenum obstrui potest per compressionem à Pancreate. Inde vomitus alimenti per duas aut tres horas

Obstructio

concoctionis, quia intercluſus est commeatus.

Ilei.

Ileum Intestinum patitur *Ileum morbum*, qui inflammatio est, non contortio, sive reduplicatio Intestini: & quia proximum inguinibus procidit in Inguina vel scrotum, inde *Bubonocele, vel Oscheocele.*

Volvolus.

Prolapsus.

Raro Coli Intestini dextra pars, ut in puerulis accidit,

a, T 3. f 7. O. * b, *cap.* 33. *lib. hujus.* 2*di.* *

cidit. Si antrorsum Intestina procumbant, Rupto vel Jejuni. dilatato Peritonæo juxta Umbilicum laxatum, fit *Omphalocele*, atque primum prolabitur Iejunum. *Prolapsus.*

Colum obnoxium est *Colicis doloribus*, sive ab humore acerrimo, sive à flatu fiant, sive ab hausto aere frigidissimo. *Vermes* in ipso generantur, qui serpunt interdum usque ad Ventriculum, & vomitu reiiciuntur. Solum hoc Intestinum præ cæteris obnoxium est *exulcerationi quæ pusproducit*, quod multi manare putant à Mesenterio ulcerato, & infeliciter utuntur purgantibus medicamentis & clysmatis, quæ magis irritant, foventque malum, & adaugent. Quia extremitas Coli juncta Intestino Recto carnosior est, ibi abscessus dolorifici generantur, qui pure excreto ocyus sanantur, quam si à Mesenterio prodeant.

Coli. *Dolor.* *Vermes.* *Vlcus.*

Interdum etiam *tumores scirrhosi* ibidem enascuntur, qui difficultatem egerendi adferunt, tandemque ad interitum præcipitant.

Scirrhus

Rectum Intestinum suos habet morbos peculiares. *Tenesmum, inflammationem, abscessum*, qui in ulcus degenerat, interdum fistulosum curatu difficile, nisi ope Chirurgiæ.

Recti. *Tenesmus. &c.*

Motus Intestinorum *Peristalticus* interdum adeo pervertitur, ut fæces superne remeent, & clysteres injecti per os recurrant: imo suppositoria, si credimus quibusdam Practicis, tumque *Valvulam* [a] *Coli* effrigi necessum est.

Omnia Intestinorum symptomata ferme ad excretorum ametriam referuntur, in excessu fluentis materiæ, qualia sunt profluvia alvi, alia à defectu pendent, ut alvus adstricta, quæ non respondet assumptis alimentis, nec deponit sordes, nisi sollicitata medicamento. Quæ duo symptomata in excessu & de-

Symptom: Intest: sunt

Alvus adstricta.

a, T 3 f 4. L. *

64

fectu

fectu excrementorum multum incommodant Vitæ salubri.

Alvi profluvia. Profluvium alvi *Diarrhœa* dicitur, quæ vel est chylosa, vel humoralis. Chylosa nomen *diarrhœæ* retinet. *Humoralis* vel est *Cœliaca*, vel *Mesenterica*, vel *Intestinalis*. Cum ulceratione, dolore, & cruore, *Dysenterica* dicitur. Si loturæ carnium similis, sine dolore, *Hepatica*, ab Hepate procedens. Si ab Intestinis lævigatis, ipsoque Ventriculo, *Lienteria* nominatur. Si purulentia diarrhœæ sit permixta, *Mesenterica* nuncupatur. Causas istorum symptomatum reperies apud omnes Practicos, nec immorabor in iis recensendis, Intestinorum tunica interior exspoliatur & secernitur, quæ creditur conversa in vermem oblongum, duorum vel trium cubitorum, qui *Tænia* dicitur, de quo legendus *Adrianus Spigelius*, *libello de Lumbrico lato*.

Quæ varia sunt.

CAP. XVIII.

De Mesenterio.

Nomen. MEsenterium [a] est Intestinorum vinculum, unumquodque in suo situ conservans, ne implicita & convoluta, actione sua & usu privarentur.

Structura. *Duplici membrana* contextum est, quibus interjectus est copiosus *adeps* cum plurimis [b] *glandulis*, atque *quadruplex* [c] *vasorum genus*, his omnibus interpositum. Talis est structura Mesenterii.

Situs. In medio ventre *situm habet*, quia adhæresit apophysibus transversis lumbarium vertebrarum, interventu ligamentorum, inde illi *origo*.

Connexio. Firmo amplexu Intestinis adeo [d] *cohæret*, ut

a, T3, f1. AA. T4. f1. HH. * b, T3. f1. aaaa. * c, T3. f1. BB. * d, T9. f1. MM. *

divi-

divisionis nulla nota appareat. Excurrunt inter duplices membranas Mesenterii *Venæ* [a] *innumeræ à Vena Porta* prodeuntes, quæ *Mesaraicæ* vel *Mesentericæ* dicuntur. *Arteriæ* [b] infinitæ propagatæ à Cœliaca arteria. *Nervi* [c] à lumbaribus producti.

Vasa.

Quartum genus Vasorũ, quæ *Venæ* [d] *lacteæ* dicuntur ab *Asellio* inventore, adjectum fuit, de quo non est amplius dubitandum, cum sit jam vulgatum & acceptum.

Venarum Lactearũ.

Hoc unum multos auxios tenet, distributionis diversitas. Nam in animali vivente saturo & aperto, notantur quidem istæ Venæ lacteæ sparsæ per Mesenterium, sed aliæ ad Pancreas progrediuntur, aliæ ad Hepar, aliæ ad truncum Cavæ derivantur, nullæ ad Lienem: Nec more Venarum Partæ in unum caudicem coeunt: videntur potius radicem & fundamentum habere in Pancreate; & inde hinc & illinc dispergi.

Distributio.

His positis *Venis lacteis*, omnes difficultates quæ olim movebantur, de distributione Chyli, & sanguinis per eundem Canalem, cessant. Nam *Venæ lacteæ* vehunt chylum ad Hepar, *Venæ Mesaraicæ* revehunt sanguinem ad nutritionem Intestinorum. Ac proinde seorsim isti canales possunt obstrui, & anadosim sui humoris intercipere, quod est notandum in *Praxi*, ad curationem morborum alvinæ regionis.

Usus.

Cum Mesenterium *communicet* cum Hepate per Venam [e] Portam, cum Liene per arterias [f] Cœliacas & Splenicam [g] Venam, cum Intestinis per suas connexiones, habeatque substantiam adiposam & glandulosam, susciplendis humoribus idoneam, & accommodatam: Medici merito collocarunt *senti-*

Mesenteri cur Nutrix medicorum dicatur?

a, T4. f1. aaaa. T9. f1. ccc. &c. * b, f1. bbbb. T9. f1. dd. &c. * c, f8. nn. * d, T9. f1. aaa bbb. * e, T4. f1. FF. f6. AAA. * f, f5. K &c. * g, f1. II. f6. B. f8. B.

65

nam

nam corporis in ea parte, ad quam confluit, derivaturque omnis primæ regionis impuritas. Ac proinde *Medicorum Nutricula* nuncupatur; nam ab eo fonte & seminario omnes morbi alvinæ regionis, ortum & contumaciam repetunt. Nec aliud habent in ore Medici, in suis consiliis & remediis assignandis, quam hujus partis expurgationes, quæ fuit sententia *Fernelij*, quam omnes Medici religiose colunt & retinent.

Consideratio Medica.

Mesenterij morbi qui?

ITaque *Mesenterium* laborat Morbo similari, *Intemperie* qualibet simplici & composita, *Inflammatur*, & frequenter *abscessum* patitur, *Ulceratur*, atque ratione vasorum sæpissime *obstruitur*.

Ratione *adipis & glandularum in molem* prægrandem *extumescit scirrhosam*, quæ steatoma æmulatur, imo fundamentum est *Strumarum*, quæ raro foras emergunt magno numero, nisi radices egerint in Mesenterio.

Obnoxium est *Colicis doloribus nothis*, ab acerrima bile, qui degenerant in *Paralisim* inferiorum artuum; interdum superiorum, vel *Paresim*; inde proficiscitur *morbus ructuosus Hippocratis*, & αὐάντη, *siccatorius morbus*. De morbis Mesenterii legendus Dan. *Sennertus*, & Matthæus *Martinius*, qui ex professo ea de re tractavit.

Qui Venæ Lacteæ & Mesaraicæ separatim obstruantur?

Quamvis *Mesaraicæ Venæ*, *& lacteæ chyliferæ* instar hirudinum Intestinis sint affixæ, utriusque tamen materia diversimode ducitur per istos canaliculos. Nam Jecur per venas lacteas trahit chylum, idem per Venas Mesaraicas sanguinem transmittit ad Intestina; proinde separatim obstrui possunt diversimode.

Nam

Quomodo Lacteæ?

Nam *venæ lacteæ*, *vel* à crassiore chylo *obstruuntur in toto ductu*, *vel in suis radicibus* intra Hepar.

Si in toto ductu, exoritur *diarrhœa chylosa subalbicans, vel cinerea*; *si in suis radicibus* intra vel prope Jecur. *Chylus lævi cruore tinctus est.*

Quomodo Mesaraicæ?

Si Mesaraicæ sint obstructæ intra Jecur, sordes Hepatis non facile expurgantur, *restitant in Hepate*, *vel in Venis Mesaraicis*, quæ cum omnes cocant in unum truncum, earum faciliores & contumaciores sunt obstructiones, propter Venarum multiplicitarem intra vel extra lecer.

Lactearum cur nullus Truncus?

Venarum lactearum nullus est truncus, sed plures separatæ in cavam Hepatis partem inseruntur ne ipsarum tam facilis foret obstructio, *ideoque fluores alvi humorales*, manant ab Hepate, sive Venis Mesaraicis intemperatis, vel sordibus inquinatis: fluores crassiores à Venis lacteis prodeunt, ex Corrupto Chylo.

Utriusque profluvii eadem curatio per ecphractica, & expurgantia crassos humores, sed in fluore Venarum Mesaraicarum liquidiore, etiam roborantibus interdum utendum, huicque fluori potius convenit Venæsectio & Vomitorium, quam alteri fluori venarum lactearum.

CAP. XIX.

De Pancreate.

Pancreatis Substantia.

PAncreas [a] non est corpus [b] vere carneum, neque glandosum, sed quid medium inter carnem & glandulam, quod tamen est spongiosum, ut excipiat sordes Lienis & Hepatis.

Situs.

Substernitur Ventriculo instar mollis pulvinaris, & ab [c] Hepate usque ad [d] Lienem porrigitur palmæ latitudine, si naturalem conformationem servet.

a, T4. *f*1. EE. * b, *f*2. AA. *f*3. AA. * c, *f*1. A. * d, *f*1. D. *

66

Ex-

Vasa. Excipit Venæ Portæ [a] truncum, Venas [b] Lacteas, & sinu suo traducit venam [c] Splenicam, quæ defertur ad [d] Lienem.

Ductus novus Virsungi. Præterea, in Pancreate *Canalem* [e] *novum detexit Virsungus*, qui ab uno extremo versus Lienem secundum longitudinem Pancreatis incluſus, inſeritur in [f] Ieiunum, prope meatus [g] cholidochi [h] foramen. Quo fine conditus fuerit incertum. An ut ſordes Pancreatis, vel potius Lienis eo deductas expurget: *Vſus ejus.* Sic *Fallopius* canales invenit in Pancreate nullo modo cum Venis communicantes, qui bile referti, ipſam deponunt in Inteſtina? An potius, ut chyli portio exſugatur deferenda ad Lienem, ad ſanguinis particularem elaborationem. Sed ſi non pertingat canalis ad Lienem, ceſſat iſtud officium, atque potius inſervit expurgandis ſordibus, quæ cumulantur in ea parte, ſive fluant â Liene, ſive ab Hepate; ſivè ſit ſordities chyli, quæ ibi coarcervatur.

Vicarius Lien cur dicatur? Hanc partem increſcere in Hepatis molem, exareſcente Liene ſæpius obſervatum, ita ut vicarium Lienis viſcus appellari poſſit & debeat. Ibi melancholiæ hypochondriacæ ſedes conſtituitur, & multorum morborum hoſpitium cum Meſenterio. Vtrumque maleficum, ſi ſcateant & ſordeant pravis humoribus, ideoque ſemper ambo accuſantur à Medicis, tanquam intemperata & ſaburrata.

CAP. XX.

De Vena Porta.

Venæ majores duæ? INtra Ventrem duæ *Notabiles Venæ* continentur, quæ ortum ducunt ab Hepate, Vna vocatur [i] *Vena*

a, T4. f1. FF. * b, T9. f1. aaa bbb. * c, f1. I. * d, f1. P. f3. FF. * e, f3. BB. * f, f3. DD. * g, f3. C. * h, f3. E * i, T4. f1. FF. f6. tota.

Porta, quæ in partes nutritioni dicatas diffunditur, nec ultra pervadit. Altera reliquum corpus alit à Capite uſque ad pedes excurrens, *Vena* [a] *Cava* dicitur, extra Peritonæi cavitatem ejecta, dorſum & Lumbos cum Aorta [b] conjuge perreptat: & à Corde potius quam ab Hepate produci creditur. Vena Porta naſcitur à cava parte Hepatis, in qua hiatus adeſt, quem ſubit & replet, *porta Hepatis* dicitur, & *Vena ad portas Hepatis ſita.*

Vena Porta. *&* *Vena Cava.*

Porta rami ſuperiores. Truncus Venæ Portæ deſcendens in Ventrem, emittit *Gaſtrepiploim*, quæ in Ventriculum & Epiploon diſtribuitur. *Secunda* [c] *Inteſtinalis*, quæ defertur ad Inteſtinum Duodenum: ſuccedunt *Cyſticæ* [d] *gemellæ*, quæ in Cyſtim ſive Veſiculam felleam feruntur. Poſtrema eſt *Gaſtrica* [e] *minor*, quæ latus dextrum Ventriculi perreptat.

Rami ejus inferiores. His productis propaginibus, Truncus finditur in *duos Ramos inſignes*, [f] *Splenicum & Meſentericum.* Hic rurſum dirimitur in *quatuor Ramos*, quorum amplior nomen totius retinet, & *Meſentericus* dicitur. Secundus [h] *Hæmorrhoidalis*, ad Rectum Inteſtinum delabitur. *Tertius Cæcalis* ad Cæcum Inteſtinum, ſive ad principium Coli fertur. *Quartus* reliquam Coli partem adit & alit.

Meſenterici rami diviſio.

Splenici rami diſtributio. *Splenicus* Ramus Pancreati immerſus, ubi detectus fuerit, quatuor Venas ſibi oppoſitas ſuperne & inferne producit. Prima eſt [i] *Gaſtrica major*, quæ ad latus ſiniſtrum Ventriculi aſcendit: Huic oppoſita *Epiploica dextra*, in Epiploum diſſeminatur. Succedunt *Coronaria* [k] *ſtomachica* in Ventriculum delata, & *Epiploica ſiniſtra* ad Epiploum derivata.

a, T5. f2. F. T12. f1. C. * b, T5. f2. G. T12. f2. C. * c, T4. f6. m. * d, f6. b. * e, f6. dd. * f, f6. B. * g, f6. CD. * h, f6. II. * i, T4. f6. ee. * k, f6. e. *

CAP. XXI.

Quid considerandum in Vena Porta.

Notanda sunt illius

Locus.

MUlta veniunt considerandа in Vena Porta.
1. In primis quod constituat *primam* Corporis *Regionem*, cum illis partibus, quas alit & alluit suo sanguine.

Sanguis.

2. Quod habeat & contineat *sanguinem peculiarem* qui non circulatur ut sanguis Venæ Cavæ, potest quidem habere transfluxum & transvasationem cum ramis Arteriæ Cœliacæ.

Usus.

3. Quod deferat *solum sanguinem*, nec amplius chylum, inventis & introductis *Venis lacteis* chyliferis, præter sanguinem etiam impuritates Hepatis & Lienis in Pancreas, Mesenterium & Intestina transmittit.

Communio.

4. Quod intra Hepar nullam aut exiguam habeat *communionem* per radices suas cum radicibus Venæ Cavæ; Ac proinde una quæque Vena suum habet sanguinem peculiarem, Vena Porta suum, crassiorem minusque defæcatum, ad nutritionem partium primæ Regionis. Vena Cava continet sanguinem subtiliorem, Circulatorium, qui partes secundæ & tertiæ Regionis alit.

Amplitudo.

5. Quod Venæ Portæ *Truncus* radicatus in Hepate, sit amplior ramo Venæ Cavæ, si inde nascatur.

Cacochymia p.n.

6. Quod in morboso corpore *cacochymiam* plurimam contineat, quam deplere per Venæ sectionem multiplicem dubitatur merito, an sit tutum, ne refluens iste sanguis in venas majores Circulationi dicatas, totam massam sanguineam inficiat.

Deletio.

7. Num Vena Portæ post duas vel tres evacuationes è brachio, facilius deplerі possit per *hæmorrhoides*, vel per sectionem *venæ pedis* alterutrius.

Obstructiones.

8. Quod omnes impuritates alvinæ regionis, in tubulis istius Venæ præsertim Mesentericis & Splenicis contineantur, unde fiunt Lienis & Mesenterii obstructiones contumaces.

Valvulæ.

9. Quod nullæ *Valvulæ* reperiantur in hac Vena, ut in aliis Venæ Cavæ ramis.

Viæ evacuationis.

10. Quod Vena Porta *Vias* habeat, quibus exoneratur, scilicet hæmorrhoidales Venas, refluxum in truncum Aortæ per Cœliacam, & vomitum sanguinis, contra naturam, in plethoricis.

CAP. XXII.

De Cœliaca Arteria.

Cœliacæ

ISthæc Arteria soboles est arteriæ descendentis, & comitatur propagines Venæ Portæ; *nam in quot ramos Porta* dirimitur, similiter & *Arteria* [a] *Cœliaca*,

Origo.

quæ quidem habet pulsum à Corde, ipsiusque motum sequitur more aliarum arteriarum. Sed cum ejus sanguis non fruatur beneficio Circulationis, ut aliæ

Motus.

arteriæ, sitque tanquam arteria separata: Interdum ejus motus depravatur, dum inflammatoria pulsatio in Abdomine compressio percipitur, reliquis arteriis corporis lento gradu pulsantibus, ut observatur in melancholia Hypochondriaca, & inflammatoriis dispositionibus partium Hypochondriacarum.

Anastomoses.

Verumtamen habet *communionem* cum Vena Porta per mutuas anastomoses, inde fit confluxus, & transvasatio sanguinis; atque continuo affluxu & irradiatione sanguinis arteriosi à Corde per Aortam descendentis, vitalitas partium Abdominis conservatur.

a, T 12. f 2. p. q. r.

Hæc pulsatio sive palpitatio nota fuit *Hippocrati*, *lib. 7. Epid.* in historia illius, cui circa Umbilicum magis palpitabat Venter, quam Cor, cursu aut tremore agitatum. *In Coacis, & in Prognosticis*, mentionem facit hujus palpitationis: Præcordiorum venæ si pulsant, aut perturbationem, aut delirium portendunt.

Cœliaca Arteria *ex Hipp. lib. de morbis mulierum*, est Ἀορτὴ τῆς κάτω κοιλίης spiraculum inferioris ventris. *Vide Duretum in Coacis, pag. 183.*

Arteriæ Splenicæ doctrina.

Notabilis est *Arteria* [a] *Splenica*, quæ non traducitur per Pancreas, sed repit secundum longitudinem Diaphragmatis juxta spinam. Magnitudine sua æqualis est Splenicæ Venæ, sed ambagiosa in suo progressu, nullos ramos vicinis partibus suppeditat.

In Lienem inseritur bifurcata instar Splenicæ Venæ. Quare non est quærenda alia Splenica Arteria in diremptu Cœliacæ, nisi duæ vel tres arteriolæ quæ ad Ventriculum perveniunt.

A Splenica Arteria juxta Lienem, duæ Arteriæ derivantur ad Ventriculum. Ex hac fideli & vera relatione cognosces quo modo à Liene & Mesenterio maligni vapores ad Cor ferantur, unde *apud Plautum* conqueritur ille, *Cor lienosum habeo, jamdudum salit, de labore pectus tundit.*

CAP. XXIII.

De Ventriculo.

Ventriculi Membranæ.

VEntriculus, primæ coctionis sive Chylosis officina, ex duabus membranis propriis *contextus est* & altera [b] communi à Peritonæo. *Interna* [c] rugosa

a, T12. f2. t. * b, T3. f4. CC. * c, T3. f4. E. *

est

est ac villosa instar panni sericei. *Externa.* [a] carnosa ut excipiat calorem viscerum accumbentium, Iecoris & Lienis, quæ tanquam foculi igniarii, Ventriculum calefaciunt, atque ut facilius internam constringat. Ad eum motum *triplici fibrarum genere* firmatur, simulque ad robur, ut si copia ciborum laxatur, postea constringatur expulso alimento, quod excoctum & subactum fuit in Ventriculo. *Fibræ.*

Situs.

Iacet & [b] consistit inter Hepar & Lienem, tanquam inter duos focos, paulum inclinans in sinistrum Hypochondrium, si Lien suam naturalem molem servarit, alioquin ab eo grandiore repellitur in medium.

Ventriculi Magnitudo non exacte potest definiri, quia vacuus & inanitus, ita contrahitur, si robustus, ut non excedat pugni magnitudinem. Distentus & laxatus copia alimentorum, tres pintas Parisienses, id est sex libras vini aut aquæ, cum una aut altera libra solidi alimenti potest continere, ut quotidie in gulosis & helluonibus observatur. *Magnitudo.*

Vnicus est in homine, interdum secundum longitudinem in duas cavitates dissectus, quæ habent suum ingressum & egressum instar stomachi & pylori, idest duorum orificiorum Ventriculi naturaliter constituti. Atque illi difficillime vomunt, & si revomunt, humores reiiciunt absque alimento liquido quod eodem instanti sumpsere. An tum operatur facultas secretrix, vel potius liquidum alimentum in secundum ventriculum delapsum est, unde non facile remeat, propter angustiam orificii superioris. *Numerus.*

Si fuerit unicus Ventriculus rite conformatus, *Sphæricam figuram oblongam* refert, quæ comparatur corneæ-musæ, si Oesophagus & magna portio Inte- *Figura.*

a, T3. f4. D. * T2. f10. C. *

stino-

stinorum relinquantur.

Orificia duo. Egressus Ventriculi altitudine æqualis est ingressui, id est orificia duo sunt altitudine æqualia; ne liquida & solida alimenta elabantur, ante perfectam coctionem, tumque robore Ventriculi sese constringentis demittitur chylus in Intestinum reserato Pyloro.

Superius. Ingressus Ventriculi sive orificium superius, *Stomachus* [a] dicitur, sedes famis & sitis, quia duplici nervo [b] stomachico coronatus, exquisiti sensus particeps est.

Inferius. Orificium inferius [c] *Pylorus* nuncupatur, in quo Valvulam orbicularem æque notabilem & conspicuam, atque in Intestino Colo observabis, ut remeanti chylo obsistat.

Fundus. Præter hæc duo orificia in Ventriculo, observatur [d] *Fundum* sive Pars inferior, carnosior, quia ibi coquitur alimentum.

Superficies [e] interna Ventriculi, rugosa est ac villosa ad retentionem alimenti.

Actio. *Actio Ventriculi*, est *coctio* alimentorum, quæ licet sint varia, diversique generis, sua tamen proprietate sive facultate sibi insita, liquat, miscet & in substantiam cremoris similem convertit, quæ Chylus vocatur. Quomodo id fiat jam examinatum, *in Anthropographia, & in mea Responsione ad Io. VValæum, Medicum Leidensem eruditissimum.*

Coctio quo modo fiat?

Communio. *Communicat Ventriculus* jure viciniæ cum Hepate, Cysti fellea, Liene, Pancreate, Intestinis superioribus, Mesenterio superiore, atque etiam per Venas quas habet à Portæ Trunco & ramo Splenico. *Communicat* etiam cum Corde & Pulmonibus per nervos

a, T 3. f 2. H. f 4. A. * b, f 2. FG. * c, f 2. K. f 4. B. * d, f 2. III. * e, f 4. E. *

[a] stomachicos, quorum portio ipsi Cordi & Pulmonibus per transennam distribuitur: *communicat* etiam Cerebro per nervos stomachicos, qui à sexta conjugatione procedunt.

Renibus affectis potissimum condolet, vel appetitu prostrato, aut vomitione crebra, propter plexum [b] nervorum ex costali & stomachico conflatum, duobus Renibus interjectum. Vnde derivantur nervi in omnes Ventris inferioris partes dispersi.

Ratione nervosæ substantiæ *communicat* toti corpori, unde surarum contractiones in Cholera morbo & alysmos, inquietudo totius Corporis ex affecto Ventriculo.

Consideratio Medica.

VEntriculus variis morbis conflictatur, *similari, Organico & communi.* Nam *intemperie* simplici, vel composita afficitur, dum nimium refrigeratur, aut incalescit, vel exsiccatur, aut humectatur, de quibus accurate *Galenus, lib. 7, Methodi.* Ventriculi *Intemperies.*

Inflammatio. Præterea *inflammatur, abscessum patitur, ulceratur,* atque hæc tria accidunt potissimum in orificio superiore, vel inferiore, quia partes istæ sunt carnosiores: interdum in fundo ista possunt accidere quod vulneratur, & sanatur; imo *incisionem* admittit, ut extrahatur ferrum vel aliud simile durissimum, quod lædit, nec exire potest susquedeque, ut legitur in scripto *de cultrivoro Prussiaco.* *Absceſſus.* *Vlcus.*

Ardor. Καῦμα περὶ τὴν κοιλίην, *ardorem* circa Ventriculum observavit *Hipp. in Aphor.* quod est periculosum, ratione bilis effusæ intra membranas Ventriculi, vel ratione partium vicinarum æstuantium & inflammatarum.

a, T 3. f 2. FG. f 8. III. * b, T 3. f 8. ν *

Interdum Cystis fellea vicina tangit, tingitque Ventriculum, ac si titione ardenti ureretur.

Distentio. Ventriculus etiam afficitur *morbis in magnitudine aucta, vel diminuta, in situ, in cavitate, figura, & lævitate.*

Magnitudo Ventriculi *adaucta* & amplificata ut in helluonibus, nimium distendit Ventriculum laxatis fibris, ut postea sufficienter arctari nequeat ad complectendos cibos, ut bona chylosis fiat: quæ causa est cruditatis & imbecillitatis in Ventriculo.

Constrictio. Dum vero *substantia* adeo *est arcta* à ficcitate aut tumore membranarum, non potest satis dilatari ad susciplendos cibos, ideoque ab assumpto cibo licet pauco, dolitat; sed *frequentior est morbus in dilatatione, & exolutione*, tam in sanis, quam ægris corporibus, dum Jusculis, & potu frigido & humido liberali, adeo dissolvitur Ventriculi *Tonus*, ut fluor alui inde sequatur, qui tribuitur corruptioni alimenti ab intemperie fervida Ventriculi, vel obstructioni venarum Mesaraicarum quod tamen symptoma sæpe referendum ad Ventriculi laxitatem nimiam, *morbum materiæ Fernelii*, cui roborantibus & adstringentibus consulendum erat. Id observatur in apertionibus corporum post obitum, dum Ventriculus adeo extenuatus & laxatus deprehenditur, ut caput Infantis exciperet: Ideoque *morborum materiæ* observatio ad praxim valde necessaria, qui adstringentibus & siccantibus, tam sumptis quam admotis percurantur: quæ doctrina fuit Methodicorum, dum laxum & adstrictum in morbis constituerunt.

Quis horum frequentior morbus?

Situs mutatio. Interdum *Ventriculus mutat situm* naturalem juxta diaphragma revulsus, quod à pastu spirandi difficultatem adfert. Interdum propendet usque ad Umbilicum, ut observatum in cadaveribus, quod vitæ & coctioni multum incommodat.

Mor-

Morbum patitur in cavitate, sive obstructione, quando orificium superius vel inferius tumore aliquo afficitur, quod impedit ingressum alimentorum in Ventriculum & egressum. *Cavitatis obstructio.*

Afficitur etiam morbo lævitatis, dum interna superficies Ventriculi ex rugosa fit lævis, quod *Lienteriam* parit. *Superficiei lævitas.*

Ventriculum varia *symptomata* infestant *in actione læsa, & excretorum ametria.* Actio Ventriculi est appetitus, & coctio, sive chylosis. Læditur appetitus, dum aboletur vel diminuitur, aut depravatur. *Aboletur in Anorexia vel apositia*, sed hæc cum fastidio est, præsertim carnium, ideoque deterior: frequentissime minuitur in morbis appetentia, quod in malis non est ducendum; sed depravatio appetentiæ deterior est. *Symptomi in actione læsa sunt.* Ἀνορεξία & ἀποσιτία.

Depravatur autem *in Canina fame*, sive βελιμῷ, dum fames expleri non potest alimentis, vel dum prava alimenta appetuntur, eaque species depravatæ appetentiæ *malacia* appellatur à *Plinio*, à *Galeno* κίττα id est, *pica*. Βελιμος. Μαλακία.

Chylosis abolita vel imminuta, ἀπεψία dicitur, vulgo *corruptio chyli* appellatur: cum longiore mora coctio perficitur, quam par sit, βραδυπεψία dicitur. Vel cum in pravam qualitatem mutatur, δυσπεψία. Ab actionem læsam pertinent *tactus*, *motus* & *dolor Ventriculi*: sensus tactus est in toto Ventriculo: sed exquisitus in orificio superiore, ob nervos sextæ conjugationis, ibi implexos mirabili intextura. Ἀπεψία. Βραδυπεψία. Δυσπεψία.

Aboletur & imminuitur cum esuriendi & sitiendi necessitas adest, & tamen non sentiunt & recusant cibum & potum. Id accidit ab intemperie magna, calida, vel frigida, quæ mortificationem inducit, nisi æger deliret. *Alimenti recusatio.*

Cardialgia. Sensus tactus in dolore totius Ventriculi, vel superioris ejus orificii consistit, trahit in consensum Cor, partesque nobiles, unde is stomachi dolor, *cardialgia* & *cardiogmos* vocatur, & accersit syncopem, quæ *stomachica* dicitur, quæ fit Corde compatiente stomacho.

Anxietas. Ad hunc stomachi dolorem pertinet *anxietas & inquietudo*, seu jactatio corporis, quę Græcis ῥιπασμὸς, vel ἄσον nominatur, à qua febris ἀσσώδης dicitur.

Motus Ventriculi est relaxatio & coarctatio, quæ fieri debent circa cibos, ergo ubi deest iste motus, *fluctuationes* & κλυδόνες in Ventriculo oboriuntur, tam assumpto cibo, quam vacuo stomacho.

Singultus. *Motus* Ventriculi *depravatur in singultu & ructu.* Singultus molestior est ructu, & in febribus suspectus, sive proprio vitio ventriculi accidat, siue per consensum aliarum partium, præsertim Hepatis. Apud *Hippocratem* extat *morbus ructuosus.*

Ructus.

Sympt: in Excretis sunt. *Excretorum ametria* frequens est in Ventriculo, vel per superiora in *vomitu*, *& salivatione*, vel per inferiora, *in lienteria*, *diarrhœa*, *& cœliaca.*

Vomitus accidit, vel propter orificium superius obstructum, vel orificium inferius; si superius, alimentum cespitat in orificio superiore, moxque reiicitur. Si in pyloro vitium est, alimentum aliquanto tempore retentum excernitur.

1 *Vomitus* Vomitus quotidianus *bilis* sine molestia, non est morbus, neque pravum symptoma, quia id accidit propter ramum cholidocum in Ventriculum productum, ut notat *Galenus*, & exemplis probat.

Vomitus *sanguinis* pravum est symptoma, sive sanguis profluat ab Hepate, per venas tunci Portæ protensas

tensas in Ventriculum, sive à Liene per *vas* [a] *breve.* *Quo referuntur*

Interdum ex illa Vacuatione immodica, *Purpuream vomit ille animam.*

Cholera sicca. Excretio flatuum frequens cum ructu, ad vomitum revocari potest, & forsan *Cholera sicca* dicitur *Hippocrati* nota, & suis signis declaratur à *Ludovico Dureto in Coacis.*

&

Humida. Sed symptoma malignum est *Cholera humida*, quæ præceps est ac copiosa bilis excretio susque deque, intra quartum diem interimens, quia plurimum & repente vacuari periculosum, *ex Hippocrate lib. 1. Aphorism.* quia omne nimium naturæ inimicum, *ex eodem.* A phlogosi Ventriculi proficiscitur, quæ sedatur refrigerantibus & adstringentibus remediis tam sumptis quam admotis, potissimum usu *Aquarum Spadensium*, & *laudano* prudenter exhibito. Abstinendum cardiacis & stomachicis pulveribus calidis, quia irritant & vellicant stomachum. Medici Parisienses Venam secant avara manu, etiam deficiente pulsu, ad avertendum periculum gangrænæ, ex suffocato calore Ventriculi.

2 *Salivatio.* *Salivatio* nisi procurata fuerit per hydrargyrosim, id est, corporis inunctionem cum Unguento Mercuriali, vel à Cerebro manat, sæpe à Ventriculo, dum serum Lienis superfluum excipit, & per os exspuit.

Cardiacus morbus quid Ad morbos Ventriculi pertinet *Cardiacus morbus*, de quo leges *Trallianum, lib. 3. cap. 5. & 25. Mercurialem in variis lectionibus.* Erudite *Seneca epist. 15.* bibere & sudare, cardiaci vita est. *Plinius lib. 23. cap. 1. nat. hist.* Cardiaco morbo unicam spem in vino positam esse scribit. Quod repetit ex *Varrone, libro 13. cap. 14.* Cardiacus morbus est exolutio summa Ventriculi cum sudore multo: ab intemperie calida proficiscitur.

a, *Tab* 4. *fig.* 8. *lit.* h. *

Morbis Ventriculi accenseri debet *Ruminatio*, quæ fit resupino & inverso Ventriculo, quæ facilis est in quibusdam, ut in animalibus: de qua legendus *Horstius in Epistolis.*

Vomitus quomodo & quando provocandus?

Ex hoc discursu Anatomico & Pathologico licet colligere, quænam partes per Ventriculum vomitu exonerentur: an sit tutum istam partem violentis vomitoriis agitare: an utile sit huic evacuationi assuescere: *cum nemo sapiens ex olla coquinaria faciat matulam.* Præstat hanc partem nempe Ventriculum, diligenter conservare, ejusque tonum roborare, quam dissolvere vomitu, nisi viam istam Natura affectet, atque vomendi facilitas adsit, ac præparatio Veterum adhibita fuerit.

Vomitoriorum usus in moribundis reprehenditur.

Ideoque imperite faciunt, ne dicam impie, qui post multa remedia administrata, in moribundis, ac pene jam exolutis viribus, vomitoriis utuntur, tanquam extremis remediis, quæ quod supereſt vitæ suffocant, & mortem ocyus acclerant. *At Empirici & Agyrtæ hoc faciunt, & illis feliciter succedit?* si numerares ægrotos, quibus infeliciter propinarunt, centum invenies mortuos, pro duobus robustis servatis, qui fati ope, non medicamenti virtute, evasere: præstat potius emeticis uti inchoantibus morbis, dum turget humor biliosus in locis ventriculo propinquis, quam in mortis Agone. *Homicidij crimen est, peccare in hominis salutem.* Empirici prudentiores cum ad tales ægros vocantur, quæ ab aliis Medicis peracta sunt solent improbare, & magnum vitæ discrimen denunciare, ideoque caute aurum potabile, vel quid consimile tamquam instaurativum virium exhibent, donec natura quiescens ab omni perturbatione resurgat, Tumque opportunitatem capiunt exhibendi vomitorium blandum, quod susque deque humores serosos vel

Empyricorum astutia in exhibendis vomitoriis.

vel consimiles educit. In pluribus morbis, inquit *Hippocrates*, præstat quiescere, quam aliquid agere, & si Medicus nosset se esse ministrum naturæ, plures ægros sanaret. Vide *Valesium ad Particulam 19. sect. 2. lib. 6. Epid.*

Ventris segnities, & vasorum impuritas, omnium confusio. Ex Hippocrate.

CAP. XXIV.

De Hepate.

Iecoris Substantia.

IEcur sanguificationis organum, *substantia* constat sibi propria, ad id destinata; quia concreto sanguini similis est, ideoque *rubicunda*; talemque colorem imprimit sanguini, quamvis quorumdam piscium hepar sit alterius coloris, puta viridis, nigri, crocei, in quibus sanguis rubrum colorem accipit transeundo per substantiam Cordis.

Color.

Sanguis ubi & quomodo elaboretur?

Attamen in homine, brutisque animantibus, quæ habent duas Venas distinctas, *Portam & Cavam*, totus sanguis elaboratur in Hepate, sed alter minus perfectus per venam Portam distribuitur partibus nutritiis, alter per Venam Cavam deductus, perficitur in Corde, ex quo conflatur arteriosus, qui introgressu suo distribuitur partibus, deinde in venas transcurrit, ut ad Cor remeet circulandus, ut conservet motum perpetuum Cordis fluxu suo, ut rotæ molendini, vel aquæ, aut aeris impulsu assiduo volvuntur.

Talis sanguis partibus, quæ motum & sensum habent à Corde vel Cerebro dependentibus, suppeditatur.

73

Si-

Situs. *Situm* [a] *est* in hypochondrio dextro, sub nothis costis, oppletque amplitudine sua totam illam cavitatem usque ad cartilaginem Xiphoidem. Interdum *Magnitudo.* ita *amplificatur*, ut excedat istos terminos naturales, dum incumbit Ventriculo usque ad Lienem, & descendit infra nothas costas trium vel quatuor digitorum latitudine, quod accidit, partim ex vinculorum relaxatione, quibus adstringitur diaphragmati, & nothis costis, partim ex tumore ipsius visceris saburrati.

Numerus *Vnicum* est Iecur Homini continuum, non pinnulatum in plures lobos sectum, ut brutis animantibus: *Fissura.* [b] *Fissura* tamen quædam extat, qua parte se insinuat in Iecur Vena [c] Umbilicalis: & sæpius *duo parvi lobi* magnis [d] subjecti sunt: interdum [e] *unicus* adest, qui *Lobi.* sinuatus excipit truncum Venæ [f] Portæ, isque inclusus duplicato Omento, ut sordes Hepatis eo possint derivari.

Regiones duæ. Quamvis Iecur sit continuum, Anatomici tamen dividunt *in duas regiones*, unam superiorem & exteriorem, alteram inferiorem & interiorem. *Superior* nominatur *pars* [g] *gibba. Inferior pars* [h] *cava.* In superiorem regionem *Vena* [i] *Cava* suas radices spargit: In inferiorem *Vena* [k] *Porta* suas radices disseminat. *Vasa*

Præter istas radices, notantur furculi [l] *Meatus cholidochi* intra radices Portæ dispersi, atque [m] *Ramuli Venarum lactearum*, qui juxta truncum Portæ, subeunt cavam partem, sive regionem Hepatis.

Regionum diversitas *Vtramque Regionem* diligenter observari volunt

a, T2. f10. D. T4. f1. AB. * b, T4. f5. C. * c, f1. a. f5. E. T2. f10. G. * d, T4 f4. AA. * e, f5. B. * f, f5. I. * g, f1. B. f4 AA. * h, f1. A. f5. AA. * i, f4. DD. * k, f5. I &c: * l, f5. H; * m, T9. f1. aaaa. *

Medi-

Medici, quia in istis locis seorsim contineri potest materia morbifica, quæ prout occupat alterutram regionem, sic per diversas vias est expurganda: Quippe *gibba pars*, ratione Venæ Cavæ vacuatur per Renes, *Cava pars* per Intestina ratione Venarum Portæ, quæ desinunt in Intestina, deferentes sanguinem, simulque vitiosos humores Hepatis. Videmus abscessus formari in parte gibba, illæsa parte cava, & vicissim partem cavam abscessum pati sine noxa partis superioris. *notanda in praxi.* *Regio quæ vis ut expurganda?*

Attamen, cum nullum videam discrimen istarum regionum per interjectam membranam: Non possum credere unam partem lædi intacta altera, nisi humor contineatur intra tubulos venularum.

Radices istarum venarum invicem coire, & uniri per multas anastomoses multi statuunt Anatomici: Alii negant, quibus me lubenter adjungo, meumque suffragium præbeo: rationes jam alibi assignavi, ac proinde natura id ita fieri voluit, ne humorum naturalium & vitiosorum mutua fieret intra Hepar confusio. *Radices venæ Cavæ & Portæ an uniantur in Hepate?*

Observabis, *ut Vena*, quæ pro Cava accipitur, emergit è parte superiore Hepatis, & trunco Cavæ inseritur, juxta diaphragma, ut Cava vena sanguinem ab Hepate haustum continenter effundat, vel potius transmittat in Cor vicinum, duorum vel trium digitorum latitudine dumtaxat dissitum, & inclusum Pericardio, quod centro nervoso Diaphragmatis orbiculatim adhæresit: inde cognosces maiorem sanguinis portionem ire in dextrum Cordis Ventriculum, ut fiat arteriosus, *per circulationem duplicem, particularem & generalem.* Particularem voco, quæ fit à dextro Cordis Ventriculo per medios Pulmones, ut sanguis perveniat ad sinistrum Cordis Ventriculum. Generalis est, quæ fit per canales majores Venæ Cavæ & *Sanguinis distributio ex hepate.* *Circulatio duplex.*

Aortæ

Aortæ, eo modo quo describitur *in meo Tractatu, de Circulatione sanguinis.*

Consideratio Medica.

Affectus jecoris, ratione

HEpar sua constitutione contra naturam, *intemperiem* admittit quamlibet simplicem vel cum materia, & pro sanguine laudabili generat biliosum,

Temperiei

vel pituitosum, vel melancholicum. Alteratur &

Substantiæ.

corrumpitur in sua *substantia*, dum tonum suum amittit, & exoluitur.

Situs.

Situm mutat, quando in hypochondrio sinistro locatur, Lien in dextro, quod rarum est: *Vel* dum laxatis ligamentis, quibus adstringitur Diaphragmati & Cartilagini Xiphoidi, ultra nothas costas descendit usque ad Umbilicum.

Magnitudinis.

Magnitudo ejus immutatur, quando humoribus refertum intumescit.

Figuræ.

Figura etiam immutatur, si rotundum ad contactum percipiatur. Frequenter ejus *meatus* obstruuntur, qui sunt radices Cavæ vel Portæ, vel radices vesiculæ felleæ separatim obturantur.

Communionis.

Communicat ratione viciniæ multis partibus quas tangit, potissimum Ventriculo, quem sæpissime lædit inflammatum, vel abscessu laborans. Et interdum exulcerat & perforat ad vacuationem suæ purulentiæ. Parte cava Intestina tangit, quæ læduntur in affectibus Hepatis, atque ipsum Peritonæum ratione tunicæ, quam impertit, & diaphragma propter strictam, quam habent cum ipso Hepate connexionem, in consortium trahuntur.

Actionis.

Actio Hepatis, sanguificatio sæpius per istos affectus commemoratos læditur. Inde varii morbi, simulque dolores oriuntur.

Ergo

Ergo Jecoris *morbus similaris est omnis intemperies, &* Jecoris morbi.
laxitas à qua dicuntur Hepatici, quibus fluit alvus liquidis excrementis cruentis, vel humoralibus pravi & diversi coloris.

Organicus est obstructio, communis morbus, *ulcus, & vulnus. Compositus tumoris omne genus*, unde inflammatio Hepatis dicitur, scirrhus & abscessus purulentus satis frequens.

Symptomata sunt actionis læsio, eaque varia: Ac primum abolita attractio chyli, facit *diarrhœam chylosam.* Retentio abolita parit *diarrhœam Hepaticam.* Sed primaria Hepatis actio, sanguificatio, aboletur in *hydrope*, minuitur in *atrophia*, depravatur in *cachexia.*

Sympton. actionis læsæ

unde Diarrhœa 2pl:

Hydrops definitur frustratio sanguificationis in Hepate, quando loco sanguinis vel spiritus naturalis, aquam, & flatus reponit, quæ in Ventrem effunduntur: Unde *Ascites & Tympanites*: Vel in habitum corporis amandantur, unde *Anasarca* nascitur, & *Empneumatosis.*

Hydrops

Interdum vitio Lienis, & aliarum partium producitur hydrops, sed non sine læsione ipsius Hepatis, atque etiam Cordis, ratione circulationis. *Atrophia* est nutritionis læsio à prava sanguificatione. *Cachexia* est depravata Nutritio, vitio sanguificationis. Ista præcedit affectus simplex κακοχυμία, pravus cutis color, sive lividus, albus, aut flavus à sero vel bile effusis in habitum corporis usque ad faciem, per quam dignoscimus Hepatis pravas dispositiones.

Atrophia.

Cachexia

CAP. XXV.

De Vesicula fellea.

Nomen.

SEquitur *folliculus fellis*, sive *Cystis bilaria* destinata conservandæ bili excrementitiæ, quæ fluit ab Hepate.

I 75 Ejus

Substantia. Ejus *substantia* membranosa est in duas tunicas discreta.

Situs. *Supposita* [a] *est Hepati*, ejusque lobo majori versus partem inferiorem affixa, & veluti immersa.

Fundus Vesiculæ bilariæ inferiora respicit, cervix superiora, & oblique fertur canalis cysticus à Vesica derivatus, ut occurrat canali Hepatico. *Sinus* adest juxta orificium vesiculæ.

Magnit: *Magnitudo ejus* varia pro ubertate vel paucitate bilis. *Vnica est*, interdum duplex reperta fuit, sed contra

Numerus Naturæ institutum. *Dividitur in fundum* quod infernum est, & *collum*, quod superne vergit, ac respicit.

Figura. *Figuram* habet pyri majusculi oblongam, in fundo latam, versus collum angustiorem.

Excavata est, ut excipiat & recondat bilem ad expurgationem tempore conveniente: *Ductus sive meatus* habet *cholidochos*: Vnum [b] latiorem, longiorem

Ductus bilarii ab Hepate ad initium [c] Intestini Ieiuni protensum, quo crassior bilis recta delabitur; Alterum ductum [d]

Hepaticus. tenuiorem & breviorem, qui à Vesicæ cervice ad præcedentem meatum transversim deducitur. Priorem Meatum voco *Hepaticum.* Alterum *Cysticum*,

Cysticus. ratione originis & orificii: Nam Cysticus defert bilem tenuiorem in Hepaticum, quam suxit membrana porosa & foraminulenta Vesiculæ Hepatiinculcatæ.

Ideoque duplex bilis in Hepate observanda, ut & *gemini Canales*, ad expurgationem diversis temporibus, quod est magni momenti in curatione morborum.

Communio. Vesicula fellea *communicat* contactu suo cum Ventriculo, quem adeo calefacit ut interdum exurat,

a, T 4. f 1. C. f 5. F. * b, f 5. HH. f 3. c. * c, f 3. D. * d, f 5. G. *

dum

dum accensa est bilis in suo folliculo. Nonnunquam adhæret Colo Intestino prope transeunti, quod sæpe colore suo tingit & proritat ad excretionem fæcum.

Interceptabilis expurgatio magnis incommodis vexat corpus. Raro *Tertius canalis* cholidochus ad Ventriculum delatus observatur, nisi ab Hepatico portio aliqua repat ad Pylorum.

Vasa. *Venas* recipit à Porta, Cysticas [a] manifestas. *Arteria & nervi* non sunt adeo evidentes.

Consideratio Medica.

Vesiculæ felleæ pauci sunt morbi, frequentiores *in cavitate*, & meatibus obstructis, dum cavitas repletur lapillis, vel unico grandiore, à bile crassa lapidescente, obstruitur in Hepate, vel in Intestino. *Rumpitur* etiam violento motu per vomitum, & interdum à bile suppressa adeo *distenditur*, ut duorum pugnorum magnitudinem æquare visa fuerit. Vesiculæ felleæ Morbi.

Interdum bile vacuata *exarescit*, remanente duntaxat Hepatico ductu. Si credimus *Fernelio*, quibusdam non alia mortis causa comparuit, quam quod folliculus esset bile exhaustus: Ergo oportuit tantum fuisse maleficium & venenum bilis suppressæ, ut cor infecerit vel aliquã partem nobilem labefactarit & corruperit.

Symptomata hujus partis sunt evidentiora, quæ consistunt in actione læsa, vel excrementi fellei ametria. *Actio Vesiculæ est* attractio: quæ est imminuta vel abolita. Ametria in bile est, dum parcior vel copiosior excernitur. Symptomata.

Ejusmodi Symptomata magis elucent in partibus quæ Vesiculæ compatiuntur, ut in Ventriculo, cum bilis vomitu reiicitur; In toto corpore, cum bilis per Venas in habitum corporis effunditur, & cutem de- *Eorum signa.*

a, T 4. f 8. b. *

 76 tur-

turpat, vel cum in Inteſtina decurrit, & Dyſenteriam excitat, vel Diarrhæam bilioſam.

Origo. Sed origo iſtorum Symptomatum repetenda ab Hepate male affecto.

Nec ſine ratione Democritus bilis ſedem & naturam perquirebat, dum animalia ſecabat, ut rectius morbis animæ & corporis mederi poſſet.

Bilem eſſe duplicem prob: Cum video in Ictero flaviſſimo totam cutim ſuffuſam bile, vrinas tingere flavo colore lintea, dejectiones albicantes. In alio vero Ictero vrinas flavas, & dejectiones conſimiles. Id confirmat duplicem eſſe bilem; & diverſos meatus ad utriuſque expurgationem. In Ictero flaviſſimo cum dejectionibus albicantibus, Meatus bilarius Hepaticus eſt obſtructus in cavis Hepatis. Quando in alio Ictero dejectiones ſunt flavæ, vel quantitatem bilis denotant ruentis per Vrinas & Inteſtina, atque non eſt tanta obſtructio, nec adeo pervicax, ut in Ictero flaviſſimo *ideoque ſpes curationis brevior expectanda.*

Diverſitate Icteri.

CAPUT. XXVI.

De Liene.

Lienis Nomen. *Lien* eſt viſcus oppoſitum Jecori, tanquam ἀντίζυγον, & nothum Hepar, ut laboranti Jecori ſubveniat ad ſanguificationem.

Subſtantia. *Subſtantia* [a] præditus eſt ſpongioſa, molli, vaſculis quamplurimis tanquam fibris reſperſa, quæ tamen ab Hepatis Parenchymate prorſus exiſtit diſſimilis.

Tunica. Succincta eſt *Membrana* [b] propria, cum nullam habeat à Peritonæo.

Color. *Color* ejus luridus, obſcure rubicundus ad lividum accedit.

a, T4. f7. C. * b, f7. BB. *

Magnitudo

Magnitudo non eſt certa, nec definiri poteſt, quia creſcit & minuitur ex abundantia, vel defectu humorum qui ibi colliguntur. Ita ut nullum viſcus in Corpore reperiatur quod tam facile creſcat, vel decreſcat, ut Lien. *Magnitudo.*

Quoad *Numerum* unicus eſſe ſolet, interdum geminus, & trigeminus obſervatus. In eo conſideratur pars ſuperior, quæ *Caput:* & pars inferior, quæ *Cauda* nominatur. *Numerus*

Poſitus [a] *eſt* in Hypochondrio ſiniſtro, tanquam oppoſitus Hepati, ad æquilibrium Corporis. *Situs.*

Quando naturalem ſuam conſtitutionem ſervat, *Temperies* ejus naturalis calida & humida vergit ad ſiccitatem. *Temperies*

Figuram habet oblongam, linguæ bubulæ ſimilem in brutis; ſed in homine plantam pedis humani potius exprimit ac præ ſe fert; antrorſum verſus Ventriculum [b] ſinuatam, ut admittat Venas & Arterias [c] ſplenicas, retrorſum verſus coſtas [d] gibboſam. *Figura.*

Connectitur Ventriculo per Venas duas treſve ſatis inſignes, quæ propter itineris brevitatem *Vas* [c] *breve* conſtituunt adeo celebratum: per Venas iſtas ſeſe exonerat in Ventriculum: per Arterias & Venas Splenicas in Inteſtinum & Renes expurgatur. *Connexio.* *Vaſa.*

Alligatur nothis Coſtis per fibras membranoſas ſatis robuſtas: interdum Ventriculo affixus eſt, & apice ſuo nectitur Diaphragmati.

Communicat cum Corde per arteriam quam habet inſignem, peculiarem, & admirabilem, quæ brevi via ſuos vapores, vel humorem vitioſum eo tranſmittit. *Commnio.*

Actio Lienis inter Medicos & Anatomicos valde dubia eſt, & controverſa: *quot capita, tot ſenſus.* Hippo- *Actio.*

a, T4. f1. D. * b, T4. f8. AAA. * c, T4. f1. II. f8. B & C. * d, T4. f7. A. * e, T4 f6. h. *

Sententiæ variæ de usu Lienis.

crates ſerum ſuperfluum ex ventriculo emulgere credidit: quam opinionem ſequutus eſt *Ariſtoteles*, licet alii detorqueant ad chyli attractionem, ſive veniat ex Pancreate aut Meſenterio, ſive ex Ventriculo.

Galenus ejus actionem deſtinat humori melancholico expurgando, quem trahit ab Hepate.

Alii præparare volunt ſanguinem ipſi Cordi, ut arterioſus fiat, ſive ſit chyli portio craſſior, ſive fæx ſanguinis eo delata.

Alii ſerum quoddam ex nutritione ſua ſuperfluum præparare ſtatuunt, quod refundit in Ventriculum ad fermentationem ciborum in chyloſi conficienda.

Arabes agnoſcunt iſtum humorem ſuperfluum, ſed excitando appetitui dicarunt. *Galenus* ad roborandum Ventriculum conferre putavit.

In tanto Authorum diſſenſu quid ſtatuetur? Quiſque probabilibus nititur rationibus. *Hofmannus* ita ſuam opinionem confirmaſſe credit, ut nemo ſapiens ei contradicere poſſit. Auſimne ego *argutos inter ſtrepere anſer olores?*

Authoris opinio.

Exiſtimo Splenem limoſum ſanguinem attrahere ad ſui nutritionem, inde ſerum quoddam particulare fermentativum per Arterias Splenicas effundere in Ventriculum, & cum ſit bibulum ejus parenchyma, per Venas elicere & emungere ſuperfluum liquorem ex Ventriculo, ut melior fiat concoctio.

Non diffiteor tamen per accidens poſſe, deperdita & abolita Hepatis functione, ejus officium ſupplere; ſed non ea bonitate & perfectione in Liene ſanguis ut in Hepate elaborabitur, cum ſit nothum Hepar, ideoque ſpurium ſanguinem præparabit & impurum, quia non defæcatum.

Ridiculus eſt *Hofmannus*, dum animoſe contendit *edito libello*, & paſſim *in ſuis ſcriptis*, lutoſam chyli portionem

tionem deferri per arteras meſaraicas ad Lienem; ubi vertitur in ſanguinem, quo vicinæ partes aluntur: Excrementa iſtius ſanguinis per urinas, dejectiones & ſudores expurgari. Neſcit *bonus ille ſenex*, craſſiorem chyli portionem non exugi, ſed ſecerni, & amandari in craſſiora Inteſtina; arterias meſaraicas non poſſe inſervire huic officio, quia arterioſum ſanguinem continent. Nec ullæ ad Lienem pertingunt, quoniam habet arteriam peculiarem, primum deſcriptam ab *Arantio*, & quam ſæpe demonſtravi.

An Lien ſanguificet ut Hepar?

Negat auth: contra Hofmannum.

Deinde reiicere debuit *Venas lacteas Aſellij*, quas admittit; cum nullæ ad Lienem perveniant.

Præterea, ſanguis ille ſpurius, & impurus, ex lutoſo chylo ab Hepate notho genitus, ineptus erit alendis partibus vicinis culinariis, ſordidis, quæ ad ſui conſervationem puro ſanguine nutriri debent.

Excrementa iſtius ſanguinis bilioſa, melancholica, ſeroſa non poſſunt expurgari niſi per venas aut arterias; Arteriæ jam ſunt occupatæ vehendo chylo lutoſo. Debent igitur deferri per Venam Splenicam in Hepar, ut per Inteſtina ſecedant, aut per Renes, quod maximam confuſionem adferret in Hepate.

Si conſideraſſet *Hofmannus*, diſſimilem eſſe Lienis ſubſtantiam ab Hepate, magnitudinem variam, numerum incertum, colorem diverſum, ſitum non ſemper eundem, cum interdum procidat in Hypogaſtrium, ſæpius verſus Diaphragma aſcendat, modo deſcendat ſupra Renem ſiniſtrum, laxatis ligamentis: Denique figuram plane contrariam, interdum etiam ipſius Lienis defectum; Vaſorum quoque Lienis ſtructuram prorſus diſſimilem, numquam obſtinate affirmaſſet Lienem ſanguinem ex chylo peculiarem elaborare.

Natura in nullo viſcere magis ludit, quam in Lie-

ne fabricando. At viſcerum quæ ſunt ad vitam neceſſaria, ſtructura eſt ſemper eadem & uniformis.

Præterea cognoſces eſſe diſſimilem ſubſtantiam Hepatis & Lienis ex utriuſque elixatione: Nam Hepatis ſubſtantia firma & ſolida eſt ac rubicunda, lienis ſpongioſa, mollis, & livida: ſubſtantia Hepatis cocti belluini bubuli, Ovilli, Caprilli, ſuaviter eſitatur: Lienis ſubſtantia non eſt veſca, & ab animalibus reſpuitur, niſi fuerint famelica.

Atqui ſi Lienis & Hepatis idem eſſet officium in brutis, ut in homine, conſimilem habere ſubſtantiam, & eundem ſanguinem gignere deberent: Ubi in Liene locum dicatum expurgandæ bili reperies, ut in Hepate? Si craſſiorem Chyli portionem attrahit Lien, deberet habere vaſa ampliora, at ſunt exiliſſima inſtar filamentorum. Itaque inepte quærit *Hofmannus* τὸ διότι, priuſque noverit τὸ ὅτι, quod debet præcedere, & diligenter expendi, in perquirenda actione naturali partium, cum naturalis conſtitutio ad id ſit compoſita & accomodata. Ingenioſa mens quid non imaginatur? Sed iſta ſpeculatio ridicula & inanis erit, niſi fuerit intuitiva, *ex diligenti ſectione corporis, & inſpectione comprobata.* Vide *Ariſtotelem libro tertio Polit. initio capitis 8. qui te docebit.*

Si ſciviſſet ex *Ariſtotele*, animalia quæ bibunt, habere Lienem, Renes & Veſicam, rectius interpretatus fuiſſet locum Ariſtotelis depromptum ex *Hippocrate*, de cujus ſenſu vero gloriatur. *Lien trahit ex ventre ſuperfluas humiditates, ſanguineus exiſtens.*

Conſideratio Medica.

Morbi Lienis *in Subſtantia.*

Vbſtantia Lienis intemperiem patitur quamlibet, tumores varios, preſertim ſcirrhum. Interdum inflammationem, tum palpitare ſubſtantia deprehenditur propter arteriarum multitudinem quibus referta eſt, raro abſceſſum patitur *Tunica* ſæpius incraſſatur & cartilaginea evadit.

Magnitudo ejus ſæpius gliſcit ex abundantia humorum, interdum decreſcit ſponte & uſu medicamentorum purgantium. Præſtat minorem eſſe Lienem quam majorem. *Magnitudine.*

Duplicitas Lienis vel triplicitas non ideo melior: quia vitium eſt in conformatione. *Numero.*

Situs Lienis interdum mutatur, dum laxatis ſuis ligamentis, pondere ſuo deorſum propendet, vel ruptis procumbit in Hypogaſtrium; quod mihi quater viſum: tumque fallit imperitos & incautos Medicos ſpecie molæ, vel ſcirrhoſi Uteri in mulieribus, & in Viris ſpecie tumoris glanduloſi, inſtar ſteatomatis in Meſenterio latentis. *Situs.*

Nonnunquam viſus alteruter Ren eo prolapſus, utriuſque facile eſt diſcrimen. Renis prolapſi index eſt tumor rotundus: procidui Lienis index eſt tumor oblongus, & vacuitas Hypochondrii ſiniſtri. Quod ſi mobilis fuerit tumor, ut eſt in ſuo principio, facile Lien vel Ren reducitur ad ſuum locum naturalem: alioqui ultra ſemeſtre ſpatium ita firmiter adhæreſcit Petitonæo antrorſum, fundo Veſicæ, Inteſtinis & in Mulieribus Utero, ut neceſſum ſit ibi putreſcere, quod fiet ocyus, ſi emollientibus remediis intus aſſumptis, vel foris admotis utaris. Protrahes vitam ſi ſæpius ſanguinem detrahas, atque ſubligaculo ſeu faſcia convenienti tumorem ſuſtineas. *Prolapſus Renis & Lienis diſcrimen.* *Curatio utriusq;*

An ſi Lien è ſede ſua naturali exorbitet, ferro candente urendus? An in iſto prolapſu ad Hypogaſtrium conſimili remedio tractandus. *Opus periculoſæ plenum aleæ*, quamvis Veterinarii Authores antiqui, equis ſic conſumptum Lienem ſcripſerint: Et ſervis, vilibus

vilibus animabus, in quibus fas & licitum existimarunt crudelissimum istud remedium periclitari.

Multo minus secure extirpari potest Lien secto Hypochondrio sinistro, nec tuto potest per diverberationem liquari & vacuari ejus superfluus humor crassus. Metuerem contusionem, cui succederet haud dubie suppuratio totius substantiæ immedicabilis.

Figurâ. Nullum est Viscus quod in Morbis magis variat suam *figuram*. Nunc oblonga est, modo quadrata, modo rotunda, prout spatium datur huic visceri amplificando.

Communione. Sed incumbens Ventriculo, multum lædit, turbatque ejus actionem: & si adnexum fuerit diaphragmati, ipsum aggravat, vel mole sua eo pertingens liberos diaphragmatis motus impedit.

Obstructio ejus quos morbos producat. Ab eo viscere obstructo dependent *Icterus niger*, *Melancholia hypochondriaca*, *fœdi Colores virginum & mulierum*, *Scorbutus* sive magni Lienes *Hippocratis*, ex quibus fluit malignus humor Ichoroidis, qui in varias corporis partes diffusus, in ore *Stomacacen*, *sive Oscedinem*, in cruribus *Scelotyrben*, & fluxiones erraticas per corpus universum creat, vel fixas & consistentes in certis partibus, quas fluxiones nos appellamus *Rheumatismos*, *Germani* referunt ad Scorbutum, ut videre est in Authoribus *Germanis*, qui *de Scorbuto* scripsere, & præsertim apud *Eugalenum*. Ideoque post universalia remedia, utuntur aliis Scorbuticis appropriatis, ad eum affectum destinatis.

CAP.

CAP. XXVII.

De Vena Cava & Aorta intra Ventrem Inferiorem.

Epar esse principium Venæ Cavæ negatur. TRuncus [a] *Venæ Cavæ* vulgo dicitur oriri ab Hepate, & dividi in *Truncum Superiorem & Inferiorem*, quasi essent separati, ut in caudice [b] Aortæ emergentis à Corde: sed ocularis investigatio demonstrat Truncum venæ Cavæ esse separatum ab Hepate, quod subtus perreptat, & prope verticem Iecoris juxta diaphragma suscipere ramum [c] ab Hepatis substantia enatum, qui defert sanguinem in truncum Cavæ, ut ad Cor cum alio sanguine per circulationem ascendente devehatur.

Itaque Truncus iste Venæ Cavæ à [d] jugulo usque ad [e] Os sacrum extenditur continuus, nec interruptus. In eo loco constituo *cisternam sanguinis*, quia ibi magna portio continetur.

Venæ Cavæ divisio in truncos magnos. Truncus Venæ Cavæ ratione Hepatis, quod illi per ramum suppeditat sanguinem, dividi potest in Truncum [f] superiorem & [g] inferiorem. *Inferior* producit *Venam* [h] *Adiposam*, dispersam in membranam adiposam Renis: postea [i] *Emulgentem*, quæ Reni distribuitur: dein [k] *Spermaticam*, cujus dextra oritur à Trunco Cavæ, sinistra ab Emulgente; Tandem [l] *Lumbares* tres vel quatuor emittit in Lumbos sparsas usque ad spinalem medullam.

Trunci Inferioris distributio. Cum *Truncus* pervenit ad fastigium Ossis sacri, dirimitur *in duos canales*, qui à situ dicuntur [m] *Iliaci*.

a, T12. f1. ABC. * b, T12. f4. A. * c, f1. rr. * d, f1. B. * e, T12. f1. D. * f, f1. B. * g, T12. f1. CD. * h, T5. f2. g. * i, T12. f1. xx. * k, f1. zz. * l, f1. aaa. * m, f1. DD. *

80 Ab

Ab his utrimque producuntur aliæ Venæ, præsertim, [a] *Sacra*, [b] *Hypogastrica* ampliſſima, [c] *Epigastrica*, [d] *Pudenda*. In Muliere, Hypogastrica est amplior, & plures partes alit, atque conservat sanguinem menstruum usque ad excretionis tempus. Ideoque sanguis majore copia continetur circa partes genitales mulieris, quam in viris.

Epigastrica duplex observatur in muliere, *Una* quæ ad musculum Rectum ascendit, altera ei oppositа, quæ ad Uterum descendit.

Febris continuæ sedes

In hoc trunco Venæ Cavæ, *Fernelius post Galenum* constituit febrium continuarum sedem, ac si quietus ibi maneret sanguis: sed cum sit in perpetuo motu constituo sedem febris continuæ, in venæ Cavæ trunco, & canalibus magnis per artus extensis, ut febrium intermittentium focus est in Vena Porta, aut viscеribus, quæ ab ea nutriuntur. Venæ cum sint sanguinis vasa & conceptacula, tenuem habent membranam extra truncum Venæ Cavæ, qui robustiore & crassiore membrana præditus est, ad evitandam ruptionem, si turgeat & exæstuet in ipso sanguis, qui per teneritudinem membranæ, exudationem & perspirationem habet.

Vena Cava cur tunicâ investiatur crassiore aliis?

Vena an fibras habeant?

Dubitatur, an *Venæ habeant fibras?* Quidam negant alii admittunt. Sed cum sanguis propulsetur à spiritibus & calore, ascensum habet naturalem ad Cor, ideoque non est opus fibris ad tractionem, & si quæ essent necessariæ, Rectæ sufficerent, sed interjectæ sunt circulares ad robur, atque filamenta quædam observantur in tunica Venæ, non ad tractionem, sed ad robur tunicæ. Ptopterea inania sunt *de fibris Venarum* litigia, neque tam sollicite & religiose observanda rectitudo fibrarum in sectione Venæ, quam situs

a, Tit. fi. γγ.* b, fi. ζζ.* c, fi, EE.* d, fi. nn.*

partis

partis affectæ.

Vena cur spiracula corporis dicantur?

Eleganter *Hippocrates*, *libro de Morbo Sacro*. Venas appellat *Spiracula Corporis*, quod iis apertis exiliat fuliginosus spiritus cum sanguine, simulque per eas apertas assumatur aer ad refrigerium.

Olim in Aruspicina Augurii pars erat, sanguinis è Victima detracti inspectio, qui si purus & laudabilis appareret, fausta & læta portendebat, illaudabilis & vitiatus, mali erat ominis, apud *Lucanum*.

Nec cruor emicuit solitus, sed vulnere largo
Effluxit nigrum rutilo pro sanguine virus.

Consideratio Medica.

CUm sint Venæ conceptacula sanguinis, qualis esse debeat in sanis corporibus considerandum, ut de corrupto liceat judicare. In sanis corporibus *rubicundus est sanguis, fibrosus, pauco sero dilutus.*

Fibrarum sanguinis generatio.

An fibræ fiant ex terrestri & pituitosa materia, quæ in filamenta ducitur intra canales, atque exilior formatur intra minores venas, multi dubitant, si quatuor humores massa sanguinis contineantur. Admittunt quidam sanguinem, sed secretum ab aliis humoribus, qui in prima regione separantur à sanguine. Alii distinguunt alimentarios humores ab excrementitiis: illi confusi sunt, & permixti sanguini, Excrementitii in diversis partibus collecti cernuntur, ut bilis in Vesicula fellea; humor melancholicus in Liene; pituita per omnes partes alvinæ regionis diffusa est, quamvis *Hippocrates* duos fontes pituitæ agnoscat, *Caput & Ventriculum.*

Sanguinis Qualitas naturalis.

Sanguinis autem *Qualitas sive temperies* est calida humida. *Quantitas* ejus non potest certa assignari. Arabes, præsertim Avicennas, in sanguineo corpore

bene

bene conformato ad 24. libras contineri ſanguinem ſcripſit, ita ut abſque interitu poſſit iacturam facere 20 librarum, ſed ultra ſi fluat ſanguis, mors inevitabilis ſuccedit. Unde Vita nobis conſervatur, inde mors accidit, ut ſanguis integer in mediocri quantitate nobis Vitam conſervat, ſic idem vitiatus, aut exuperans nobis lethum intentat aut infert.

Quantitas naturalis.

Quantitas p. n. S. Plethora.

Vitium ſanguinis in qualitate, *Cacochymia* dicitur, Vitium in quantitate *Plethora*. Interdum corrumpitur ſanguis abſque ſeri corruptione. Interdum ſolum *ſerum*, integro remanente ſanguine. *Serum* autem corruptum peſſimus eſt humor, qui partes quas afficit, graviter inficit, labefactat, atque deſtruit.

Qualitas p. n. S.

S. Cacochymia.

An cujuſque humoris intra Venas ſuum ſit *ſerum*, dubitatur à quibuſdam Practicis. Sed unicum eſſe credo, quod pro vario corruptionis gradu, & tinctura, modo bilioſum, modo viride, & lividum, atrabiliarum, modo lacteum apparet. Apud *Ariſtot.* Diorrhoſis & Diaphthora, & ſanguinis converſio in *ſerum* eſt corruptio. Interdum tanta eſt putredo ſanguinis, ut totus abeat in *ſerum* putre: Ubi putredo major in maſſa ſanguinis, interdum vermiculi generantur, quos venâ ſectâ effluxiſſe vidi. Talis intra Venas genitus, in auriculam dextram Cordis confluere poteſt & accreſcere, qui tandem Cor erodat, ut ſæpius obſervatum in diſſectis cadaveribus.

Vitia Venæ Cavæ ſunt

Retentio abolita.

Venæ habent virtutem retentricem ſanguinis, quæ ſi fuerit exoluta, ſinunt effluere ſanguinem per omnes partes Corporis, etiam per ſudores, ut in quibuſdam vidi. Sæpius per Nares, per Os, per Pulmones, per Inteſtina, per Veſicam, per Uterum in mulieribus, per Ventriculum vomitu immoderate fluit.

Vidi aliquoties in febribus ardentibus malignis, concretum ſanguinem intra venas, inſtar medullæ ſambucinæ, quod obſervatum fuit à *Fernelio in Phyſiologia*.

Aretæus Venam Cavam inflammari ſcripſit, atque inde ruptionem pati, quod accidiſſe vidi. Non poteſt dilatari Truncus Venæ Cavæ quamdiu libera eſt circulatio ſanguinis. Nec patitur varices, quæ dumtaxat in Venis artuum inferiorum accidere ſolent.

Inflammatio.

Ruptio.

Morborum iſtius Venæ, ac ſanguinis in ea concluſi, remedium duplex eſt, *Purgatio & Venæ ſectio*, Sed magis neceſſaria detractio ſanguinis *in plethora, vel ad morborum vaſa, vel ad vires, aut in cacochymia plethorica*, vel ſumma, & putredinoſa, ut portio impuriſſima ſanguinis dematur.

Remedia horum ſunt Venæſectio & Purgatio.

Obſtructiones tollit à ſanguine Venæ ſectio, non ab humoribus in parte aliqua congeſtis: Ac proinde ἐνέργεια illa adeo celebrata, intelligenda de motu & libero excurſu ſanguinis per Venas, non de humoris in partibus congeſti, & incuneati detractione.

Si phlebotomia fieri nequeat, an purgatio ſola ejus vicem ſupplere poſſet, ut cenſuit *Galenus*, *libro de Sanitate tuenda*: vel victus parſimonia, exercitatio corporis, frictiones, ſudores? Id credo fieri poſſe, ſi nulla febris adſit, plenitudinem ſanguinis minui iſtis remediis commemoratis, atque etiam purgantibus orragogis quæ ſerum è Venis exhauriunt: ſic enim depletis Venis, reliquum corpus extenuari poteſt: Idque factitant exteræ Nationes, quæ detractionem ſanguinis reformidant. Tutius tamen & præſentius remedium eſt *Venæ ſectio*, bis terve uſurpata.

An non aliis modis ſanguis imminui poſſit quàm Venæſect:

Valvula venæ cavæ an detur?

Cum *Sylvius & Carolus Stephanus* ſcripſerint reperiri *Valvulam* intra Hepar, juxta Truncum Venæ Cavæ, quæ impedit refluxum ſanguinis, tanquam peſſulus oſtio obditus, id obſervandum in bobus, & inveniri notavit *Conringius*: hoc favet traductioni ſangui-

Quis ejus usus?

nis ab Hepate ad Cor Videtur Natura istam *Valvulam* ibi apposuisse, ne sordes massæ sanguineæ remearent in Iecur, & obstruerent quas ex Cava, vel per aliquam viam derivat in Portam, vel in habitum corporis amandat.

De Aorta descendente.

Aortæ descend. distributio.

AOrtæ [a] Truncus descendens totidem ramos emittit, quot Venæ Cavæ Truncus inferior producit, sed insignem arteriam Lienalem indivisam, ambagiosam ad Lienem transmittit.

Isthæc arteria lata & ampla calami scriptorii crassitie, suppeditat sanguinem arteriosum Lieni, ut sanguis crassus, & limosus attenuaretur & redderetur aptus nutriendo ventriculo, & reliquis visceribus vicinis, atque ut succum fermentativum ad chylosin ventriculo suppeditaret, ex illa permixtione utriusque sanguinis. Forsan etiam in summa obstructione vitiati Hepatis, sanguis arteriosus per venam splenicam eo deferri potest, tanquam tartarum Vitriolatum naturale.

Deinde [b] *Cœliacam* profert, quæ in tot ramos scinditur, quot Vena Porta, & cum ea communionem habet per mutuam anastomosim Vasorum.

Sanguis iste arteriosus non circulatur, refluxum tamen habere potest in truncum Aortæ ad exonerandas partes sanguine superfluo & regurgitante, qui remeans in Aortam, per Venæ sectionem in pede, commode educi potest.

Aortæ membranæ crassities.

Aortæ Truncus conflatus est ex membrana sextuplo crassiore Vena, ideoque non est obnoxius aneurismati, ut reliquæ arteriæ minores ex dilatata

a, T 12. f 4. C. * b, T 12. f 4. p. *

tunica

tunica, vel rupta, vel aperta, dum arteria pro vena secatur in brachio.

Vasa circulatoria quæ?

Aorta & Vena Cava constituunt illam regionem, in qua continetur *materia febrium continuarum*, sed non ibi moratur sanguis quietus, cum in perpetuo motu per circulationem revolvatur: ideoque ista duo vasa, *Vena Cava & Aorta* sunt, & continendo & circulando sanguini dicata, atque circulatoria Vasa dici possunt.

De Nervis Ventris inferioris.

Plexus nervorum Mesenterii.

INter duos Renes ad basim Mesenterii, perquirendus est [a] *plexus* ille *Nervorum Fallopii*, contextus ex [b] stomachico, & [c] costali utrimque concurrente ad formationem istius plexus, à quo derivantur omnes [d] nervi, qui distribuuntur partibus alvinæ regionis.

Quos morbos causet.

Eo plexu inebriato pravis humoribus, convulsiones accidunt in doloribus colicis, illæso Cerebro, in Viris, ut in Mulieribus.

CAP. XXVIII.

De Renibus.

Renum Substantia.

REnes emulgendi seri & secernendi instrumenta, constant *substantia* carnea solida, atque propria, qualis in toto corpore nulla reperitur.

Membranam [e] habent tenuissimam, teniaciter carni affixam. Aliam vero laxam pinguedine multa obsitam, quæ [f] *adiposa* dicitur, involvit Renes, & à Peritonæo producitur.

Temperies

Temperiem habent calidam siccam, ad faciliorem tractionem.

a, T 3. f 8. ▽ * b, f 8. iii. * c, f 8. BB Q r. * d, T 3. f 8. l m n. * e, T 5. f 2. E. * f, f 2. AA. *

Situs. *Sita* [a] sunt ad Lumbos intra duplicaturam Peritonæi, quæ non est alia, quam membrana adiposa, atque videntur extra cavitatem Abdominis collocati. *Principium Renum* assignatur ad ultimam notham Costam.

Magnitudo. *Magnitudo* quoad *longitudinem*, quatuor vel quinque digitos transversos æquat; quoad *crassitiem* est duorum digitorum, quoad *latitudinem* ferme trium digitorum.

Numerus. *Numerus* Renum est binarius, raro unicus extat, & si talis repertus, fere gemini magnitudinem æquat, & supra dorsum jacet, paulum remotis canalibus Aortæ & Cavæ, ut sedem præbeant solitario Reni.

Figura. *Figura Renum* Phaseolo similis existit.

Color. *Color est* rubicundus.

Vasa. Observabis in sima parte *Vasa Emulgentia*, & [b] *Vreterem* egredientem ab isto loco sinuato. Vasa sunt [c] *Venæ* & [d] *Arteriæ emulgentes* à Trunco [e] Cavæ & [f] Aortæ prodeuntes.

Talis est *Conformatio externa* Renum in adulto homine: in pueris usque ad annum *dissimilis* [g] observatur, quoniam externa facies Uvæ racemo conglobato similis, eleganter exprimit vitulinos renes: & Renibus *glandula* [h] *renalis* superjecta est, quæ Renis formam æmulatur, sensim in pueris exarescit, planaque evadit, disiuncta à Renibus septo membranæ adiposæ, quamvis prope collocata deprehendatur in alterutro latere.

Glandula renalis.

Internæ Renis structura est admirabilis, quam ut possis scrutari, & commode intueri, artificiose secandus

a, *T* 5. *f* 1. BC. * b, *f* 1. FG. *f* 2. KK. * c, *f* 2. HII. *f* 5. B. * d, *f* 2. *aa bb*. *f* 5. C. * e, *f* 2. F. * f, *f* 2. G. * g, *T* 9. *f* 2. BD. * h, *f* 2. A & C. *T* 5. *f* 1. AA. *f* 2. BB. *f* 3 & 4. AA. *

est

est parte cava, tum in conspectum venit Ureteris substantia [a] dilatata, quæ format *pelvim*, in quam ex superiore parte tanquam tecto, depluit in peluim stillatim serum, per novem *Carunculas* [b] *papillares* forinsecus acuminatas, quæ sunt inclusæ & intrusæ, tubulis [c] novem, ex substantia Ureteris dilatata. Itaque tectum illud perpluens serum, dici potest *cribrum Renum*. *Pelvis.* *Caruncule papillares.* *Cribrum renum.*

In istis carunculis papillaribus fit secretio seri à sanguine, qui abit in nutritionem Renis, vel refluit in Venas Emulgentes.

Consideratio Medica.

CONstitutio Renum contra naturam similaris, consistit in depravata *Temperie & substantia*. Intemperies simplex vel cum materia, in substantia *laxitatem* adfert, quæ parit ἀσθένειαν. Ex intemperie calida nascitur *inflammatio*, inde *abscessus*, tandem *ulcus* inducitur, non tantum in partibus externis, sed etiam internis: sæpius enim intra membranam adiposam colligitur materia, quæ generat abscessus, tanquam steatomata in ipso adipe creata, quæ comprimunt Renes. *Affectus renum sunt*

Laxitas procedit ab intemperie frigida humida, vel summe calida, quæ corrumpit nativum partis temperamentum, inde ἀσθένεια, ex qua *Diabetes*; *immodicum Vrinæ profluvium*, vel Ischuria, *omnimoda Vrinæ suppressio*, non tantum in Rene uno, sed in utroque propter fraternitatem & consortium, atque officii societatem, ex affluxu malignæ auræ ab uno ad alterum transeuntis vel refluxus saniei. Id symptomatis genus præcedit, interdum Apositia ex sympathia Renum cum Ventriculo. *Laxitas unde Diabetes vel Ischuria.*

a, *T* 5. *f* 5. AA. * b, *T* 5. *f* 6. EE. * c, *T* 5. *f* 6. DD. *

Inde ortum habet, quod diligenter notandum, ubi suspicio Renis affecti. Renum *numerus* raro mutatur; quod si unicus adsit, non potest dignosci, neque duobus æquipollet. Ideoque deterius vivunt, qui unicum habent Renem.

Procidentia. Quamvis Renes adipis glutine, videantur tenaciter affixi Lumbis: interdum tamen *luxantur & antrorsum procumbunt*, interdum in hypogastrium delabuntur, non sine vitæ detrimento: hoc ita verum est, ut nullo modo sit dubitandum. Id potissimum accidit, non tantum liquata pinguedine, qua sunt obvoluti, sed etiam ex pondere, ubi tam grandes sunt, ex tumore vel calculo in Cavitate concluso, ut suis retinaculis in sua sede contineri nequeant, tumque ibi aliquamdiu subsistunt, sed tandem putrescunt, & abscessum patiuntur.

Magnitudo aucta. In suo situ naturali collocati, si *majores* aut ponderosiores evadant, stuporem cruris adferunt, dum comprimunt musculum psoam & nervos ad Crura descendentes, qui traducuntur per carnes musculi psoæ.

Obstructio. Si *meatus interior* mediocriter obturetur, vel ab humore, vel à calculo, tum Urinæ tenues redduntur, vel si perfecta fuerit obstructio, urina supprimitur.

Vlcus. Si *interior substantia* exulceretur, Urina purulenta excernitur.

Ruptura Si *vena* referetur, aut rumpatur, urinæ cruentæ funduntur: Et quoniam Renes communicant per nervos stomachicos cum Ventriculo, eorum affectibus condolescit, aut compatitur nauseabundus, aut vomituriens.

Actio læsa. *Actio Renis est seri attractio, ejusque separatio & excretio.* Ista non potest, nisi sanus & integer fuerit. Ideoque omnes morbi commemorati istam actionem possunt pervertere. Sensus Parenchymatis est obtusus: Membranæ interioris, sensilis admodum.

Calculi. *Calculi* frequenter generantur in cavitate Renum, sive sint tubuli Ureteris, in quibus coralli modo concrescunt, sive sit peluis, ubi rotundus formatur. Si ita augetur, ut adducat Renem ad suppurationem, & ipsa vergat ad Lumbos, per hanc partem caustico profunde pertusam, potest pus expurgari, & Calculus extrahi: alioquin, nisi natura monstrante viam atque præeunte, nefas est *Nephrotomiam* tentare, propter carnium crassitiem & profunditatem.

Nephrotomia quando tentanda

Tabes. Tabe consumuntur Renes, qui etiam tabem universalem corpori accersunt, vel ex putredine & consumptione Renis procedit, vel ex nimia profusione seminis.

Hydrops vitio renum orta. In Neogamis & salacibus frequenter tabes ista Nephritica contingit, inde seminis materiam à Renibus profluere quispiam affirmaret, & ad Usum Venereum plurimum valere. Notandum sæpissime, sine vitio Hepatis, ex imbecillitate Renum non attrahentium serum, hydropem produci, nec ullis diureticis etiam generosis vias istas aperiri posse, ideoque expurgandis istis partibus & vicinis imprimis elaborandum, atque etiam fomentis facultatem deperditam restituere conandum. An ferrum acutissimum ad Renem aliquem adigendum, ut via detur sero stagnanti, intra Venas majores, si nequeas per cathartica hydragoga exhaurire?

Vt curanda.

CAP. XXIX.

De Vretere.

Vreterum dicatus. *Vreter* canalis est deducendæ vrinæ ad Vesicam

Substantia. Constat *substantia membranosa* simpliciquæ cum sit

incluſa duplicato Peritonæo inde alteram mutuari tunicam dixere.

Longitudo *Longus eſt*, quantum illud ſpatium quod Renibus & Veſicæ intercedit.

Situs. *Incumbens* [a] *muſculo* [b] *Pſoæ*, oblique fertur verſus Oſſa ilium, & aſſurgens ad Veſicam, in ejus fundo delabitur inter duplicem [c] tunicam penè uſque ad [d] orificium, ubi perforat [e] Veſicam. Non habet in ſua extremitate appoſitam ullam *Valvulam*, ad impediendum vrinæ regreſſum: ſed geminæ membranæ mutuo applicatæ, foramen exacte intercludunt.

Amplitudo. Naturaliter æquat *calami ſcriptorij craſſitiem*, ſed in calculoſis, qui vi lapillos parturiunt, Cavitas ita dilatatur, ut digiti craſſitiem æquare viſa fuerit poſt obitum in diſſectis cadaveribus.

Origo. *Ortus Vreteris* potius eſt à Veſica, quam à Rene, quia membranoſus: intra cavum Renis finditur in novem tubulos, qui papillaribus carunculis aptantur, ut ſerum deſtillent in peluim ſive cavitatem amplam vreteris, intra Renes.

Nervi. *Nervos* habere creditur ad ſenſum, ſed cum ſit membranoſus, ejus dolor acerrimus in Calculi delapſu, manat à diſtenſione membranæ.

Cum igitur ſit deſtinatus ad traductionem vrinæ ad Veſicam, offenditur à rebus præter labentibus ſive ſit acris vrina, ſive purulenta materia, ſive lapillus, ſive craſſus, & viſcidus humor, à quibus obſtruitur: Ideoque *morbus vreteris frequentißimus, eſt obſtructio.*

Obſtructio. Et ſi intra duplicaturam Veſicæ alteruter obſtruatur, ibi formatur calculus ſenſim accreſcens, qui non fluitat, ſed affixus Veſicæ deprehenditur, quem cum evellere conantur litothomi, Veſicam dilacerant Nec

a, *T 5. f 1.* FF GG. * b, *T 10. f 1.* OO. * c, *f 7.* FF. * d, *T 10. f 7.* D. * e, *T 6. f 6.* cc. *

aliud

aliud puto diſcrimen fuiſſe Veſicæ, in iis, quibus duplex cavitas, & in una latens calculus obſervatus fuit.

CAP. XXX.

De Veſica Vrinaria.

VEſica Vrinaria eſt receptaculum Vrinæ; *ſubſtantia* prædita eſt membranoſa ex *duabus* [a] *tunicis* extructa. *Tertia* [b] quam illi tribuunt, eſt duplicatura Peritonæi, intra quam deliteſcit, ſuſpenſa inſtar lagenæ inverſæ, atque hoc ſepimento diſcluſa ab Inteſtinis aliiſque partibus, *in homine ſolo*, ne incumbentium Inteſtinorum pondere devolveretur. *Subſtantia.* *Tunica.*

Naturalis ejus magnitudo exigua eſt, quando vacua, quia coarctatur & dilatatur ſecundum Vrinæ quantitatem. *Contractionis cauſa eſt* efficiens, externa & [c] ſecunda membrana, quæ tota carnoſa eſt, quam *Fabricius ab Aquapendente* muſculoſam eſſe credidit, & poſt eum *Spigelius*, qui appellat muſculum *detruſorem Veſicæ*. Rectius dixiſſet *expulſorem*. *Magnitudo.*

Figura ſua lagenam inverſam refert, cujus fundum [d] eſt in imo Hypogaſtrio, collum [e] ſub Oſſibus pubis inferne latet. *Figura.*

Vnica eſt Veſica, interdum in duas cavitates diſcreta, eo modo quem propoſui. *Numerus.*

Tribus foraminibus juxta collum perforatur. *Primum & maximum* eſt [f] orificium, egredientis Vrinæ: *Alia duo* [g] ingredientis Vrinæ foramina, ſunt extremitates Vreterum. *Foramina.*

Orificium claudit *muſculus Sphincter*, ex contracta Veſicæ ſubſtantia formatus. *Alius eſt externus ſpleniatus*, duos digitos tranſverſos latus, qui collo Veſicæ, & *Muſculi.*

a, *T 5. f 7.* B & C. * b, *f 7.* AA. * c, *f 7.* BB. * d, *f 7.* B. * e, *f 7.* EE. * f, [2] *f 7.* D. * g. *T 6. f 6.* cc. *

ipſi

ipsi accumbentibus glandulis [a] prostatis circumjectus est. Ab eo dependet claudendæ & referandæ Vesicæ potestas.

Vasa. Vesica *venas & arterias* habet ab [b] Hypogastricis, *nervos* in collo, ab Osse [c] sacro, in corpore Vesicæ à nervo [d] sexti paris. Quod diligenter notandum in affectibus Vesicæ, qui pariunt suppressionem Vrinæ ex lapsu corporis in Lumbos, & Os sacrum.

Consideratio Medica.

Vesica morbos patitur

INfinitis morbis obnoxia est Vesica, patitur in sua substantia quamlibet *intemperiem*, potissimum calidam & frigidam; *Inflammationem*, *Tumores*, *Vlcera*, *Paralysim*, tam in collo, quam in corpore suo. Ista minutius exponentur in progressu.

Temperiei *Temperies* pervertitur quando hæc frigida sicca incalescit, & ardorem concipit, qui accersit Inflammationem.

Situs. *Situs ejus* mutatur, dum laxatur ea Peritonæi portio, qua includitur, paululum devoluitur, quod mejendi difficultatem adfert, nisi manu relevato imo Hypogastrio. Interdum onere plurium lapillorum sinuosa fit ad latera Recti Intestini juxta collum ipsius, tumque lapilli ibi nidulantur, qui cathetere immisso non deprehenduntur, digitus in podicem introductus tum certior est explorator.

Magnitudinis. *Magnitudo sive amplitudo*, certa non potest definiri, nisi vacuata fuerit, attamen dilatatur, & amplificatur pro quantitate urinæ, quod si amplificatio tanta fuerit ut excedat modum naturalem, tum ruptis vel nimium laxatis fibris tunicarum, non potest urina eliminari, quia motu caret membrana hæc carnosa, quæ

a, T6. f5. FF. * b, T12. f1 & 4. ζζ. * c, T3. f8. o T18. f5. o. * d, T8. f8. AB. *

expel-

expellendo lotio dicata est, nec nisi cathetere immisso potest educi, quod interdum per unum aut alterum mensem quotidie bis repeti debet, donec pristinum tonum recuperarit.

Interdum ita *constringitur & arctatur* Vesica, ut non possit dilatari propter ipsius ulcerationem dolorificam in parte interna, tumque crassior evadit, ac veluti cartilaginosa; quod impedit ipsius distensionem, inde micturitio dolorifica.

Colli vesicæ morbi. *Collum Vesicæ* quod comprehendit orificium sive Canalem Urinæ, suos patitur morbos. *Inflammatur* frequenter, *intumescit*, *ulceratur*, *obstruitur*, & *imbecillitatem acquirit ex paralysi*, dum laxari, aut constringi nequit, cum sit crassius & carnosius, corpore Vesicæ; facile concipit Inflammationem, & solum hoc in Vesica inflammari credidit *Fernelius*; Inde sequitur ulcus non adeo curatu difficile acillud quod internam Vesicam infestat, quoniam injectiones & candelæ convenientes eo pervenire possunt.

Obstructionis ejus causa. *Obstruitur* frequenter *à Calculo* intra Vesicam latente, *vel à fungoso corpore* ibi concrescente. Quin etiam ultra collum, intra Vesicam, fungosæ carnes interdum expullulant, magno Vesicæ incommodo, quæ opplent Vesicam. Ortum habent sæpe ab Hæmorrhoide, vel tumente Vena, quæ referata fluxum sanguinis immoderatum procreat immedicabilem, qui gangrænam citissime accersit ex grumis sanguinis ibi remanentibus.

Fungosæ carnes extra collum Vesicæ, intra Urethram concrescunt, quæ dicuntur Carnositates, ὑπερσάρκωσις quas facile est exedere candelis cereis medicatis, ad id destinatis & aptatis.

Frequenter accidunt post gonorrhœam virulentam male curatam in meatu urinario.

Obſtruitur quoque Collum Veſicæ ab externa alia cauſa, nempe *tumore glandularum proſtatarum*, quæ accumbunt Veſicæ, ſed frequenter ex *paralyſi colli* Veſicæ, intercipitur fluxus Urinæ, dum muſculi Sphincteres non poſſunt laxari vel conſtringi.

Morbi Veſicæ ut explorandi?

Ad apertionem Veſicæ,& explorationem morborum, qui intra vel extra Veſicam generantur, inventum fuit novum inſtrumentum admirabile, quod *clavem Veſicæ* appello, *Catheter* vulgo dicitur, quo utuntur noſtri Lithotomi, & diverſus eſt ab illo vulgari & antiquo. Quamdiu poteſt facile introduci, tamdiu ſumma adeſt ſecuritas in morbis Veſicæ: ubi vero non poteſt penetrare, tunc ſumma rerum deſperatio.

Apertio ejus ut inſtituenda?

In hoc caſu vel perforatur Veſica in imo hypogaſtrio juxta Os pubis, ad urinæ vacuationem, vel aperitur perinæum. Sed cum introduci nequeat ad deprimendum Collum quod ſub Oſſe pubis abſconditum eſt, Catheter feneſtratus, ſupra quem ſectio fieri ſolet, profunde adigitur cultellus uſque ad Veſicam lateraliter, donec urina fluxerit: ſic enim ſæpe liberavimus multos ab imminenti periculo.

Dyſuriæ mitigatio in calculoſis ſenibus.

In ſenibus provectis, qui laborant dyſuria crudeliſſima, ex grandiore calculo, qui non poteſt extrahi ſine manifeſto vitæ periculo, ut vitæ miſerias demulceamus, perinæum eo modo ſecatur, ut fit in extractione Calculi, & canaliculo foramen apertum tenetur. Quandiu vita prorogatur, Canaliculus turunda obturatur, & Spongia applicatur ad excipiendum ſtillicidium ſi quod ſit, dum mejendi cupiditas urget, removetur turunda, poſtea reponitur, atque ita crudelitas micturitionis in Calculoſis mitigatur.

Vlceris veſicæ deterſio.

Quinetiam per hanc viam ulcera Veſicæ detergeri & exſiccari poſſunt, ſi nullus adſit Calculus, qui refricet Ulcera.

De

De iſta inventione medicandi calculoſis ſenibus gloriatur *Zecchius in ſuis Conſiliis*, ſed longe ante natum *Zecchium*, tali curatione palliativa utebantur *Medici Pariſienſes*, jam à centum annis uſitata.

Extractio calculi per Suctionem vel

Calculus in Veſica concluſus, ſi paruus, & hæreat collo Veſicæ vel Urethræ principio intruſus, ſuctu penis forti & continuato attrahi poteſt, vel inciſa urethra evelli.

Cyſtotomiam.

Si grandior, non poteſt educi niſi per *Cyſtotomiam* ſecto perinæo, ut adminiſtratur operatio à noſtris Lithotomis: nam more veterum, difficilis eſt ac periculoſa, qualis deſcribitur *à Celſo*.

Extractio ægyptiorũ mala.

Nec credo faciliorem eſſe illam Calculi extractionem, quæ fit in Ægypto, folle dilatata Veſica: hæc enim operatio *à Proſpero Alpino* deſcripta, tam abſurda eſt, ut me dubitare faciat de iſta operatione, quia dolorifica admodum, crudeliſſima ex ſumma Veſicæ diſtentione, iu qua nec collum poteſt dilatari, neque Urethra.

à Recentiorum quorundam optima.

Operatio extrahendi Calculum qualis traditur *Fabricio Hildano*, eſt etiam abſurda & periculoſa. Sola *Pariſienſium Lithotomorum*, & quorumdam *Italorum Nurſiæ familiæ*, tuta eſt & facilis, ratione inſtrumentorum & induſtriæ artificum in operando; ideoque exopto aliis nationibus tales *Operatores*.

CAP. XXXI.

De Partibus genitalibus Viri, ac imprimis de Pene.

Penis virilis

PErgo ad partes genitales Viri, ex quibus *Penis*, qui ſocietatem habet cum Veſica vrinaria, quia deducit vrinam foras per canalem Vrethræ, primus debet explicari.

Com-

Partes. *Componitur* ex *cute* ſola propter tenuitatem, *Ligamentis duobus cavernoſis, Vrethra, Balano, Muſculis, Vinculis membranoſis, Nervis, Arteriis, & Venis.*

Cutis. *Cutis* ſolitaria eſt, caret epidermide, ad radicem balani [a] terminatur, Cum ſit laxa, ibi *duplicatur* inſtar capiſtri, ut obvolvat [b] *Balanum*, ſive caput penis, atque conſtituat [c] *Præputium*, quod reſecatur *Iudæis, & Mahometanis*, religionis cauſa. In iſtis hominibus minuit mulierum voluptatem in congreſſu. Ideoque mulieres magis delectantur congreſſu *Chriſtianorum.*

Præputium.

Frænulum *Præputium* [d] alligatur balano per vinculum, quod *Frænulum* [e] vocant: extenditur parte inferna uſque ad orificium balani in adoleſcentibus, qui venerem non exercuere cum arcta Virgine.

Membrana. Detracta Cute *membrana* [f] conſpicitur, ſtricte ſuccingens ligamenta Penis, quæ propago poteſt eſſe panniculi carnoſi.

Vaſa. Hac detracta, in conſpectum veniunt *Vaſa* per dorſum currentia, Nervi, Venæ, & Arteriæ; Nervi [g] ab Oſſe ſacro prodeunt, Venæ & Arteriæ ſunt portiones [h] pudendæ, quæ in partes externas expanduntur.

Muſculi. Deinde ſuccedunt Muſculi Penis revellendi, *Erectores duo*, & alii duo *Ejaculatores*. *Erectores* [i] à tubere Oſſis Iſchii proficiſcuntur, & lateraliter attenſi ſunt ligamentis [k] Penis; *Ejaculatores* [l] à tranſverſo ligamento Oſſibus Iſchii interjecto, & portione muſculi ſphincteris enati, inſtrati ſunt Vrethræ ad compulſionem guttarum Vrinæ vel ſeminis, ſi reſtitent verſus orificium Veſicæ.

a, *T6. f5.* M. * b, *f7.* C. * c, *f1. d. f5. L.* * d. *f5.* L. * e, *f5.* M. * f, *f7.* A. * g, *T3. f8. oo. T18. f5.* o * h, *T12. f1. nn. f4. ll.* * i, *T6. f1 aa.* *f5.* HH. * k, *f5.* KK. * l, *f1. bb. f5.* II.

His

His detractis muſculis, *Tria Corpora* Penem efformantia ſpectantur & ſeparantur, ſcilicet Ligamenta duo cavernoſa, & Urethra. *Ligamenta Cavernoſa.*

Ligamenta [a] *cavernoſa* parte inferiore in Perinæo diſiuncta, oriuntur à tuberibus Oſſium Iſchii, & habent in ſuo progreſſu interiectam [b] Vrethram. Iuxta Oſſa pubis ſimul juncta Corpus pendulum conſtituunt balano terminatum, quod *Penis* [c] dicitur.

Subſtantia interior. In iſtis ligamentis obſervanda *interior* [d] *ſubſtantia* medullæ Sambucinæ ſimilis, quæ Spongioſa eſt, nigricans atroque ſanguine reſperſa, ut intendi, & flaccescere poſſit in coitu, nam ab ipſis dependet arrectio Penis.

Vrethra [e] eſt canalis ſubſtantiæ ſpongioſæ, ut cum ligamentis poſſit inflari & intumeſcere in coitu; ac proinde non eſt continuatio colli Veſicæ, ſed tantum ei adnectitur. *Vrethra.*

Obſerva diligenter *obliquationem, ſive reflexionem Vrethræ* in Perinæo, *Et ſitum orificij Veſicæ* ſub Oſſibus pubis latere. In Perinæo tumores varii excitantur: ſed qui adhærent Vrethræ, & abſceſſum faciunt, ſunt periculoſi, ſæpe degenerant in fiſtulam: quia Vrethra non facile coaleſcit: ſi ab ulcere virulento & venereo exeſa fuerit, non facile ſanatur, & redintegratur, niſi per exactam diætam ſudorificam, vel Ptyeliſmum per Hydrargyroſin provocatum.

Balanus [f] eſt glandula excavata, in medio amplior, quam patet foramen [g] externum. *Balanus.*

Conſideratio Medica.

ACtio totius Penis nempe arrectio, & rigiditas voluntaria, cum ſit deſtinata ad congreſſum, ſi *Affectus totius Penis ſunt.*

a, *T6. f5* KK. * b, *f5.* GG. * c, *f1. c.* * d, *f7.* B. * e, *f5.* GG. * f, *f5.* M. *f7.* C. * g, *f5. infra.* M. *

fuerit

Priapiſmus. fuerit involuntaria & dolorifica, morbus eſt, & *Priapiſmus* dicitur.

Oritur ab inflammatoria diſpoſitione ligamentorum Penis, atque etiam Vrethræ, quæ propter viciniam & operis ſocietatem laborat.

Arrectionis defectus. Arrectionis defectus imbecillitas eſt totius Penis abſque dolore: proficiſcitur à pareſi vel paralyſi muſculorum Penis vel nervorum.

Contorſio Interdum totus Penis ad alterutrum latus *contorquetur*, vel ſupra aut infra incurvatur, quod vitium à convulſione alterutrius muſculi, vel repletione & induratione nervoſorum ligamentorum Penis procedit.

Inflammatio. Interdum ganglion in ligamentis cavernoſis cauſa eſt contorſionis: de quo affectu tractarunt *Hollerius comm. ad Aph. 63. lib. 5 & Cæſar Arantius, lib. de Tumoribus cap. 50.* Præterea totus Penis *inflammatur*, *Tumores*, & *Vlcera* patitur.

Tumores. Vlcera.

Penis *unicus eſt*, cum duo fuiſſent inutiles: ſi duplex reperiatur, monſtrum eſt, & ambo ſunt inutiles, aut alter eſt tantum veſtigium Penis, vel excreſcentia carnea.

Longitudo Aucta. *Longitudo* Penis juſta & conveniens eſſe debet, ſex vel octo digitorum tranſverſorum; alioquin ſi longior, incommodat, lædítque mulierem in congreſſu, & circulo laneo decurtandus eſt.

Si credimus *Galeno*, langior Penis generationi nocet, quia per longiorem ductum ſeminis virtus diſſipatur, quod non credo.

Imminuta. Si brevior fuerit Penis, nullam aut levem titillationem adfert, nec eſt prolificus. Deſcripſit *Fallopius libro de Decoratione*, modum magnificandi Penem. *Apud Martialem*, tanta fuit Penis longitudo, cuidam, *ut poſſit quoties arrigit, olfacere.*

Præ-

Præputium ſuis morbis afficitur, interdum brevius; interdum longius, quam par ſit, incommodat. Præciditur Judæis, unde dicti *Apellæ*. Si adeo ſtricte tegat balanum, ut revolui nequeat, *phymoſim* parit. Si depreſſum ad radicem balani ſuperne reduci nequeat, *paraphymoſim* inducit.

Præputii *Phymoſis.* *Paraphymoſis.*

Uterque affectus, ſi ex fervido coitu procedat, remanente adhuc glande tumente, ſi diu foveatur aqua frigidiſſima, detumeſcet, tumque poterit præputium attolli vel deprimi. *Secretum admirabile.*

Exulceratur *puſtulis venereis*, quæ percuratæ, ſi relinquant duritiem aliquam ſuſpecta eſt, & luis venereæ intus latentis internuncia. Cum ſit duplicatum præputium, dum præciditur, æqualiter utraque membrana, externa & interna ſecanda eſt.

Exulceratio.

Filum ſeu Vinculum Præputii ſi craſſius, & pervadat ad foramen balani, eumque incurvarit *Hypoſpadieos* facit ex *Galeno*, quod nocet generationi, ſive directæ ejaculationi ſeminis, niſi reſcindatur.

Frœnuli *craſſities.*

Balanus tumoribus variis & exulcerationibus internis & externis obnoxius eſt. In parte media ſinuata, ex materia acri ibi remanente & putreſcente frequenter exulceratur: ſed in luæ venera verrucoſus ac deformis evadit: quæ verrucæ ſive porri *pulvere ſabinæ* eradicantur, ſed repullulant, niſi cauſæ internæ proſpiciatur remediis accommodatis, & idoneis ad curationem luis venereæ.

Balani *Vlcera.*

Vrethra ligamentis duobus Penis ſubtenſa, ſuos patitur morbos; *obſtruitur* à Calculo, qui eximitur ipſa inciſa, *inflammatur* ratione ſubſtantiæ fungoſæ & nigricantis, inſtar ligamenti cavernoſi Penis. Crebro *ardet* & dolet ex Vrinæ acrimonia, inflammatur ab acrimonia putris humoris præterlabentis, ut in gonorrhœa virulenta, tumque intumeſcens incurvat

Urethræ *Obſtructio.* *Inflammatio.*

90 Penem

Penem, & in tentiginé, quasi funem subtendit; dicuntque *genorrhœam chordatam*.

Vicus.

Vlceratur ab acrimonia puris, ac purulentæ materiæ, interdum ex male percurato ulcere nascitur, & emergit caro fungosa superflua, quæ carnositas dicitur, minuenda vel exedenda candelis cathæreticis, alias tumefacta meatum occludit, & Urinæ fluxum intercipit, non sine dolore.

Hermaphroditarum. Species.

Ad Urethram & Scrotum pertinent *Hermaphroditæ*, si absconditi fuerint intra septum Peritonæi Testiculi, & Scrotum inane fuerit, vel media sui parte apertum ex Urethra ibi perforata, cum Scroti latera Uteri labra æmulantur: Penis adeo exiguus, ut obstetrices imperitas, ista deceperint, quæ tales fœtus nascentes in ortu suo judicarunt femellas.

Interdum Urethra supra Scrotum perforatur, vel juxta glandem quæ tum occlusa est & solida, quod impedit rectam seminis ejaculationem, nisi Urethra findatur, & canaliculo indito foramen efformetur, sed progressu ætatis aucto calore corporis; tum violentis exercitiis Penis augetur sæpe tractus, & Testes in Inguinibus latentes procidunt in Scrotum, nisi fuerit perforatum, ut dictum est: vel Testes remanent in Inguinibus, qui sæpissime specie *bubonoceles* Medicos fefellere.

Fœmina nunquam convertitur in marem.

Tales judicati pro feminis, tandem mares evadunt: Verum, nunquam visa est femina in marem conversa, nisi abutatur sua Clitoride prolongata, vel Hypersarcosis erumpat ex Utero, quæ penis formam & duritiem æmulatur, sed Penis compositionem nullo modo præ se fert; Ac proinde mulieres ex confrictu mutuo & incubatu, magis delectantur; quam ex titillatione & introductione istarum partium inutili.

CAP.

CAPVT. XXXII.

De Inguinibus.

Notanda

PRiusquam ad Testes progrediamur, Inguina sunt observanda, in quibus notantur *Vena* [a] *& Arteria* [b] *crurales*, *cum nervis* [c] *descendentibus* in Crus, quibus incumbit *processus* [d] *Peritonæi* per foramina tendinum obliquorum & transversorum musculorum traductus.

Vasa cruralia.

Processus peritonæi.

Musculus Cremaster

Huic supertensus est *Musculus* [e] *Cremaster*, oblique per inguen delatus in Scrotum, descendit ad Testem, quem duplici tunica obvolvit, [f] *Erythroide, &* [g] *Elythroide.*

Glandulæ

Supra flexum Inguinis, videbis *glandulas* Peritonæi processui accumbentes, infra Inguina, juxta Vasa, *alias glandulas* Vasis vicinas.

Vasa spermatica.

Intra processum continentur *Vas* [h] *spermaticum* deferens materiam seminalem ad Testem; & aliud *Vas* [i] *spermaticum* superne remeans, & à Testiculo revehens semen ad Vesiculas [k] seminarias. In Inguine intra processum descendit *Intestinum* [l] *Ileon*, relaxata interna tunica Peritonæi.

Ilei Intest: Descensus

Si descendat in Scrotum, rupta est, sed descensus Intestini observandus per foramina tendinum quæ alternatim dispositæ sunt: ne in reductione Intestini quæ fit per Operationem Chirurgicam reponatur inter aponeuroses, nam discindi debet foramen tendinis postremi, ut Intestinum intra capacitatem Abdominis repellatur, qua in re peccatum fuit à multis

a, T24. f4. AA. * b, f5. AA. * c, T18. f5. KLM N. * d, T2. f9. EE. * e, T6. f2. DD. * f. T6. f2. * g, f2. CCEE. * h, T6. f1. tt. f3. & 4. AA * i, f1. VV. f3. CCE. f3. CCD. f5. CC. * k, f5. & 6. EE. * l T3. f4. HH. *

Chirurgis etiam peritissimis cum vitæ dispendio.

Bubones glandularum. Notandum in glandulis supra Inguen emergere *Bubones Venereos*: In glandulis infra Inguen *Pestilentes*: bubones communes paulo supra enascuntur.

Considerabis an sit securum adhibere *punctum, sive filum illud aureum, sive plumbeum* circa productionem Peritonæi, ut constringatur processus dilaceratus in *Oschebocele*: vel causticum escharoticum admovendum supra Inguen ad callum producendum, qui viam obturet delabenti Intestino. Sed cavendum ne penetret causticum ad Vasa subjecta, Venas & Arterias, quibus tactis moriendum.

Castratio insensibilis. Quoad Vasa seminalia, exuruntur, & sensim contabescentibus Testiculis suo pabulo defraudatis, insensibiliter castrantur. Undique video angustias in istis Operationibus Chirurgicis, quas periculosas judico, ideoque omittendas existimo.

CAP. XXXIII.

De Ano sive Podice.

Ratio ordinis. EOdem tempore quo Scrotum resecatur, ordine sectionis Anatomicæ propter viciniam, *Anus* est resecandus & demonstrandus.

Ani *Nomen.* Est igitur *Anus sive Podex*, extremitas Recti [a] Intestini, quæ clauditur *musculo* [b] *orbiculari Sphincter* dicto.

Musculi. *Duplex est, Vnus Cutanus, alter latior, & carnosior*, qui adhæret ligamento transversali, quod apophysibus Ossium Ischii interjectum est, & extremitati coccygis.

Musculos habet *levatores quatuor*, duos latos, alios duos parvos: *Lati* [c] ab Osse Sacro & Osse Ilium

a, T3. f7. M. * b, T3. f 7. O. c, T3. f7. NN. * nascuntur, & in Sphincterem majorem inseruntur; *Alij duo* oriuntur, *Vnus anterior*, à ligamento transversali: *Alter posterior* à coccyge, & desinunt in eundem.

Vsus eorum. Relevant isti 4. musculi *Anum* protuberantem, & ferme procidentem in expulsione fæcum solidiorum. *Circulares* claudunt Anum, ne involuntarie, nobis invitis fluant sordes Intestinorum. *Itaque ad arbitrium nostrum* dirigimus istam excretionem.

Consideratio Medica.

Morbi ani sunt. SEd morbos quam plures patitur *Anus*, *Intemperiem* fervidam cum pruritu molesto & pene intolerabili, qui desidendi perpetuam cupiditatem adfert, & *Tenesmus Tenesmus* dicitur.

Procidentia. *Procidit Anus* in expulsione fæcum, & reducitur cum molestia & difficultate summa.

Paralysis. Interdum *paralyticus* est, atque fæces involuntarie fluunt: Interdum adeo *arctatur*, ut difficulter egerat.

Hæmorrhoides. Intus & foris extumescit tuberosis Venarum oscu-lis, quæ *hæmorrhoides* dicuntur, *tam internæ, quam externæ.*

Fistula. Interdum *inflammatur*, sæpius *abscessum* patitur, & inde sinuosum *ulcus* remanet, quod *fistula ani* dicitur.

Marisca. Verrucis exasperatur, quæ *Condylomata* seu *Mariscæ* dicuntur. Fissuris levibus exulceratur, quæ *Rhagades* nominantur. Potest tuto incidi, quovis modo, ex *Hippocrate*, sine læsione sphincteris. Denique omni genere morbi conflictatur. *Ragades.*

Scirrhus Interdum tumore *scirrhoso*, qui obturat podicem, & mejendi difficultatem adfert propter viciniam Recti Intestini & collum Vesicæ, quæ partes inter se communicant suos affectus.

Obturatio. Interdum *obturatus* deprehenditur in nascentibus infantibus, & sectione aperitur, quod si solidum deprehendatur Intestinum, satis cedendum.

CAP. XXXIV.

De Scroto & Testibus.

Scroti Tunicæ. IAm pervenimus ad [a] *Scrotum*, capsulam Testiculorum, quod constat *duabus pelliculis*, quarum *extima* [b] cuticularis est, pilis luxurians post pubertatem, Epidermidem habet superjectam; Cuti pilosæ substrata est alia membrana carnosa, quæ *Dartos* [c] dicitur; est continuatio membranæ carnosæ Ventris inferioris ad Scrotum protensæ, cujus beneficio dilatatur & corrugatur, sive contrahitur Scrotum. In gratiam Testiculorum septo membranoso dirimitur in duas *Cavitates*, quæ recipiunt Testiculos. *Cavitates*

Vasa. Scrotum habet *venas* & *arterias* à pudendis, *nervos* ab Osse sacro.

Testium Integumenta. *Testis* [d] Corpus est glanduloſum, conficiendo semini dicatum. *Componitur* ex pluribus partibus, quarum primæ sunt *membranæ propriæ tres*, duas enim habet uterque communes. *Cutim & Darton.* Earum prima dicitur *Erythroides*, ab expanso [e] Cremastere nascitur, qui suspendit Testem.

Secunda [f] est ipsa productio Peritonæi, Testem obvolvens.

Tertia immediate cingit Testis substantiam, & *Nervea* [g] dicitur.

Substantia. Detractis Membranis conspicitur Testis *Substantia* [h] *glanduloſa*, candida, mediocriter firma, cui transversim superjectum est *Corpusculum* vermi sericeo si-

a, *T6. f1.* XX. * b, *f2.* AA. * c, *f2.* BB. * d, *f3.* * D. * e, *f2.* DD. * f, *f2.* CC EE. * g, *f2.* FF. *f.** h, *f2.* G. *

mile,

mile, quod *Epididymis* [a] vocatur, ad cujus extremitatem alteram adhæret *Vas Spermaticum* [b] *deferens*, Testis substantiam ingrediens, & materiam seminalem effundens. Ab alio Epididymidis extremo, emergit *Vas* [c] *Iaculatorium*, in suo principio [d] anfractuosum, quemadmodum est Corpus Epididymidis, firmiter suis extremis adhærens Testi, laxum ac separatum in medio, *Epididymis.* *Vas deferens.* *Vas jaculatorium.*

Testes extra Ventris capacitatem ejecti locantur, & *consistunt in Scroto*, Ovi Columbini vel gallinulæ molem æquantes. *Figuram* Ovalem præ se ferunt: Denique *semen elaborant.* *Situs.* *Figura.* *Actio.*

Consideratio Medica.

Affectus Scroti. EXplicata constitutione naturali Scroti, & Testiculorum, nunc expendamus recessum à naturali statu. Scrotum variis fluxionibus intumescit, sive in se fiant, sive in Testiculis recipiantur.

Oscheocele. Intestinum prolapsum in Scrotum, vel Omentum, facit *Oscheocelem.*

Hydrocele Si aqua à Ventris capacitate, aut flatus profluant, pariunt *Hydrocelem*, vel *Pneumatocelem.*

Cirsocele. Si in vasis Spermaticis, tam defentibus, quam jaculantibus prope Testes anfractuosis, sanguis crassus hæreat, parit tumorem qui *Cirsocele* dicitur.

Sarcocele. Si caro fungosa ingeneretur & accresseat ipsi Darto, *Sarcocele* nuncupatur.

Si Testis adhæreat huic carnis excrescentiæ, idem nomen tribuitur.

Si Testiculus tumefactus in majorem molem quam par sit, attollatur, tumorem excitat in Scroto.

a, *T6. f2.* II. *f3 & 4.* BB. * b, *f1.* TT. *f3 & 4.* AA. * c, *f1.* VV. *f3.* E. *f4.* DD. * d, *f1. tt. f3 & 4.* CCC.

Si

Pneumatocele. Si flatus sese insinuent in membranas Testis, ut & aqua *Hydrocelem & Pneumatocelem Testiculorum* producunt, pueris familiares.

Inflammatio. Præterea, Scrotum *inflammatur*, nimium *laxatur*, vel *contrahitur*: utrumque vitæ & generationi incommodat.

Rhagosis. Laxitas, *rhagosis* dicitur, naturaliter tamen laxius est in parte sinistra, sive à pondere Testiculi, sive ab imbecillitate, & frigiditate partis sinistræ.

Testium in Situ. *Peccant* Testes *in situ*, dum intra Abdomen latitant, vel in Inguinibus continentur. Ex primo illo situ in divortiis, viri declarantur steriles, etiamsi validi, quia non sunt naturali loco positi.

Numero. Ex prava conformatione *peccant in numero*, si unicus adsit, vel triplex, ut iis qui triorches dicuntur, salaces admodum opinione quorumdam, quod vitium quibusdam familiis innatum est, ac proinde morbosum.

Figura. *Peccant in figura*, si inæquales ratione Epididymidis tumefactæ, aut laxatæ, vel divulsæ.

Colore. Si *vitiatus* fuerit *color*, vitium est in substantia putrefacta, debet enim substantia esse solidiuscula: flaccida & mollior, vitiosa est: *si excedant* Testiculi magnitudinem ovi gallinæ, non sunt meliores, quia fluxionibus obnoxii, & si tumefacti fuerint, vel alterentur, actionem Testiculi lædunt: si fuerint exigui instar avellanæ, nihil valent ad conceptionem.

Magnitudine.

Est autem actio Testiculi, *seminis elaboratio*, virtute sibi insita: ideoque seminalem materiam excipit, præparatam ut decet, id est, spiritu genitore imprægnatam transmittit in Vasa *Iaculantia, quæ postea deferunt ad Vesiculas seminarias.*

CAP.

CAP. XXXV.

De Vasis semen verum deferentibus, Vesiculis seminariis, & Prostatis.

Vas Ejaculatorium. SUpereſt nunc agere de Vasis semen deferentibus ad Vesiculas, & [a] Prostatas, Vas istud [b] *deferens*, *dictum ejaculatorium*, enatum ab Epididymide, in exortu suo est valde [c] anfractuosum, & rugosum.

Cur Rugosum. Rugæ illæ dissolutæ reddunt vas illud duplo longius, plicaturæ illæ factæ sunt ad retentionem spiritus genitoris subtilissimi, erumpit autem impetuose in coitu, cum materia tenui, subtili, & spirituosa, quæ permiscetur cum altera materia seminali excrementitia, quæ continetur in Vesiculis [d] seminariis, simulque confluunt in [e] Vrethram.

Seminis excretio ut fiat?

Et quemadmodum cum impetu tenuissimus & purissimus ille spiritus cum materia prosilit è Testibus in ipso actu Venereo: sic musculorum [f] Penis minsterio, materia seminalis, quæ in Vesiculis cespitat, simul foràs eliditur.

Materia seminalis triplex. Triplicem enim constituo *Materiam seminalem*, *unam purissimam* quæ generatur & asservatur in Testiculis: *alteram supersluam* & excrementitiam, Utilem tamen ad formationem Fœtus, quæ truditur à Testibus, & sensim labitur ad Vesiculas seminarias: Nec enim probabile, purissimam materiam, ac spiritum genitorem, inter sordes lotii, & stercoris contineri.

Tertia materia est *oleaginosa*, quæ sensim extillando

a, T6. f5. FF. f6. GG. * b, T6. f1. VV. f3. E. f4. D. * c, f3 & 4. CC. f5. C. * d. T6. f5 & 6. EE. * e, f5. KK. * f, f1. aa bb. f5. HH II. *

rigat

rigat [a] Vrethram in viro, & Vaginam [b] in muliere, ea etiam effluit seorsim in tentigine, & in cogitatione forti rei Venereæ, & ad conspectum formosæ mulieris.

Dubitare licet, an emanet à Vesiculis seminariis? An à prostatis [c] glandulis, quæ continent intra se materiam seminalem, quæ per poros exiles infra Verrucam Vrethræ emititur.

Quæ in Vesiculis coercetur materia, per foramina verrucæ vicina violenter eliditur eiaculando.

Plexus vasorum ad vesiculas unde?

Priusquam removeantur Vesiculæ, observabis ut sunt undique tectæ, & absconditæ multitudine Venularum ipsis circumjectarum: Vnde *plexus iste Vasorum*, sive sint venæ, sive arteriæ, non satis constat. An ut suppeditent materiam istis partibus, nempe Vesiculis seminariis, ut inde ad Prostatas transmittatur elaboranda?

De hoc plexu admirabili nondum satis liquet.

Gonorrhœa virulenta sedes.

In Prostatis & Vesiculis seminariis, *sedes est Gonorrhœæ Virulentæ*: quæ si intempestivè suppressa fuerit, Virulentia toti corpori communicatur, vel ad testes refluit, ibique tumorem facit: vel si extendatur ad Perinæum, nisi mature repellatur, abscessum facit, eroditque Vrethram.

Ad ejus curam quæ vena secanda.

Notabis an tutum sit in Gonorrhœa virulenta, è brachio secare venam, si ardor in his locis sit levis, ac sine febre. An potius è pede? Meo judicio præstat è pede detrahere sanguinem, quia saphena oritur juxta inguen, & partibus illis duos ramos impertit, ideoque larga Venæsectio erumpentibus bubonibus potenter revellit.

Pauci vel nulli, excepto Iuliano *Palmario*, *Medico*

a, *T6. f5. KK.* * b, *T7. f2. χ.* * c, *T6. f6. f5. FF. f6. GG.* *

Pa-

Parisiensi, & *Fallopio Italo*, sanguinem mittunt è brachio, quod suspectum est, metu luis venereæ, ob refluxum virulentiæ in viscera, habitumque corporis.

Consideratio Medica.

Partium harum affectus sunt Intemperies.

ISTorum Vasorum Spermaticorum, Vesicarum seminalium & Prostatum glandularum, morbi sunt *intemperies* calida aut frigida, quæ vel corruptionem materiæ seminalis à causa interna, vel externa producunt.

Laxitas unde Gonorrhœa.

Laxitas quoque istarum partium, involuntarium parit effluvium Seminis, absque dolore, quod *simplex gonorrhœa* dicitur: vel cum dolore & inflammatione à contagio impuri Scorti contracta, *gonorrhœa virulenta* vocatur.

Effluvium seminis quod inter dormiendum accidit *Oxynorrigmos* appellatur, ab ubertate calidi & spirituosi seminis proficiscitur.

Oleaginosi humoris quanta sit necessitas?

Oleaginosi humoris summa est necessitas, Nam in Viris defectu istius humoris, vel vrina acrior lædit Vrethram, nec potest libere effluere, neque semen impetuose emitti, ut monuit *Galenus*, & vidi in pluribus; qui liberali victu humectante, semicupio, & oleo amygdalarum per syringam iniecto in Vrethram, persanati fuere. Eodem humore vagina muliebris perfunditur in libidinosis, stillatque solus sine eiaculatione seminis.

Actio læsa unde Sterilitas.

Actio Penis non est Vrinæ transmissio, sed seminis ejaculatio in Vaginam muliebrem. Si privetur isto officio, sterilitatem adfert, quæ dependet vel à Pene, ratione ligamentorum, quæ inflari non possunt ad erectionem: vel musculorum Penis paresim aut paralysim, vel ad Testiculos frigidiores quam par sit, vel flaccidiores, vel minores, vel majores solito, vel ad

 pravam

pravam conformationem Vasorum Spermaticorum, puta si desint arteriæ, vel ad defectum aut vitium materiæ, si valetudinarius Vir fuerit, aut mulier male sana, sterilitatis causa tribuitur pravæ Corporis dispositioni. Ac proinde materia seminalis apta & conveniens suppeditari non potest partibus genitalibus.

Nec speranda fœcunditas & conceptio, nisi Vir & mulier integræ valetudini restituantur, aut vitium, partium genitalium, si quod agnoscatur, emendetur.

CAP. XXXVI.

De Partibus genitalibus Mulieris, ac imprimis de externis.

Partes genitales externæ sunt.

PArtes genitales Mulieris dividuntur *in externas, & internas.* Internæ præparant semen vel materiam seminiformem: sic loquendum cum *Aristotele*, & locum præbent conceptioni. Externæ patent oculis, & sine ulla sectione prius contemplandæ. Itaque consistamus aliquantisper in vestibulo, priusquam sacrum istud antrum ingrediamur.

Pubes.

Pars externa pilis exornata; *Pubes* dicitur: foramen valvis clausum (unde vulva) *Cunnus* [a] dicitur. Valvæ sunt *labra* [b] *Cunni.* Istis diductis apparent [c]

Cunnus.

Nymphæ, membranosæ excrescentiæ solidiusculæ, superne latiores. In apice Nympharum occurrit *Tuberculum carnosum*, pellicula tectum, quod *Clitoris* [d] dicitur. Distractis Nymphis, conspiciuntur *Carunculæ* [e]

Caruncula.

myrtiformes, quarum *duæ* sunt laterales, *Tertia* infra jacet, versus podicem: *Quarta* semper collocata est ad extremitatem Urethræ.

In Virginibus labia sunt strictiora, & divaricatis

a, T7. f5. FF. * b, f5. BB. * c, f5. CC. * d, f4 11 K. f5. A. * e, f5. D EE. *

femoribus tensa apparent. Membrana inferior Nympharum adhuc tensa est; sed in defloratione & frequenti coitu deprimitur: istæ connexiones in Mulieribus quæ peperere omnino obliterantur.

Collum uteri.

Atque hæc in viventibus spectari possunt. Quod si introducas digitum in Vaginam [a] muliebrem, deprehendes [b] rugosam, & si altius penetres, offendes *orificium* [c] *internum* Uteri: nam ad hunc usque locum pervenire potest digitus longior. Totum istud spatium *Collum* [d] *Uteri* vocatur sive *Vagina pudendi Virilis*, quia Peni excipiendo ad generationem dicatum est.

Hymen.

In Virginibus occurrit post Nymphas, membrana orificio circumtensa, & exiguo foramine pertusa, quæ *Hymen* [e] nuncupatur: Hæc si reperiatur, desunt Carunculæ; si desit *Hymen*, Carunculæ illæ Myrtiformes sunt adeo tumidæ, ut oppleant totum orificium, ut vix digitum minimum admittant absque dolore: Tanta est hujus loci angustia, quam formant Carunculæ per membranas mutuo consertæ.

Notandum est istas Carunculas in partu obliterari, nullas extare, donec orificium istud externum arctari incipiat, quasi sint plicaturæ hujus orificii, quæ dilatantur, & expanduntur in parturigine ad egressum liberum Fœtus; quemadmodum verum Uteri collum valde crassum est, ut in partu facilius dilatetur. Inde conjicio, & concludo, istas Carunculas rectius appellari carnositates, & plicaturas orificii externi.

Labra uteri.

His observatis ad sectionem veniendum, ut partium istarum structura dignoscatur. *Labra* [f] *Uteri* constant Cuticula, Cute pilosa, habentque subtus adipem, & panniculum vere carnosum, qui musculi

a, T7. f2. Y. * b, T7. f3. EE. * c, T7. f3. D. * d, T7. f2. Y. f3. EE. * e, T7. f7. A * f, T7. f5. BB. *

96

Na-

Naturam refert. Videtur ibi expansus inservire adducendis labris; sed cum perveniat ad Clitorida, quodammodo æmulatur musculos Penis, quamvis sint dispares in Clitoride.

Quibus est pulposus Cunnus, & labra crassa, ipsorum musculorum motus levis est & obscurus.

Nymphæ. *Nympha* [a] in Juvenibus mollis est, progressu ætatis, & coitu frequenti induratur, & ferme cartilaginosa evadit: Est productio Cutis labiorum, vel à natura sic constituta, ibique locata ad dirigendam Vrinam.

Clitoris. *Clitoris* [b] sedes lascivæ & libidinis, in mulieribus quæ confrictu delectantur, *Tentigo* dicitur. Conflatur *ex duobus ligamentis* nervosis, minime cavis, ut in Viro; à tubere Ischii prodeunt, & ubi ad commissuram Ossium pubis pervenere, Corpus aliud accipiunt medium, interjectum, & candidum, simulque juncta efformant istud Corpus, quod imitatur Penem Virilem ut mammæ in Viris muliebres mammas æmulantur.

Ligamenta Clitoridis habent *Musculos* ipsis attensos, ut in Viris, ab eodem loco prodeuntes, & Cute teguntur, atque Cutis in extremo revolvitur instar præputii: ideoque merito vocatur *Virga muliebris.*

Ligamenta uteri. Ad hanc partem perveniunt *Ligamenta* [c] *rotunda* Uteri. Unde fit ut confricata manu, extremitates ligamentorum simul incalescant, & titillatio extenditur ad Uterum, & ad Testes, ubi exortum & commeatum habent.

Isthæc ligamenta Vteri, aliquantulum cava sunt, usque ad inguina, inde fit ut materia virulenta partium genitalium huc expulsa, *Bubones Venereos* pariat, aliosque tumores nullo modo malignos.

a, T7. f5. CC. * b, T7. f4. II K. f5. A. * c, T7. f2. SS. f3 & 4. FF. *

Vagina

Vagina [a] componitur ex duabus tunicis: Altera interna est ac membranosa, externa tota est carnosa instar musculi, ut dilatari & arctari queat, & in actu Venereo Penem constringere: sed interna rugosa est instar palati bovis.

Consideratio Medica.

HIs diligenter inspectis, considerabis morbos, qui partibus illis accidere solent. In primis *Orificium* externum naturaliter clausum in labiis deprehenditur. Id in puellis recens editis frequēter accidit; sæpius in nymphis clausura hæc apparet, vel loco caruncularum, *Hymen* imperforatus & carnosus occurrit. Nonnumquam post difficilem partum partes istæ dilaceratæ cohærent. Coalitus iste naturalis in puellis separandus, in mulieribus per accidens exortus, etiam separandus. *Partium harum morbi sunt communes.* *Coalitus.*

Vidi non obstante coalitu, mulieres quasdam concepisse, remanente foramine ad ingressum seminis, quod famelicus uterus violenter rapuerat, instante partu, ex magna humiditate eo confluente, sponte recludi istum coalitum. Puellæ vel mulieres sic imperforatæ dicuntur *Atretæ.*

Interdum tanta est laxitas & apertio istarum partium, ut sit fastidiosa & noxia mulieribus, quæ vi peperere, ut opus sit eas constringere medicamentis. *Laxitas.*

Interdum fœminis quæ numquā utero gestarunt, ex nimio concubitu ita laxantur & aperiuntur, ut pristinam arctitudinem exoptent à Medicis, *ad vendendum suum porcum Virginitas semel amissa non potest redintegrari.* artificio simulari potest, sed non est *probi Medici* istas artes edocere: ad eos tantum spectat, qui adulteriis &

a, T7. f2. Y. f3. EE. *

leno-

lenociniis delectantur, aut quæstum faciunt.

Morbi peculiares. Præterea, *labra* suos habent morbos peculiares; *inflammantur, intumescunt, ulcerantur* à causa communi vel extraordinaria, nempe *lue Venerea*: patiuntur etiam parte interna, *verrucas*, *thymos*, & *condylomata*.

Labiorum.

Nympharum, *Nymphæ* quibusdam mulieribus, imo & nationibus ita turpiter *excrescunt*, ut promineant extra septum labiorum, tumque rescindi debent. *Pustulis* exasperantur *thymis & verrucis*, atque *ulceribus* fœdantur sæpius à lue Venerea.

Clitoridis *Clitoris* prolongatur supra modum, mentiturque Penem Virilem. κέρκωσις *caudatio* dicitur, ita ut mulieres ista parte productiore & crassiore abutantur interse. Tales sunt quæ dicuntur *Hermaphroditæ*, sive *fricatrices*. Nec unquam visum est, & impossibile est, *Mulierem in Virum transformari*.

Caudatio

Sed Mas in exortu suo pro fœmina habitus ut dictum est, erumpentibus partibus genitalibus, quæ intus latebant, potest in Virum degenerare.

Vaginæ. Interdum intra Vaginam propendet *carnosa excrescentia*, quæ protenditur usque ad labra, & ultra, valde deformis & incommoda, quæ Penem æmulatur. Radicem habet prope orificium internum Uteri, vel ex parietibus Vaginæ profunde exoritur; Isthæc excrescentia radicitus extirpanda sectione, alioquin repullulabit, magno incommodo mulierum conjugatarum, quod impedit ingressum Penis in congressu.

Excrescentia carnosa.

Caruncularum. Iuxta *caruncul*as sive carnositates, intus Vena subtumida apparet, aut duæ, vel tres, quæ instar Hæmorrhoidum, stillant sanguinem, & exulcerantur: Impediunt congressum, & possunt in Ulcera maligna degenerare nisi provideatur.

Vlcera.

Intra

Orificii interioris *Intra Vaginam* in parte superiore, & in ipso orificio Uteri, nascitur *tumor malignus* scirrhosus, qui tandem in ulcus cancrosum degenerat. Miserabilis & calamitosus morbus, si vitio Uteri, aliarumque partium exoriatur. Si à lue Venerea, ut sæpius accidit, talis vlceratio contingat, sanabilis est modo non sit penitus exesum istud orificium, & ulcus non repserit ad partes interiores Uteri. Id non tantum speculo matricis, sed digito indito deprehenditur.

Scirrhus malignus.

CAP. XXXVII.

De Partibus Internis genitalibus Mulieris.

Ratio demonstrationis. PArtibus externis diligenter inspectis, & accurate dissectis, simul & Podicis partes veniunt resecandæ: postea detecta symphysi Ossium pubis cultello acutissimo cartilago Ossibus interjecta dividenda, ut facilius crura distrahi queant, & spatium amplius relinquatur ad partium internarum attrectationem.

Partes internæ 2pl. Partes internas divides *in Vterinas*, quæ componunt vel spectant ad corpus Vteri, atque *partes materiam seminalem præparantes*. Ab his inchoandum.

Vasa deferentia. Vasa spermatica [a] deferentia, ut Virilia *constantur ex Vena* [b] spermatica, & *Arteria* [c] spermatica. *Ortum* similem habent in Muliere, ut in Viro? In hoc *differunt*. quod non adeo stricte & anfractuose uniuntur, ut parastatam [d] cirsoidem constituant, qua carent Mulieres.

Dividuntur in tres partes, quarum *Vna* ad Testes defertur: *Altera* ad fundum uteri: *Tertia* prorepit ad principium Vaginæ:

a. T7. f1. ab. * b, T7. f2. IM. * c, T7. f2. KL. *
d, T6. f3 & 4. AA. T7. f2. cc. *

98.

Testes

Teſtes — *Teſtes* [a] *muliebres* ſunt aliter conformati, carent Epididymide: *unica* veſtiuntur *tunica*, *ſubſtantiam* habent mollem ex pluribus veſiculis conflatam, in quibus ſeroſus humor continetur, qui ſolet erumpere in faciem ſecantis, niſi caveat.

Talis ſtructura Teſtium, & conformatio vaſorum ſpermaticorum dubitare fecit *Ariſtotelem*, & alios ejus aſſeclas, de natura fœminei ſeminis, an ſit prolificum inſtar virilis, ut contendit *Galenus poſt Hippocratem*

Vaſa aſſervantia — A Teſtis corpore eadem ſpermatica [b] vaſa præparantia feruntur ad fundum [c] Uteri, & [d] *Cornua ſive tubas Uteri*, quæ vaſa longe differunt à virilibus.

Uteri Cornua. — His obſervatis intuere corpus Uteri cum partibus ſuis externis. Ex ipſo emicant ſuperne *cornua & ligamenta quatuor, duo lata* [e] *& membranoſa*, quæ ſunt productiones Peritonæi, extenſa in virginibus & fœminis, quæ nunquam Utero geſtarunt. *Alas Veſpertilionum* expanſas referunt, ſiſtunt Uterum ne infra prolabatur.

Ligamenta. — Sunt alia *duo*, *rotunda* [f] *oblonga*, quæ oriuntur à fundo Uteri juxta cornua. In exortu ſuo ſunt cava, & in ſuo progreſſu uſque ad Oſſa pubis excavata deprehenduntur.

Ubi pervenere ad Clitoridem, fiſſa expanduntur in pedis anſerini formam per totum femur anterius. Primus ego iſtam cavitatem, & novum uſum deprehendi. Impediunt ex opinione veterum & recentiorum Anatomicorum, Uteri aſcenſum ad partes ſuperiores, ſed ſine iſtis ligamentis, non poteſt aſcendere

a, T7. f2. OO. f4 AC. * b, f2. dd. f4. bb. * c, f2. R. f4. E. f3. A. * d, f2. QQ. f4 DD. * e, f2. PP. * f, f2. SS. f3 & 4. FF. *

Vterus

Uterus abſque revulſione vaginæ, & partium pudendarum, quæ ſunt continuationes corporis Vterini.

Cornu [a] Vteri ſiſtuloſum, parte inferna lacerum obſervatur, ac ſi fuiſſet à ſoricibus eroſum: intra ſe continet filamentum durum rotundum, quod æmulatur vaſis ejaculantis virilis ſubſtantiam, & ſemen ibi candidum aſſervatur & reperitur. *Vteri ſubſtantia.*

His obſervatis accedes ad *Corpus Vterinum*; cujus *ſubſtantia* carnoſa eſt ac fungoſa digiti craſſitie. *Tunica* veſtitur *membranoſa*, ſive propria, ſive à Peritonæo deprompta. *Tunica.*

Temperie calida humida præditus eſt Vterus: *Situs* [b] in imo hypogaſtrio, medius inter Rectum [c] Inteſtinum & [d] Veſicam. *Temperies. Situs.*

In Virginibus uſque ad menſtrui ſanguinis fluxum exiguus ac durus, poſt fluxum, mollior evadit: in mulieribus, quæ Utero geſtarunt, major & craſſior redditur. *Magnitudo.*

Figuram minoris Cucurbitæ, ſive Corniculi præ ſe fert. *Figura.*

Vnicus eſt, interdum in duas cavitates ſepto intermedio diſcretus, vel bicornis efficitur, quæ cauſa eſt in quibuſdam mulieribus fœturæ geminatæ, vel triplicatæ. *Numerus.*

Cavitas [e] Uteri in virginibus, & iis quæ nunquam concepere, eſt exigua, quæ piſum vel minimam fabam admittere poteſt. In iis quæ peperere amplior eſt. *Cavitas.*

Actio Vteri eſt Conceptio, ſive ſeminis attractio, & ſuſcepti ad actum promotio. Quamvis ad id deſtinatus fuerit, eſt tamen per accidens Emiſſarium humorum in corpore redundantium, qui vel continenter fluunt ad hunc locum, ut in fluoribus Uterinis, vel *Actio primatria.*

a, T7. f2. QQ. f4. DD. * b, T7. f1. d. * c, T7. f1. c. * d, T7. f1. e. * e, T7. f3. BB. *

M certis

Secundaria. certis temporibus, qualis est sanguis superfluus post nutritionem corporis muliebris, singulis mensibus residuus, qui destinatur ad nutritionem Fœtus in Utero, vel editi infantis, dum ex papillis stillans in formam lactis mutatus, facessit in alimoniam Infantis.

Consideratio Medica.

Recessus p. n: EX cognitione naturalis constitutionis partium genitalium, devenimus in cognitionem certam recessus à naturali statu.

Vasorum spermat: *Vasa spermatica* obstructionibus sunt obnoxia, & intercipiunt fluxum humorum consuetum, quod valde nocet mulieribus.

Testium Intumescunt simul cum Testiculis, qui ad molem pugni assurgunt, à collectione humoris instar steatomatis.

Ex tumore ad latera imi Hypogastrii hoc dignoscitur.

Tubarum uteri. *Tuba sive cornu* Uteri *dilatatur* & movetur ex semine ibi corrupto exitum affectante, sed mirum est ad eum locum perveniisse semen virile, ibique conceptum fuisse Fœtum, historiis probatur, quod est memorabile, extra Uteri capacitatem formari Fœtum, quod faveret opinioni *Paracelsi & Amati Lusitani*, de formatione homunculi in vitro, ex semine virili & menstruo, intra fimum equinum collocato, nisi ambo, *Atheus* unus, & alter *Iudæus*, tanquam Impostores agnoscerentur.

Uteri ipsius *Vterus* radix est, seminarium & fundamentum omnium pene morborum muliebrium, qui fiunt in Utero, vel ab Utero nascuntur.

Intemperies. Si *intemperie* calida laboret, & phlogosi tentetur, ardores intolerabiles adfert, febres synochos & ardentes, pruritus molestissimos, tandem exulcerationes,

nes, cancrum & gangrænam accersit.

Si *Oestro Veneris* & æstu percitus fuerit, in furias ignemque ruit, Furorem Uterinum & Maniam invehit, impotens situs, invitat mulieres ad succutiendos lumbos, ut eiiciant semen, & tandem abjecto pudore implorant opem viri.

Interdum *distorquetur* ad latera, huc & illuc circumfertur, quantum permittunt ligamenta & connexiones uteri, sed non errabundo motu ad Hepar, Ventriculum & Diaphragma assurgit, ut humectetur & ventiletur, suffocationes & strangulationes adfert, terribiles motus Corporis, sive convulsiones violentas excitat. *Motus pravus:*

Denique Uterus ferinum est animal in animali, multis ærumnis mulieres mulctans.

Quamvis scriptum fuerit ab *Hippocrate*, & à *Fernelio* confirmatum, uterum instar globuli revolvi per capacitatem abdominis, sunt potius cornua Uteri, receptacula seminis spirituosi fervéntis, vel putrefacti, quæ tumefacta oberrant donec suum semen in capacitatem Abdominis effuderint: quod quidem dispersum, dolores acerbissimos infert, distenditque Abdomen, donec vis illa spirituum evanuerit: Inde illa distensio Abdominis, & præfocatio diaphragmatis.

Interdum per Venas [a] & Arteries ex Utero maligni vapores sursum elati ad Pulmones & glandulas faucium, strangulationem & suffocationem adferre possunt: Et cum seminis malignus vapor sit adeo pernicious, ab Utero tanquam ab animali ἰοβώλῳ, ad Cerebrum, & omnes corporis partes impetuosè transmittitur. *Suffocatio*

Uteri *magnitudo* est exigua, quando vacuus, sed dum repletur pravis humoribus, supra modum intu- *Carcinoma.*

a, T7. f2. VV XX. *

M 2 100 mescit

meſcit: & viſus eſt adæquaſſe caput Infantis nuper editi, quod malum incurabile, quia *ſcirrhus* eſt *carcinodes*, qui remediis exaſperatur.

Hydrops Interdum clauſo, & firmiter obſignato Uteri orificio, aqua ex Abdomine in illam capacitatem fluens coacervatur, quæ *hydropem Vteri* refert. Nonnunquam pravi humores ibi colliguntur, qui poſtea impetu naturæ foras exeunt. Hoc ſæpiſſime contingit in Virginibus, & aliis à ſuppreſſione menſium, Orificio interno, ut dixi, obturato.

Suppreſſio ſeminis an noceat mulieribus? Uterus duplici rigatur humore ſemine & menſtruo, utriuſque ſuppreſſio multis incommodis mulieres mulctat, ut excretio multis bonis beat. Seminis vero retentionem nocuiſſe mulieribus apud *Hippocratem* nuſquam reperitur: ſcripſit quidem uterum reſiccatum aſcendere ad partes ſuperiores ut humectetur, quod eludit *Galenus*, atque ad eum finem virile ſemen appetere, atque Virgines nubiles præfocationibus vexatas nubendas eſſe viroq; conjungendas, *libro de Virginalibus*. Ideoque ſolis menſtruis vel retentis, vel immodice fluentibus, morborum muliebrium generalem cauſam tribuit, & aſſignat, ut enim mulier ſit ſana, debet γωαικοθῆναι quod eſt muliere-ſcere! Ergo ſi mulier aut virgo ſuppreſſos habeat menſes an Venæſectione ter quaterve iterata, è brachio & pede ſperanda revocatio ad uterum? Nota mihi eſt hiſtoria mulieris tabeſcentis ex defectu menſtruorum, cui detraxit *Galenus* liberaliter ſanguinem.

Suppreſſio menſium. ut venæ ſect: tollatur notanda.

Ut id aſſequamur tria ſunt notanda, *Materia, locus, & facultas excretrix*. Materia eſt ſanguis ſuperfluus ex nutritione menſtrua reſiduus, ac deſtinatus ad conceptum vel nutritionem infantis extra uterum: ideoque conſiderandum, an mulier abundet ſanguine, ut reli-

1 Materiæ ſufficientia.

reliquias poſſit ſuppeditare, vel excernere. Quod ſi exſanguis fuerit ex præcedenti morbo, vel parum comedat, non eſt ſperanda iſthæc excretio menſtrui ſanguinis.

2 Loci aptitudo. *Locus* per quem fluere debet eſt uterus cum venis hypogaſtricis, & ſpermaticis: Nam hæc vaſa redundantem iſtum ſanguinem ſuperfluum recondunt uſque ad legitimum & deſtinatum tempus huic purgationi, atque demittunt, vel per uteri capacitatem, vel per vaſa ſpermatica in cervicem. Si vero uterus reſiccatus fuerit, vel induratus, & vaſa ſpermatica & venoſa obſtructa, non eſt ſperanda per Venæſectionem ſæpius repetitam menſtrui ſanguinis excretio: facultas autem excretrix non eſt inſita partibus genitalibus, quæ excipiunt, ſed dependet à robore naturæ, quæ ſuperfluum iſtum foras extrudit.

3 Facultatis robur.

Curationis remedia. Itaque *hæc tria concurrere debent ad excretionem menſtrui ſanguinis, materia, locus, & facultas excretrix*, atque remedia eo ſunt dirigenda per *Venæ ſectionem* è pede, potius quam è brachio, *cucurbitulas* ſiccas internis femoribus ſupra vaſa admotas, per *purgationem* convenientem, *apozemata* diuretica, attenuantia, & anaſtomotica. Interdum per *pilulas* ex chalybe, myrrha & aloe concinnatas, per *ſemicupium*, vel *vaporarium* ſolius aquæ tepentis adhuc fumantis, interdum medicatæ herbis hyſtericis aperientibus, etiam per *fotus* ad Os ſacrum, & imum ventrem applicatos, cum optima *victus lege* non calfaciente, ſed attenuante, & aperiente.

Symptomatæ actionis ſunt.

Actio Uteri eſt *Conceptio*: ſi aboleatur, *ſterilitas* eſt, quæ dependet, vel ab Uteri intemperie, vel depravata conformatione, vel oſculi interni duritie, aut diſtorſione, vel à vitio Teſticulorum & Vaſorum ſpermaticorum, in quibus aliquid deeſt ratione ſtructuræ

Sterilitas.

vel materiæ: At si mulier fuerit valetudinaria, non potest laudabile semen gignere ad Conceptionem, nisi optima valetudine recuperata, vel vitium partium genitalium si sit medicabile, corrigatur.

Seminis vel sanguinis suppressio.

Verum, quia Vterus non tantum ad conceptionem dicatus est, sed inservit etiam vacuandis superfluis humoribus naturalibus corporis, quale est semen superfluum, & menstruum: si istorum suppressio totalis fiat, vel diminuta, non potest bene valere mulier, nec si immoderate fluant: inde *gonorrhœa simplex*, vel *fluor muliebris* cruentus, vel *humoralis*, si soli humores fluant, qui postremus, si malignus fuerit, & humor, acris, exulcerans, pravi coloris periculosus, interdum à virulenta, externa & contagiosa causa proficiscitur: ideoque prudenter ea de re interrogandæ sunt mulieres, ut fateantur morbum, nec imponant Medico, *specie fluoris ordinarii*, suo quidem damno, nisi culpam agnoscant, vel referant ad maritum, quem accusare potius oportet, si levis suspicio sit, quam lædere mulieris pudicitiam.

Eorundem fluxus nimius.

Quoniam de actione Uteri agimus, quæ est *Conceptio*, de ipsa paucis transigam, qualiter sit mulier constituta durante Conceptione. Qualis sit fructus sive Opus *Conceptionis*, nempe Fœtus, quomodo exeat Vtero; & quomodo sit mulier constituta eo tempore pariendi, & post partum, quid ei accidat, declarabimus, donec redintegrata fuerit.

De cæteris morbis, quibus est obnoxia nihil dicam, quia non differunt ab aliis, quibus tentatur extra tempus graviditatis.

Mola, abortus &c.

Quapropter ut abolita actio Uteri est sterilitas, sic depravata actio producit vel *molam*, vel *falsum germen*, vel *seminis effluvium* intra octo dies, vel *abortum*.

Si vera & legitima fuerit Conceptio, Fœtus inde nasci-

nascitur, dum virile semen injectum in vaginam [a] pudendi exugitur, & retinetur ab [b] utero. Tumque clauso orificio [c] interno virtute insita atque calore suo exsuscitat facultatem Formatricem, & promovet ad actum. Inde ex miscella utriusque seminis effingitur Fœtus, cujus exordium est à puncto quodam, quod tertio die palpitare deprehenditur in ovis à gallina incubatis. Postea pelliculæ formantur, intra quas stamina vasorum & partium omnium ducuntur ex semine, & subtegmen sive corporatura producitur à sanguine menstruo superveniente: tumque placenta formatur, massa carnea, sive *Iecur* [d] *Vterinum*, quæ agglutinata parietibus Uteri sese interponit Vasis [e] Umbilicalibus Fœtus, & Vasis materni Uteri, quæ antea juncta erant.

Fœtus conceptio. & *Formatio vera.* *Placenta seu Epar uteri.*

Fœtus autem conformatio in partibus diversa est, sed istud discrimen in Vasis [f] Cordis, quæ per duplices anastomoses uniuntur, manifestius apparet, quales descripsi *in Historia Fœtus*.

Cur quædam mulieres gravidæ ægrotent quædam non?

Quamdiu gestatur Fœtus, Mulieres quædam valetudinariæ melius valent, quod cedit in Fœtus detrimentum, qui ebibit impuritates materni sanguinis Aliæ deterius se habent, quia sordities massæ sanguineæ in varias partes transfertur, & si hæreat Ventriculo, vel *picam* adfert, vel crebros *Vomitus*, in quibusdam per totum graviditatis tempus, in aliis ad medium usque gestationis terminum.

Si mulier toto conceptionis decursu suos affectus Fœtui potest communicare, ut bonæ valetudinis, sic adversæ particeps erit.

Licetne mulieri ægrotanti gravidæ succurrere per Venæ sectionem, & purgationem? licet quovis tempore detra-

a, T7. f2. Y. * b, f2. K. f3. AA. * c, f3. D. * d, T 8. f3. AA. * e, f2. ABCDG. * f, T9. f4. D. *

An liceat gravidæ secare venam? Aff:

here ſanguinem, præſertim primis menſibus, quibus Fœtus exiguus non indiget ſanguine multo: In aliis quoque menſibus detrahitur ſanguis, ſi morbi magnitudo poſtulet, nequid deterius contingat Fœtui, & Fœtæ.

Quod ſi quid ſiniſtri contingat, id potius violentiæ morbi, quam remedio, potiſſimum Venæ ſectioni tribuendum.

An in Cholera laboranteliceat? neg.

Sed ſi *Cholera morbo* tentaretur gravida mulier ſeptimeſtris, vel octimeſtris, *eſtne tuta Venæ ſectio?* ſi in mulieribus non gravidis eſt ſuſpecta, ne Vires per magnam inanitionem attritæ & exolutæ magis diſperdantur & fatiſcant: multo minus in gravida muliere quæ copioſam & immodicam vacuationem ex Venis perpeſſa eſt, Quoniam eſt abortiva, dum Fœtum ſuo genio defraudat, & matrem ſuis opibus depauperat, *ſic mederi gravidæ periculoſum & inauditum*; Nam ſi in Viro, & Muliere non gravida improbatur ab omnibus Practicis, Græcis, Arabibus, Latinis, Antiquis & Recentioribus, multo magis repudianda in Muliere gravida ſeptimeſtri vel octimeſtri, Nam parca manu facta inutilis, quid conferet vaſculum unum ſanguinis detracti ad compeſcendum Orgaſmum humorum, & febrem extinguendam, cum ſanguis ſoleat fluere pigro lapſu, & guttatim atque puriſſimus educatur.

Plura non dico, ne affectato ſtudio videar agitare hanc quæſtionem, alias accuratius excutiendam. Qui deſiderat curationem morborum muliebrium, repetat *ex lib. 5. Aph. Hippocratis.*

Gravidis an attenuetur uterus? N.

Notabile eſt Uterum quo magis Fœtus creſcit, eo magis craſſeſcere cum placenta, ita ut inſtante partu ſit pollicari craſſitie, contra naturam aliorum corporum, quæ quo magis diſtenduntur eo tenuiora evadunt;

dunt: ſi minor ſit Uteri craſſities, aut Mulieres iſtæ ſunt macilentæ, aut paucum habent ſanguinem, aut fluxum ſanguinis paulo ante partum ſunt perpeſſæ, taleſque nullum aut exiguum ſanguinem lochialem excernunt à partu.

Conſtitutio infantis in utero.

Fœtus autem in Vtero conglobatus, aquis innatans duabus [a] membranis circumdatus [b] *Amnio*, & [c] *Chorio*, [d] placentam habet parietibus Uteri affixam inſtar culcitræ, in qua defæcatur ſanguis maternus, & radicantur Vaſa Umbilicalia, [e] Vena, & [f] Arteriæ duæ, quæ deferunt ſanguinem ad Iecur & Cor.

Vena *Porta* ſuum habet ſanguinem peculiarem; *Cava* ſuum ad Cor deducendum ut circuletur.

Nutritur Fœtus per [g] Vmbilicum, paulum reſpirat, Cor [h] ejus movetur, & vitalem ſuam facultatem exercet, ſentit, & movetur, etiam *vagire* fuit auditus.

Partum legitimum

Tandem, cum ſe perfectum agnoſcit, ſive ſeptimo menſe, ſive nono, qui terminus eſt ordinarius exeundi ab Utero, impatiens moræ ulterioris, & incarcerationis, ſua repagula & clauſtra frangit, & exitum quærens ſibi viam parat capite [i] præcunte: taliſque exitus, *Partus* dicitur, naturalis & legitimus.

Antecedentia.

Antequam Natura laboret, vias ante partum humore viſcido, & glutinoſo alluit, Orificium internum Uteri, totaque vagina quæ conceptionis ultimis menſibus ſenſim craſſeſcunt, eodem humore imbuuntur, ut poſſint facile dilatari in eam capacitatem, quæ neceſſaria eſt ad egreſſum Fœtus.

Ut legitimus ſit partus, debet Fœtus prævio capi-

a, T8. f1. CCCC. * b, f2. EE. * c, f2. FF. f3. BB. * d, f3. AA. * e, f2. A. * f, f2. BB. * g, f2. DD. * h, T9. f3. B. T11. f4. * i, T8. f1. D *.

103

te &

te & conversa facie versus podicem matris, exire, ruptis prius membranis & aqua profluente: Fœtum sequi debent secundinæ, id est placenta carnea integra, illacera.

Consequentia. Fœtui egresso Vmbilicus [a] pollicis distantia à Cute religatur: post ligaturam altera pollicis longitudine relicta resecatur.

Detersus & mundatus Fœtus leniter compresso & adæquato Capite traditur Nutrici; Mater curatur ab Obstetrice, quæ pudendis partibus dolentibus & matri languenti prospicit.

Partum difficilem ad juvantia. Si fuerit partus difficilis & laboriosus, febris exoritur, intumescunt partes genitales, ex labore & pariendi conatu irrito: Interdum vires deficiunt, aliquando convulsiones emergunt; tum detrahitur sanguis è brachio, è pede, foventur partes genitales fomentis emollientibus, laxantibus, intus inunguntur oleis calasticis & butyro recenti: Demergitur Fœta in semicupium aquæ tepentis, clysmatis acrioribus sollicitatur alvus, ut irritetur Uterus; potionibus aperientibus & stimulantibus partes inferiores excitantur ad apertionem.

Fœtus extractio per uncum, Tandem istis omnibus irritis, si Mulier exegerit duos tresve dies in istis tormentis, si moribunda & exanimis appareat, si gangrænæ in partibus pudendis indicia compareant, etiamsi certo non constet de morte Infantis, *Vnco* extrahitur, ut conservetur Mater, præstat unum interire quam duos, vita matris præferenda Infanti. Non debet mori mater, ut salvetur Infans: ideoque non est tentanda *Cæsarea sectio*, quæ matrem jugulabit conservando Fœtum.

Eleganter *Tertullianus, lib. de Anima, cap. 25. Necessaria crudelitate trucidatur Infans matricida ni moriturus.*

a, T9. f2. P. *

Ubi

Ubi prosiliit Infans ab ergastulo, nec sequitur placenta, manu in capacitatem Uteri indita leniter revellenda, ne fundus deorsum trahatur.

Post partum si in mortua mulieris inspicias partes pudendas, obseruabis obliteratas carunculas, Nymphas multum imminutas, quarum dumtaxat vestigium remanet: Orificium internum adeo patulum, ut digitos quatuor complicatos excipiat.

Naturæ opus est admirabile, dilatatio istarum partium ad egressum Fœtus, & contractio quæ fit paulo post.

Spatiositas Uteri & crassities sensim minuuntur per effusionem *lochiorum*, quæ nihil aliud sunt quam expressus sanguis intra parietes fungosos Uteri conclusus. Quod si non minuatur isthæc amplitudo, nec sanguis evacuetur, putrescens inflammationem concipiet, remanebit tensus & durus Uterus, ac si contineret adhuc Fœtum, tandem gangræna suboritur, quæ mortem inducit inevitabilem. *Lochia quid.*

Quod si tota placenta non fuerit evulsa, id nequaquam lethale, & locus ubi vi detracta fuit, tumidus aliquamdiu apparet, asper & inæqualis, donec totus Uterus resiccatus fuerit, & reductus ad naturalem figuram, quæ omnia diligenter sunt animadvertenda, præsertim in puerperis ægrotantibus.

Lochia retenta quomodo evacuanda? Isthæc amplitudo & durities Corporis uterini adhuc remanens cum febre, est valde suspecta & periculosa, *An venæ sectione è brachio curanda; An è pede*; *Fernelius* audacter è brachio detrahit sanguinem: *Pereda Hispanus*, monet considerandum non unde fluit sanguis, sed in quam partem influxit, & proximam venam secare jubet.

Cortesius in Miscellaneis istam quæstionem agitavit, & *Fernelio* favet: sed utilius & securius est, è pede

102

mitte-

mittere sanguinem liberaliter pro ratione virium, non neglectis clysteribus refrigerantibus, epithematis, fotibus, pessariis ad eum scopum, ut irritetur Uterus ad excretionem istius sanguinis putris & lethiferi: atque ut vitetur calumnia, & maledicentia mulierum; sic sæpe infamantur præsidia, quæ multis fuere saluti.

Infantium morbi particulares.

Infans non habet morbos particulares, nisi *Dentitionem*, *Variolas*, *& Morbillos*. *Hippocrates* sub dentitione morbos pueriles comprehendit, quia potissimum in exortu dentium ita laborant Infantes, ut è vivis sæpius eripiantur.

Dentitio.

Ad istos dolores varii morbi excitantur, dentes habent duo tempora, quibus Infantes infestantur & periclitantur, *germinationem & eruptionem*.

Morbilli.

Morbilli & Variolæ sunt novi morbi, Veteribus incogniti, qui creduntur contrahi & suscipi in Utero,

Variolæ.

à sanguine materno corrupto & menstruali: Cujus vitium natura per istas eruptiones despumare solet.

Plura non dico, ne doctrinæ Anatomicæ limites transilire videar. Nec enim proposui exactam *Pathologiam* tradere, sed tantum indicare morbos qui dignoscuntur ex notitia constitutionis naturalis partium universi Corporis.

CAP. XXXVII.

De Lumborum doloribus.

NIhil frequentius occurrit apud *Hippocratem*, & in praxi Medica, sive curatione morborum, quam *Lumborum dolores*, sive sint primarii, sive secundarii, id est, consectarii aliorum morborum, qui sæpius negliguntur à Medicis, tanquam symptomatici, nisi sint contumaces & solitarii absque febre. Quorum causæ non

non satis accurate expositæ fuere, nec medendi ratio sufficienter explicata ab omnibus practicis.

Partium lumbarium enumeratio.

Hunc nodum conabor evolvere, & illustrare. Itaque demonstratis partibus internis Ventris inferioris, atque ipsis Intestinis revulsis, spectare licet Lumbos musculis [a] opertos, tam intus, quam foris, & diaphragmatis [b] carnosas portiones usque ad Os sacrum protensas, atque truncum Venæ [c] Cavæ descendentem, simulque [d] Aortam, præterea geminos [e] Renes. Et si in memoriam revoces adhæsionem Mesenterii ad Lumbos, & observaris Lumbares [f] Venas, à trunco Venæ Cavæ productas, & Arterias [g] ex Aorta, utrasque in foramina vertebrarum insinuatas usque ad spinalem medullam. Hæc omnia diligenter inspecta, magnam lucem adferent nostræ *Diascepsi*.

Galenus conqueritur *comm. ad particulam 7. libr. 2. Prorrheticon, & libr. 3. particula 8. ejusdem Operis*, de obscuritate doloris Lumborum, propter ignorationem partium, quæ componunt Lumbos, & afficiunt: quasdam tamen causas affignat: *Ludovicus Duretus, sublimis ille genius Hippocratis*, alias adjunxit, sed non omnes assignarunt. Enitar igitur materiam istam elucidare.

Ratio Nominis.

In primis scire convenit, istum dolorem appellari uno verbo apud Græcos ὀσφυαλγίαν, ὄσφῦς enim Lumbares vertebras potius denotat, quam Os sacrum, quamvis etiam interdum Os istud comprehendat, Latinis dicitur *Lumbago*, & qui ex dolore Lumborum imbecillus redditur, *Elumbis*, *vel elumbatus* nominatur. Nostra lingua *Erné*, quasi ex Rene la-

a, T 10. f 1. T 14. *tota*. * b, T 10. f 7. HH. * c, T 12. f 1. C. * d, T 12. f 4. C. * e, T 5. f 5. BC. * f, T 12. f 1. *aa*. * g, T 12. f 4. *aa*. *

103

bo-

boraret, quia Renes ipsis Lumbis instrati sunt, atque ubi dolor ex spasmate aut divulsione fibrarum contingit, vulgo dicitur habere Renes distractos, *les Reins entre-ouverts.*

Si enematis Lumborum dolor sedatus fuerit, evacuatis humoribus in Intestinis, vel Mesenterio conclusis, vulgo dicunt habere Renes valde exoneratos, *les Reins fort deschargez.*

Tractationis. Ut autem perspicua sit & bene disposita nostra *Diascepsis*, de Lumborum doloribus, necessum est prius distinguere partes Lumbos constituentes, quæ doloribus afficiuntur, & partes vicinas, quæ tanquam causæ efficientes istis doloribus occasionem præbent, non neglectis partibus remotis. Deinde causas tam externas, quam internas dolorum communes investigabis: atque ut uno verbo dicam, partes *mandantes humorem, & excipientes considerare oportet.*

Partes constituentes Lumbos. S. *Subjecta dolorum.* Itaque partes quæ constituunt Lumbos, & sunt subjecta dolorum tales numerantur. Cutis [a] cum panniculo [b] carnoso, Musculi [c] Ossibus quinque [d] vertebratis, tam foris, quam intus supertensi, cum Osse [e] sacro. Intra vertebrarum [f] cavitates, spinalis medulla cum suis membranis, & numerosa nervorum sobole [g] stipata, dein ligamenta membranosa vertebras inter se nectentia. Præterea observanda spinalis [h] medulla in Lumbis, innumeris [i] filamentis discerpta, instar caudæ equinæ, atque spinæ totius motum fieri in Lumbis, per articulationem primæ vertebræ Lumbaris, cum ultima dorsali.

Falluntur qui Lumborum appellatione putant intelligi apud *Hippocratem*, inclusas partes, puta [k] ner-

a, T 1. f 2. BB. * b, f 2. DD. * c, T 10 & 14. &c. * d, T 2. f 1. * e, f 5 & 6. * f, f 2. a. * g, T 18. f 5. II. 14. * h, f 5. A. * i, f 5. o. * k, T 18. f 5. II. o. T 3. f 8. o. p. &c.

nervos, musculos [a] Lumbares, spinalem [b] medullam cum suis membranis, Renes [c] ipsos: præterea Venam [d] ipsam magnam & [e] Arteriam, itemque vasa [f] spermatica & Vasa [g] Renum, [h] Vesicæ, [i] Uteri, [k] hæmorrhoidum, atque Intestina [l] crassa: hæc singula Lumborum nomine, passim *Hippocrates* complectitur. Sed desidero locos singulatim istas partes demonstrantes. *Lumborum appellatio Hipp.*

Partes vero vicinæ quæ lædere possunt Lumbos jure viciniæ, vel gravitate sua, vel per depositionem materiæ sunt, Mesenterium [m] Lumbis adnexum, pars inferior Coli [n] Intestini, Renes [o] bini Lumbis contigui, & adhærentes, per membranam suam [p] adiposam, Venæ [q] Cavæ & [r] Aortæ trunci Lumbis instrati, & vasa ab iis enata, quæ in musculos Lumbares & spinam traducuntur. Cujusmodi sunt [s] Lumbares Venæ, & Arteriæ, quinetiam Hæmorrhoidales [t] Venæ, quæ secundum longitudinem Lumborum descendunt ad Podicem, ut & [u] vasa spermatica seminali humore turgentia, quæ in progressu suo ramulos Lumbis impertiunt. In mulieribus [x] Uterus cum suis [y] ligamentis & [z] Testiculis Lumbis nocere potest, sed magis in muliere gravida, propter pondus Uteri & Fœtus. Venæ & Arteriæ Iliacorum [α] ramorum, quæ per Os sacrum disseminantur, vexare possunt Lumbos. *Partes vicinæ lumborum* S. *Causa dolorum specialis.*

a, T 10. f 1. T 14. * b, T 18. f 5. A. * c, T 5. f 1. BC. f 2. CD. * d, f 1. D. f 2. F. * e, f 1. E. f 2. G. * f, f 1. HI. f 2. LL NN. * g, f 2. HI. a a b b. &c. * h, f 7. FF. T 12. f 1 & 4. ζ ζ &c. * i, T 7. f 1. XX VV. * k, T 4. f 6. II. * l, T 3. f 4. IKM. * m, f 1. AA. &c. * n, f 4. K. * o, T 5. f 1. BC. f 2. CD. * p, f 2. AA. * q, f 1. D. f 2. F. * r, f 1. E. f 2. G. * s, T 12. f 1. & 4. α α α. * t, T. 4. f 6. II. * u, T 6. f 1 2 3. &c. * x, T 7. f 1. d. f 2. RT. &c. * y, f 2. QQ SS. * z, f 2. OO f 4. AA. * α, T 12. f 1 & 4. DD.

Re-

Partes remotæ. Remotæ partes, quæ Lumbis nocent, sunt [a] Jecur per Venam [b] Portam, & [c] Mesenterium, [d] Caput, dum se exonerat in spinalem [e] medullam, *ex Hippocrate libro de Glandulis*, hic humor per cavitatem medullæ spinalis descendit usque ad Lumbos, nec ultra potest facile pervadere, ob divisionem spinalis medullæ in myriades [f] filamentorum.

Causæ dolorum. Communes. Sunt præterea notandæ *causæ dolorum communes*, quæ reperiuntur frequenter in doloribus Lumborum, ut Rheumatismi humorum interni, & externi per Venas, aut intercutem humorem è capite delabentem inter musculos & panniculum carnosum.

Sæpius propagines Venæ Cavæ & Aortæ portionem æstuantis & exuperantis sanguinis ex canalibus majoribus deferunt in Lumbos, quos afficiunt, vel in musculosis partibus, vel in membranosis, vel in spinali medulla, unde Paralysis post Colicum dolorem, vel Arthritis, quæ in Colicum degenerat, & vicissim Colicus in Ischiadem transmutatur. Præterea, abscessus externi Renum & affectus Coli Intestini distenti vel exulcerati, Lumbis communicantur. Intus & foris in Lumbis formari possunt, tumores, abscessus & ulcera, quin etiam Lumbi distorquentur à fluxione, vel tuberculo. A spasmate divulsionem fibrarum patiuntur. Sæpe dolores Lumborum excitant *externæ causæ*, ut lapsus in dorsum, percussio à corpore gravi contundente.

Causæ externæ.

Explicatio locorum aliquot Hippocr. His præmissis & bene intellectis facile est explicare locos apud *Hippocratem* valde obscuros, de Lumborum doloribus, quos invenies in *commentariis Dureti ad Coacas Hippocratis*, & alios simul collectos *in Commentariis Marinelli ad Hippocratem*, dictione *Lumbi*.

a, T4, f1. AB. * b, f1. FF. f6. tota. * c, f1. G H. * d, T17. & 18. * e, T18. f5. A. * f, f 5. o. *

Lumbarium symptomatum duo constituuntur genera: Alia enim in Lumbis consistunt, alia vero à lumbis emanant: utraque δόσιολα ab *Hippocrate* judicantur.

Absolute pronunciavit in *Coacis*, *quibus Lumborum dolor, hi pessimo loco sunt.* Et eodem libro, *qui ex dolore dorsi oriuntur morbi, sunt difficiles.* Quomodo enim intelliges isthæc effata, nisi ex perspicientia partium mandantium & recipientium, ut modo declaravi.

Certum est, si inchoantibus morbis dolor Lumborum adsit, cum gravitate & febre, sanguinem intra vasa majora, quæ per dorsum & Lumbos feruntur, fervidum vel copiosum contineri, qui magis accensus, nisi mature provideatur, potest rapi in Cerebrum, vel in Pulmones, unde graves consequerentur affectus: Alibi causas dolorum Lumbarium singulatim explicat.

Pericula ejusmodi dolorum in febribus. Si vellem istos locos percensere, viginti folia non sufficerent, idcirco vela contraho, & paucis absolvo. Lumborum dolores in febribus acutis malignis, vel aliis, initio morborum sunt suspecti: significant enim æstum sanguinis, & orgasmum intra vasa majora, quod valde metuendum, nisi mature succurratur liberali venæ sectione, potissimum è pedibus celebrata, ad avertendam anadromen sanguinis ad partes superiores thoracicas vel cephalicas, ubi varia symptomata procrearet terrifica, & lethalia.

Propterea suspectos habere oportet dolores Lumborum in febribus perseverantes, etiamsi eductus fuerit sanguis multoties, quia in alvina regione profundissime delitescunt humores, qui impetum aliquem facere possunt, nisi diligenter fuerint expurgati.

Itaque ad curationem ejusmodi dolorum Lumbarium,

Curatio eorum. rium, *Hippocrates* secabat Venas poplitis vel pedis internas: Quod confirmatur ab ipso, *in Coacis: dolorifica in Lumbis mala sanguiflua, & quæ ex Lumborum dolore cientur Hæmorrhagiæ, largæ sunt & copiosæ.* Hæc demonstrant necessitatem detrahendi sanguinem in Lumborum doloribus sæviente febre.

Purgatio non est omittenda, ut sentina alvinæ regionis saburratæ eluatur, & funditus eruatur, *ex Aphorismo 20. libri 4.* Quamvis scripserit *Hippocrates*, *Lumborum querulos profusiorem habere alvum*, necessitatem purgationis non adimit.

Hæmorrhoidum fluxus ut Renibus, sic quoque Lumborum doloribus prodest, ideoque provocandus.

Lumborum dolor pervicax absque calore, & inflammatoria dispositione, nisi *fomentis* discutiatur post purgationem & Venæ sectionem sæpius repetitas *cucurb.* cruentis, *Vesicantib.* admotis humor exhauriendus, vel aperta cute *causstico* in utroque latere spinæ appresso, quinetiam *balneo* aquæ tepentis herbis medicato, vel aquarum thermalium insessu cum duchia, sive stillicidio aquæ superne labentis supra partem affectam: Sunt enim dolores Lumborum vehementiores & contumaciores, si intra musculos contineatur materia serosa usque ad vertebras: atque deteriores, & curatu difficiliores, si ad spinalem medullam perveniat.

Cæterum, quæ symptomata creduntur orta à partibus Lumbaribus, non ab illis quæ Lumbos constituunt, emanant, sed à partibus vicinis, quæ Lumbis instratæ, dolorem excitant, & suos humores transferunt in alias partes, lento gradu vel celeri per Venas & Arterias, quales sunt Vena Cava & Aorta, Venæ hæmorrhoidales, Venæ Mesaraicæ: Ex *Galeno.*

Finis Libri secundi.

JOANNIS

RIOLANI,

Profess. Regii,

ENCHEIRIDII ANATOMICI ET PATHOLOGICI

LIBER III.

CAP. I.

De Thorace.

PERGAMVS ad partes Thoracicas. Est autem *Thorax, partium vitalium domicilium.* His terminis *circumscribitur*, inferne nothis [a] costis & [b] Diaphragmate; superne [c] clavibus, totusque ambitus & amplitudo ab omnibus [d] costis, vertebris [e] dorsi & [f] sterno efformatur. *Collum* tamen quia principia quarumdam partium complectitur, quæ pertinent ad Thoracem, potius refertur ad hanc regionem, quam ad Caput, quamvis sit ejus fulcrum. *Thoracis* *Circumscriptio.*

Ut sit optime *conformatus Thorax, figuram* debet referre ovalem, nec depressam parte anteriore, quale pectus tabulatum dicitur, Tabis affuturæ internuntium. *Figura.*

Componitur Thorax ex variis partibus, quæ dividuntur in *Externas & Internas*, id est Continentes, & Contentas. Continentes sunt Communes, & propriæ. *Partes.*

a, T 10. f 2. 11 12 &c. * b, f 1. II. f 6. 7. &c. * c, f 1. f. T 12. f 1. BB. * d, T 10 f 1. 1 2 3. &c. * e, f 3. * f, f 2. A A. *

priæ. *Communes* ſunt quinque, Cuticula, Cutis, Membrana adipoſa, Carnoſa, & Membrana Communis muſculorum, quæ fuerunt explicatæ in Ventre Inferiore.

Membrana *Adipoſa & Carnoſa* hoc habent peculiare in Thorace, quod admittant Mammas in Viris & Mulieribus. In Viris ſunt notæ Mammarum, in Mulieribus ſunt partes non tantum ad ornatum muliebrem comparatæ, ſed ad nutricatum Infantis, de quibus nunc agendum, priuſquam ulterius progrediamur.

CAP. II.

De Mammis.

Mammarum. Subſtantia. COmponunt Mammas, *corpuſcula glanduloſa*, amygdalis prunorum ſimillima, conglobata, & ſupra membranam peculiarem confuſe & glomeratim diſpoſita, in quorum medio *glandula grandior*, ſub papilla jacet.

Situs. *Sitæ ſunt Mammæ* in pectore, non ad tutelam Cordis, nec ad ornatum mulieris, ſed ad infantem commode alendum, quem ulnis complexum Mammis applicat, atque ut titillatione quam ſuctu ſuo parit Infans, augeat mater ſuum amorem, erga ſuum alumnum ſæpius oſculando.

Magnitudo. Mammarum *amplitudo* varia eſt pro ratione corporis habitioris, & laſcivioris: Nam calor Venereus Uteri, inflat & tumefacit mammas. In Virgine jam matura Viro ampliores ſunt, ſi congreſſu Venereo jucunde & voluptuoſe uſa fuerit.

Numerus. *Geminam mammam* dedit benigna Parens mulieri, ut duos Fœtus alere poſſit: vel ſi altera laboret, veniat in auxilium altera, & ſufficiat ad tempus. Propterea inter ſe communicant ſua Vaſa.

Fi-

Figura Mammarum non eſt plana, ſed prominula ad majorem capacitatem. Habet in extremitate ſua *papillam*, qua ſtillat ab ubere lac, & fugitur ab Infante. *Figura.*

Formatur *Papilla* ex cute contracta, foraminulis pertuſa, foris rugoſa, ut facilius ab Infante apprehendi queat & retineri. *Papilla.*

Papillam ambit *Areola*, circulus Varii coloris in mulieribus, pro ratione ætatis & Uteri vacui, vel pleni. In Virgine rubet, in defloratis liveſcit; In mulieribus gravidis amplior, liveſcit aut *rubeſcit ſi marem geſtet*; *ſi fœminam ſubpalleſcit.* *Areola.*

Conſideratio Medica.

THoracis amplitudo ad vitæ commoditatem laudatur; Anguſtia improbatur, quia ſpirandi difficultatem adfert ob male locatos Pulmones, qui non poſſunt facile ſuas alas expandere. Iſthæc conformatio diligenter conſideranda à Medico, dum videt læſam reſpirationem. In ſanis, ut ſit optime conformatus Thorax, debet eſſe rotundus parte anteriore, non acuminatus, rectus antę & retro; ſi fuerit incurvatus, vitium aderit in ſpina dorſi, de quo in *Oſteologia* dicetur. Thoracis *Conformatio prava.*

Reprehendit *Terentius* affectatum ſtudium matrum, ad coarctandum pectus puellarum, *ut graciles ſient.*

Prava conformatio Thoracis ex *contorſione ſpinæ* frequentius accidit fœminis, quam maribus, quia imbecilliores ſunt. Contorſiones nitimur corrigere *Thoracali* firmo, ſive fiat ex corio duro, ſive ex textura firma linteorum, quibus interſeruntur lamellæ coſtæ balenæ, ſive ex ferro tenuiſſimo compactum fuerit. Quinetiam motibus contrariis aſſidue contorquetur ſpina. *Ex Contorſione ſpinæ*

Interdum iſthæc prava conformatio à vitæ primordiis contrahitur, tumque inemendabilis, quicquid moliantur *Oßium inſtauratores.*

Sæpe in ſpinæ muſculos fluxiones fiunt, quæ diſtorquent vertebras, inde depravata conformatio ſterni; ac proinde Thoracis, quia dependent à ſpinæ rectitudine.

Ex pectoris prolapſus.

Ad Thoracis pravam conformationem pertinet *prolapſus pectoris*, ſive *cartilaginis Xiphoidis incurvatio*, quæ lædit Ventriculum, atque vomitum excitat, ſimulque ſpirandi difficultatem, oblæſo Diaphragmate; Ideoque mature relevanda hæc cartilago, & ad ſuum locum reponenda. De hoc morbo egerunt Baptiſta *Codronchus, & Lud. Septalius.*

Empyema

Morbi cavitatis Thoracis ſunt *Empyema* ſive collectio puris intra capacitatem, & *Hydrops* Thoracis: omnes iſti affectus deſiderant pàracenteſim inter quartam & quintam coſtam Thoracis, prout videbitur humor in alterutra capacitate contineri.

Hydrops.

Interdum *flatus* tam violenter diſtendit Pulmones, ut præfocationem adferat, ni ſuccurratur aperto Thorace per iſtam paracenteſim, quod ſæpius factitatum *Pariſiis*, magno ægrorum emolumento, & Thoracis levatione; etiamſi aquæ nullæ effluxerint, ſed flatus cum violentia diſploſus. *Hippocrati πνευματώδη* dicuntur, quibus Thorax flatu diſtenditur.

Mammarum *affectus.*

Mammæ conſiderari debent diverſis temporibus, in Virgine nubili, muliere conjugata, muliere gravida, & in puerpera, quia diverſos patiuntur morbos pro ratione temporum. In virgine matura viro, & plenis annis nubili, mammæ ſunt firmæ & ſolidæ, molliores & tumidiores evadunt, quando ardor, ſive appetitus Venereus dominatur: & quo magis mammæ attolluntur ſine dolore ſororiantes, & ſe contingentes, eo major

In Virgine nubili.

major eſt illis ardor Venereus, forſan deguſtarunt Venerem.

In muliere conjugata.

Si lac in mammis compreſſis exſtillet, ſuſpicio eſt graviditatis, quamvis id ſignum judicarit *Hippocrates* incertum. *Mamma* mulieris conjugatæ ex ardore Venereo adauctæ, ſenſim extumeſcunt: mammoſæ mulieres temperamento calido ſunt, libidinoſæ & Vino addictæ, ſi frigidæ, tumor mammarum à ſeroſo humore dependet, qui ſpongiis iſtis excipitur, *ex Hippocrate.*

Inflammatio.

Mammæ amplæ & ponderoſæ nocent reſpirationi, dum aggravant pectus. Sic tumidæ mammæ Virginum vetularum, & mulierum conjugatarum ſunt obnoxiæ iiſdem morbis. Nam vel à fluxione, vel contuſione *inflammantur*, & *abſceſſum* patiuntur: nonnunquam *ſcirrhoſæ* fiunt, & *ſtrumoſæ* ratione glandularum, tumque glandula, ſi mobilis, vel duæ, extirpari debent per inciſionem cutis, priuſquam hæreant firmiter adipi, morbo gliſcente & ſerpente ad alias glandulas: inde *Cancer* enaſcitur inſanabilis: quoniam mammæ ſunt glanduloſæ & ſpongioſæ, ideo deſtinatæ humoribus ſuperfluis excipiendis, ac proinde quibus reſiccatæ ſunt, valetudinariæ & ſputatrices.

Abſceſſus.

Scirrhus.

Cancer.

In muliere gravida.

Mammæ in muliere gravida progreſſu conceptionis ſenſim augentur ex refluxu ſanguinis, ſtillantque ſerum lacteum, ſed in puerperis ampliores ex majore ſanguinis affluxu, quam poſſit contineri mammarum capacitate: ex illa diſtenſione febris exoritur, tertio die à partu, quæ durat per unum aut alterum diem & ultra; niſi repellatur ſanguis, vel mamma puero ſugenda præbeatur.

Diſtentio ex ſanguine.

Lac iſtud *Coloſtrum* Latini vocant, quod multi *ad alendum puerum* reformidant. *Spigelius* non eſſe illaudabile, neque repudiandum tale lac matris, pro nu-

tritione Infantis probavit.

In puerpera. Si in muliere gravida mammæ sunt obnoxiæ *inflammationibus*, *tumoribus*, *ulceribus*, multo magis in puerpera, & lactente muliere, ex concretione lactis.

Idem Mammarum tumorem imminui apposita cicuta contusa scripsit *Dioscorides*, quod verum esse testatur experientia, quamvis id remedii genus improbetur *Dodonæo*, propter hujus herbæ malignam & venenosam naturam, quæ mammis applicata, nocere potest Cordi.

Ex Hippocrate in Epidem: si mammarum papillæ, & quod rubet in illis pallescant, morbosum est vas, id est, *Vterus*.

Consensus Vteri & Mammarum unde? Magna est societas mammarum cum Utero per venas, [a] *Mammariam* & [b] *Epigastricam*, verum etiam per [c] thoracicas; quæ sunt propagines Venæ [d] Cavæ, quæ hypogastricam [e] venam in imo ventre, suppeditat Utero.

Mammas cancrosas ferro resecabant antiqui Chirurgi, sed cum hoc parum feliciter succedat, crudele istud remedium non lubenter admittunt mulieres, neque Chirurgi adhibent.

CAP. III.

De Partibus Thoracis Externis.

Partes Continentes propriæ PArtes *continentes propriæ* sunt Osseæ, musculosæ, vel membranosæ. *Osseæ* sunt in quadruplici differentia, cujusmodi sunt [f] Costæ duodecim, duæ [g] Claviculæ, [h] Sternum, & duodecim [i] Vertebræ, de quibus actum in *Osteologia*.

a, T 2. f 9. d. T 12. f 1. CC. * b, T 2. f 9. c. T 12. f 1. EE. c, f 1. ll oo. * d, f 1. AB. &c: * e, f 1. ζζ. * f, T 10. f 2. 1 2 3. &c. * g, f 1. f. T 21. f 1. BB. * h, T 10. f 2. AA. * i, T 10. f 3. *

Muscu-

Musculosæ sunt externæ, vel internæ, saltem Ossibus interjectæ. Musculosæ *externæ* dividuntur in Musculos proprios Thoraci, vel alienos, qui ad alias partes referuntur, cujusmodi sunt [a] Pectoralis, Serratus [b] minor anticus, Serratus [c] major, reliqui pertinent ad Thoracem, de quibus dicetur in *Myologia*.

Internæ partes Musculosæ sunt Intercostales Musculi, tam [d] interni quam [e] externi, spatiis Costarum interjecti.

CAP. IV.

De Pleura, Mediastino & Pericardio.

Pleuræ. quid? MEmbranosa pars continua, omnes Thoracis partes internas includens, & omnibus Membranas impertiens instar Peritonæi, [f] *Pleura* dicitur, quæ undiquaque Costis omnibus [g] subtensa, firmiter applicatur Osseis partibus, & Diaphragmati. Propter crassitiem *duplex* constituitur, quod non sine laceratione potest demonstrari. *Ejus Crassities.*

Mediastinum quid? In morbis Thoracicis ubi tumet, duplicitas facilius separatur, ad dorsum utrimque reflexa & assurgens ad Sternum [h] reduplicatur, constituens [i] *Mediastinum*, & relinquens intra se spatium quoddam inane, filamentis refertum, quod etiam comprehendit Cor, & Pericardium: id non est aliud, quam propago Mediastini, vel ejus duplicatura.

Ejus Cavitas. Isthæc cavitas Mediastini diligenter observanda ad formationem vocis, cui inservit tanquam Echo ad resonitum: separat etiam alveum Thoracis in duas cavitates, quibus discluduntur Pulmones.

a, T 10. f 1. AB. * b, f 1. E. * c, f 1. CD. * d, f 1. HH. * e, f 1. GG. * f, f 5. AA. * g, f 5. CC. * h, f 4. BB. * i, f 4. AA. *

 104 Alli-

Vſus. Alligatur Mediaſtinum Clavibus & Diaphragmati, ratione Pericardii, quod orbiculatim nerveo [a] circulo adſtringitur & ſterno; atque hoc artificio Mediaſtinum mediante Pericardio, Cor ſuſpenſum tenet, atque vinculum eſt ipſius diaphragmatis. Eſt autem [b] *Pericardium, capſula Cordis*, quæ continet humorem aqueum ad humectationem Cordis, à quo tantum diſtat in ejus circuitu ſeparatum, quantum competit ad liberum Cordis motum. Si Pericardium habet propriam tunicam, ſaltem habet alienam, firmiter circumjectam à Mediaſtino. Propter arctam utriuſque connexionem ſubſtantia membanoſa non evadit ſpiſſior, quam Mediaſtini membrana in aliis locis.

Pericardium quid?

Conſideratio Medica.

Muſculorum Coſtalium *affectus eſt*

QUoniam contraria ſibi mutuo oppoſita clarius innoteſcunt, morbos iſtarum partium enumerare convenit. Muſculi tam ſupertenſi Coſtis, quam interjecti ſpatiis coſtarum, ſunt obnoxii variis morbis, ſive à fluxione humorum fiant, ſive à congeſtione

Dolor lateris. Varios *tumores* patiuntur, *inflammationes*, *abſceſſus*, *Rheumatiſmos* à ſeroſo humore, quæ omnia dolores lateris acutos cum febre interdum cum tuſſi ſicca excitant, qui mentiuntur Pleuritidem, ideoque diligenter internoſcendi, ne paribus remediis curetur dolor lateris, quibus Pleuritis.

Qui à Pleuritide diſſect. Iſtud diſcrimen annotavit *Hippocrates*, & poſt eum *Duretus, Hippocratis genius, & fidelis Interpres.* Nam omnis Pleuritis dolor eſt lateris, ſed non omnis dolor lateris eſt Pleuritis, ſaltem notha dici debet.

At dicet aliquis: uterque affectus iiſdem remediis quatenus ſpectat ad Venæ ſectionem tractandus, quia

a, T 10. f 6. FF. f 7. GG. * b, T 11. f 1. A. f 2. A. * faci-

facilis eſt tranſitus humoris ab externis partibus ad internas: Non diffiteor mittendum eſſe ſanguinem, ſed non tanta copia & frequentia, ut in vera Pleuritide, ideoque *Hippocrates*, in dolore lateris præmittebat fotus, ut exploraret an procederet ab affecto & dolente latere, aut ab affecta pleura; nam fotibus mitigatur ſimplex dolor lateris, exacerbatur pleuritis, in qua adeſt inflammatio cum febre continua, tuſſi & dolore punctorio lateris.

Situ. Itaque dolores lateris ſitu & materia differunt, quod alius ſedem habeat in [a] pleura & muſculis [b] intercoſtalibus, alius in majoribus muſculis, qui coſtis ſunt ſupertenſi, quales ſunt [c] pectoralis, [d] ſerratus major, [e] minor, [f] latiſſimus & muſculi [g] dorſi. &

Materia. Materia etiam diſſident, quia flatus, vel ſerum, aut ſanguis ſe ſe inſinuat in muſculos majores externos, atque etiam per Thoracicas [h] Venas defertur vel delabitur è Cerebro, qui vero muſculos inter coſtales humor imbuit, per ramulos Venæ [i] Azygæ transfertur, veramque pleuritidem producit.

Non eſt neceſſe humorem contineri intra pleuram, quia non eſt capax & apta fluxioni ſuſcipiendæ inchoante dolore, ſed diffuſus in illud ſpatium, quod eſt inter muſculos & pleuram, particeps eſt doloris, qui acutior eſt in ipſa pleura propter nervoſitatem, quam in carne muſculoſa.

Thoracis actio eſt motus qui deſtinatur reſpirationi, motus ille cum regatur muſculis & nervis, poſſunt paralyſim & convulſionem pati. Ad convulſionem Thoracicorum muſculorum pertinet ſpiritus offendens, πνευμα περιπλον, laborioſa reſpiratio, &

a, T 10. f 5. AA. * b, f 1. GG HH. * c, T 10. f 1. AB. * d, f 1. CD. * e, T 10. f 1. E. * f, T 14. f 1. CC DD. * g, T 14, f 1. 2. &c. * h, T 12. f 1. II oo. * i, T 12. f 1. aaa &c. *

quæ

quæ ab *Hippocrate* vocatur dupla intus revocatio spiritus.

Peri-pneumonia an detur?

Affecta pleura cum inflammatione, febre continua, dolore lateris punctorio, tussi, parit pleuritidem, quam nonnulli ex recentioribus non putant diu perdurare solam, sine propagatione humoris in pulmones, qui sæpius adhærent pleuræ, imo transilire per metastasim humorem in pulmones, & formare peripneumoniam.

Id primus proposuit *Zecchius, in Consiliis*, ex *Hippocratis* authoritate; Rationibus alii confirmarunt scriptis editis, ut *Vincentius Baronius, lib. de pleuropneumonia*. Atque istam combinationem affectuum Thoracicorum *pleuropneumoniam* appellant: quod ante ipsos monueram *in mea Anthropographia, cap. de Pulmone*. Locus *Hippocratis* consideratione dignus est, cujus explicationem multi tentarunt: Ego vero sic interpretor.

Quomodo oriatur ex opinione authorie?

Sæpe pulmones in utroque latere, vel alterutro, adhærent membranæ costas succingenti: Vel si non adhæreant, quando latus primo fuerit affectum inflammatione, membrana pleura ex affluxu humoris inebriata & mollior facta, exudat serum glutinosum, pulmones vero cum inspiratione totũ impleant Thoracem, tandem adhærescunt pleuræ, & nexus ille firmior redditur per ardorem febrilem. Nec motus pulmonum impedit istam adhæsionẽ, quia inspirationis & exspirationis adaucto dolore lateris, motus sunt exigui ex parte ægrotantis, metu doloris vehementioris: atq; sic agglutinatur pulmo parti dolenti, tũq; *pleuritis* transit in *peripneumoniam*, vel uterque affectus conjunctus est, ac proinde facilis expectoratio humoris primum cruenti ex levi exulceratione tam pleuræ, quam membranæ pulmonis, dein reliqua materia partim ex latere

latere procedit, partim ab excremento pulmonis nutriti, vel ab impuritate massæ sanguineæ *Circulatoriæ*, transeuntis per pulmones: inde tanta copia manat excrementi bilioši, pituitosi, quod reiicitur tussiendo.

Si vero non adhæreat pulmo pleuræ, vel effunditur ichoroidis humor sive sanioşus in capacitatem Thoracis, & difficillime resorbetur, tumque nascetur, *Empyema*; quod nisi sponte vacuetur, aperto latere exhauriendum erit; interdum felici successu.

Pleuritidis & Peripneumoniæ discrimen.

Itaque, ex doctrina *Hippocratis*, quam sequuti sunt *Herophilus, authore Cælio Aureliano, & Cornelius Celsus*, vera pleuritis est, si accesserit *peripneumonia* unius lateris: Si utrumque latus doleat vera erit peripneumonia, quia totus pulmo laborat tam dexter, quam siniſter: atque assidue diverberans costas, Ichore suo, quo diffluit, imbuere, & lædere potest. Itaque *pleuritis & peripneumonia* sunt affectus fraterni & congeneres, qui sibi mutuo tradunt operas ad perniciem, vel solatium ægrotantis prout valida fuerit aut imbecilla constitutio pulmonum, atque remediis, potissimum venæ sectione liberali sublevati fuerint.

Nec potest per alias vias materia pleuritica transferri vel propagari in pulmones, per metastasim, vel epigenesim.

Videmus tamen in pleuriticis cadaveribus pleuram syderatam decuplo crassiorem, ergo in se morbum continebat. Non inficior posse communicari pulmonibus, & pleuritem degenerare in peripneumoniam eo modo quem proposui.

In pleuritide ex quâ parte ducendus sanguis?

De missione sanguinis ab annis centum & quinquaginta animose certatum inter recentiores Medicos *Gallos, Italos, Germanos*, ex qua parte sit ducendus sanguis in pleuritide vera, an ex opposita, an ab ea quæ proxima est lateri dolenti. Tandem prævaluit

luit opinio *Hippocratis*, *Galeni* authoritate confirmata, contra doctrinam Arabum. *Hippocratem* sequuntur Medici *Parisienses*, & qui veram medicinam exercent: detrahunt enim sanguinem è directo lateris affecti, post tres vel quatuor è brachio Venæ sectiones, ad revulsionem, è pede potest educi, sed prius latus affectum exonerandum.

Ex quâ Venâ? In Venâ secanda delectum venarum adhibemus, quia ocyus levatur æger secta vena [a] basilica, si consideremus rectitudinem Vasorum per fibras: hæc enim continuatio est trunci [b] axillaris qui producit [c] Thoracicam, quæ alluit partes Thoracis externas, & jungitur extremitatibus Azygæ [d] venæ. Id à *Gordonio*, *Medico Monspelienſi* prius declaratum. *Ludovicus Duretus* historiis confirmavit, *ſuis Commentariis in Hollerij praxim.*

Mediastini *Inflãmatio.* *Mediastinum* variis morbis obnoxium, *patitur inflammationem* suarum membranarum instar pleuritidis propter viciniam Cordis, & communionem substantiæ cum pericardio, *abscessum* ex purulentia ibi collecta, quæ educitur, perforato sterno, vel pyulco exhauritur: *Flatus* etiam intra istud spatium continentur, qui molestè excruciant, & Thoracem transfigunt.

Abscessus.

Flatus.

Pericardii. *Inflammatio.* Pericardium ipsum particeps esse potest *inflammationis* dolorificæ & valde periculosæ, quia vicinum Cordi, ac proinde patitur frequentes syncopas, tumque pulsus celerior, febris auctior, sitis vehementior, quam in pleuritide, aut inflammatione pulmonum.

Humor copiosus. Sæpe in eo copiosus humor colligitur, qui suffocationem adfert, & Cor obruit. Si non possis exhaurire istud serum per hydragoga, licetne terebra sternum aperire, intervallo pollicis à cartilagine Xiphoide? quia pericardium ibi adnexum ad suspensionem Cor-

a, T 24. f 1. CC. * b, T 12. f 1 BB. * c, f 1. llοο. * d, f 1. aaa. *

dis. *Dubia salus certa desperatione potior: satius est anceps remedium experiri, quam nullum: ubi nulla spes salutis, nisi ex machina Deus affulserit.*

Humor. deficiens. Si desit Aqua in pericardio, Cor sensim contabescit arefactum ut in pluribus observatum.

Vermes. Vermes Cor erodentes intra pericardium gigni certum est, & Scordio enecari. De hoc morbo tractavit *Petrus Diversus Salius*. Nec absurdum intra Cordis ventriculos vermes reperiri, qui tamen intra Venam Cavam generati, eo pervenere.

Cum igitur ad sternum Cor sit suspensum, non erit inutile remedia topica sive refrigerantia, sive calefacientia, cardiaca vaporosa, huic loco admovere, prout Cordis affectus exiget.

CAP. V.

De Diaphragmate.

Diaphragmatis SEries Anatomica nos deducit ad [a] Diaphragma, *Instrumentum liberæ respirationis primarium*, quod Abdomen & Thoracem tanquam paries intergerimus disterminat, omnibus nothis costis & duabus veris cartilagini Xyphoidi alligatum, atque ita oblique circumtensum, duas [b] Apophyses carnosas oblongas transmittit usque ad extremas vertebras lumbares.

Situs.

Substantia. Componitur ex carne & nervosa [c] membrana quæ in ejus centro collocatur, reliquus ambitus est, carnosus [d] & musculosus: facie qua respicit Ventrem, Peritonæi membrana velatur: Obversa facie in Thoracem vergente, succingitur pleura.

Circulus nerveus in medio ad robur partis collocatus est, ut excipiat conum Cordis partem istam fe-

a, T 10. f 1 II. * b, f 7. H, H. * c, T 10. fc. FF. f 7, GG. * d, f 6. AA. *

112 rien-

rientis; atque sustineat Hepar: Nam Hepatis suspensorium est Diaphragma, atque ipsum superne revellitur intra Thoracem interventu mediastini, *figura* enim Diaphragmatis versus Abdomen concava est, intra Thoracem gibba. *Figura.*

Recipit [a] *Venas* & [b] *Arterias* phrenicas à Cava & Aorta. *Nervos* [c] habet duos insignes, qui orti inter quartam & quintam vertebras colli, in centrum nerveum Diaphragmatis inseruntur. *Vasa.*

Cum sit Diaphragma musculus particularis in sua specie, qualis in toto Corpore nullus extat, motum habet perpetuum ritu Cordis si non æquali passu, dilatatur enim & contrahitur, modo lente & leniter, modo celeriter & violenter. Interdum solum in lenta & leni respiratione movetur, frequentius cum Pulmonibus ubi Corpus agitatur: sed in violenta respiratione sequitur motus Thoracis, coactum. *Motus.*

Hippocrates Diaphragma *flabellum ventris* appellat, quia motu suo per dilatationem & contractionem descendens & ascendens utramque cavitatem ventilat.

Cum igitur sint duæ partes respirationis, *Inspiratio & Exspiratio*, in qua parte moveatur, inquisitione dignum. Per motum intelligo contractionem. *Quomodo hic fiat in respiratione.*

In Inspiratione dum deprimitur, & ad rectam lineam adducitur, id est ex concavo rectum efficitur, tum Diaphragma contrahitur. In Exspiratione laxatur & assurgit, ex recto concavum redditur. Cum solum movetur, dirigit liberam respirationem, quæ fit insensibili & inaspectabili motu Thoracis, dum Corpus universum tranquille quiescit: Alioquin in violenta respiratione sequitur motum Thoracis elevati & depressi, à musculis non tantum intercostalibus,

a, T 10. f6. CC. * b, T 10. f6. BB. * c, T 10. f7. AB. *

bus, sed etiam majoribus Thoraci supertensis atque musculis Abdominis, tum rapitur, & sequi cogitur motum violentum Thoracis.

Consideratio Medica.

DIaphragma interdum ex se laborat, aliquando per accidens, dum aliarum partium morbis compatitur. Morbi istius sunt

Ex se laborat *intemperie* calida vel frigida, *inflammatione*, quin etiam *abscessu*, suos affectus vicinis partibus & Cerebro communicat, ac proinde phrenitidem adferre solet. *Intemperies.*

Vidit *Fernelius tumores* duros Diaphragmatis radici infixos, qui sensim tabe laborantes consumpserunt, citra ullam delirii speciem. *Tumores*

Quando *inflammatur* Diaphragma, febris acuta suboritur: In Hypochondriis versus Diaphragma palpitatio deprehenditur, convelluntur Hypochondria ratione Peritonæi membranæ: Respiratio inæqualis, modo frequens, modo rara, modo magna, modo parva, tandemque convulsiones accidunt. *Inflammatio.*

Vulneratum Diaphragma mortem cum risu infert, *Vulnera* si credimus *Hippocrati & Plinio*, & aliis recentioribus Medicis. Vulnera inflicta parti Carnosæ non adeo periculosa & lethalia, ut parti nervosæ, ideoque *Ulysses apud Homerum*, Vulnus lethale inflicturus *Cyclopi*, elegit locum ubi Hepar adnexum est Diaphragmati, inquit *Galenus*. In paralysi universali Corporis læditur Diaphragma, quod spirandi difficultate dignoscitur.

O 113

CAP.

CAP. VI.

De Pulmone.

Pulmonis substantia.

PVlmo est instrumentum spirabile & vocale, ad id conflatum ex *substantia* levi, molli, spongiosa, foris albicante, intus subrubra, pluribus *vasis* intertexta, quæ per totam ejus substantiam sparguntur: Cujusmodi sunt *bronchia* [a] sive canales asperæ Arteriæ, & *tubuli venæ* [b] *Arteriosæ* & [c] *Venosæ*, quæ perpetuo comitatu sic incedunt, ut bronchia sint interjecta venis & arteriis.

Vasa.

Situs.

Situs [d] est Pulmo intra Thoracem, & utramque cavitatem cum Corde opplet, cum dilatatur ad excipiendum aërem, vacuum vero relinquit dum constringitur expellendo fulignosum spiritum, vel superfluum.

Motus.

Isti motus alterni Pulmonis sunt indesinentes à primordiis vitæ usque ad ultimum spiritum, quamdiu spiramus.

Divisio.

Natura *distinxit* Pulmonem in duas partes, diversis cavitatibus locatas, & unamquamque in varios *lobos* ad motus facilitatem, & hujus visceris conservationem, sic enim facilius suas expandit alas, & una læsa, aut vitiata, altera integra & superstes esse potest.

Figura.

Si contempleris Pulmonem extractum è sua sede, videbis unamquamque partem utriusque cavitatis *figura* sua æmulari bubuli pedis sive Ungulæ formam, nam fissus est, & parte externa convexus, parte qua dorsum tangit cavus.

Membrana.

Membrana [e] succinctus est tenuissima, manifeste porosa & foraminulenta, ut pressus & onustus in suf-

a, T 11. f 7. EE. * b, f 2. EEG. * c, f 2. HH. *
d, f 1. BB. f 2. KK. f 7 FF. * e, f 2. L. f 7. G. *

foca-

focationibus, sese exoneret in cavitatem Thoracis, simulque resorbeat sordes in eadem cavitate stagnantes.

Modus peculiaris nutritionis.

Solum hoc viscus alio modo nutritur quam aliæ partes Corporis, nam suum sanguinem mutuatur à Corde, vasa inde assumit non à Cava, ideoque turpiter hallucinantur Medici, qui in affectibus Pulmonum asserunt opprimi ab affluxu sanguinis, quem innumeræ venæ in ipsos effundunt.

Non potest à Capite suscipere humores nisi cum tussi, quæ si desit, patitur à solo sanguine Cordis.

Consideratio Medica.

Pulmonis præstantia.

PUlmo Viscus est ad usuram vitæ summe necessarium, *tamdiu enim vivimus, quamdiu spiramus*: nec satis est, spirare oportet facile, ut bene sit Cordi, totique corpori: Nam in morbis, difficilis spiratio magni est momenti: hanc potius consideravit *Hippocrates*, quam pulsum: Et *Galenus* libros tres ex doctrina *Hippocratis*, admirabiles composuit *de Difficultate spirandi*, quamvis obscuros, nec intelligibiles, nisi à peritis Medicis & Anatomicis.

Gustum eorum aliquem dabo, ubi morbos hujus visceris exposuerim.

Pulmo cur maxime fluxionibus opportunus?

Quia Pulmonis substantia mollis est, ac spongiosa, idcirco præ cæteris visceribus, fluxionibus opportuna, seu à Cerebro, sive à visceribus manent mediante Corde.

Medius jacet inter Caput & Diaphragma, non tanquam inter malleum & incudem, ut vulgo dici solet, sed inter duos malleos, quibus hinc & inde percutitur & læditur, dum Caput distillat in Pulmonem & jecur, sanguinem impurum, vel copiosiorem Cordi

ſuppeditat, quem revomit & reiicit in pulmonem, inde Pulmo inficitur, vel obruitur.

Labes illa Pulmonis, non à Corde manat, ſed à viſceribus intemperatis, & male moratis, quæ ſuggerunt Cordi ſanguinem impuriſſimum, cujus vitium non poteſt emendare Cor, niſi per multas Circulationes.

Pulmonũ Morbi præcipui

Interea Pulmo graviter afficitur ab iſto ſanguine per ejus ſubſtantiam tranſeunte, nam famulatur Cordi tanquam emunctorium & emiſſarium, dum ejus ſordes eo confluunt ſimul cum ſanguine, ac proinde variis morbis patet.

Intemperies.

Siquidem intemperie laborat calida vel frigida,

Peripneumonia.

Eryſipelate, œdemate, ſæpe inflammatione tentatur, quæ *Peripneumonia* dicitur, aut ſaltem inflammatoria diſpoſitione, quin etiam abſceſſu, ulcere, quod phthiſin inducit, quoniam *à ſanguinis ſputo Puris ſputum, inde Tabes.*

Tabes.

Tuberculum.

Vomica.

Tuberculum etiam patitur, quod tandem degenerat in *Vomicam*, qua pauci evadunt.

Si purulentia in Cor derivetur, niſi prompte tranſeat in Aortam derepente ſuffocat. Si in dextrum Ventriculum feratur, majus inde periculum creatur, quia non tam facile expurgari poteſt.

Aſthma.

Præterea Pulmo obſtruitur in *Aſthmate* periodico, ſive aſſiduo, quod ſpirandi difficultatem adfert, quæ prout major vel minor, diverſis nominibus diſtinguitur. Minor, *Dyſpnœa* dicitur; Major, quando recto corporis trunco cogitur æger reſpirare, *Orthopnœa* vocatur.

Ejus ſpecies.

Tuſſis.

Sæpe *Tuſſi* vexatur, modo mediocri, modo vehementi, quæ anhela eſt, ac pene ſuffocans, à catarrho ferino, ſive ſubita fluxione & copioſa: inde ex tuſſi moleſtiſſima quatiente Pulmones oritur *Spadon* vaſorum

rum, ſive dilatario varicoſa, quæ ſpecies eſt aneuriſmatis periculoſa & formidabilis.

Ejuſmodi in affectibus an venæ ſecanda?

In Peripneumonia non levis eſt diſputatio de Phlebotomia, nam ſcriptum eſt ſanguinem detrahendum eſſe per Venas communes: nulla autem Vena quæ ſecari ſolet, cum Venis Pulmonis communicat: nullique rami è Vena Cava Pulmonibus diſtribuuntur: quod *Galenus* contra Eraſiſtratum *multis in locis* diſputavit.

Præterea hoc naturæ motus indicat: Nam cum in morbis viſcerum, & febribus ardentibus, hæmorrhagia è naribus critica ſit, in Peripneumonia non eſt critica, quia Venæ Narium quæ ſanguinem reddunt, nihil habent commune cum Pulmonibus.

Affirmat.

Si verum ſit ſanguinem naturaliter tranſire à dextro Cordis Ventriculo ad Pulmonem, ut deducatur in ſiniſtrum Ventriculum, inde in Aortam: Atque ſi ſanguinis Circulatio admittatur, quis non videt in affectibus Pulmonum, ſanguinem majore copia eo confluere, & opprimere Pulmones, niſi evacuetur primo liberaliter, dein partitis vicibus ad eos ſublevandos: quod fuit conſilium *Hippocratis*, qui in Pulmone tumente, ex omnibus Corporis partibus, Capite, Naſo, Lingua, Brachiis, Pedibus, detrahit ſanguinem, ut minuatur quantitas, atque revellatur à Pulmone.

Ipſemet in morbis Pulmonum jubet ſanguinem educere, donec corpus fuerit exſangue, & in eo qui tabe laborabat, cum videret à tabo ſanguinis inquinari & corrumpi Pulmones, tam copioſe detraxit ſanguinem, donec corpus exangue redderetur.

Suppoſita Circulatione facilius deplentur Pulmones per Venæſectionem. Si reiiciatur non video quomodo ſanguis poſſit inde revelli; nam ſi refluat per

 Venam

Venam [a] Arteriosam in Ventriculum [b] dextrum, obstant Valvulæ [c] Sigmoides, & è Cordis Ventriculo dextro regressum in Cavam sistunt Valvulæ [d] tricuspides: Ergò per circulationem exhauritur sanguis, sectis venis brachii & pedis: simulque destruitur opinio *Fernelij*, scilicet in Pulmonum affectibus, sanguinem esse potius detrahendum è brachio dextro quam sinistro, quia sanguis non potest remigrare in Cavam Venam, nisi ruptis duobus claustris & obicibus in Corde positis.

Phthiseos causæ quædam.

Ulcera Pulmonem frequenter accidunt ex ferina tussi, quam parit acerrimum serum, vel ab hæmoptosi: quæ si fiat per anastomosim ex abundantia sanguinis fervidioris, non est adeo pertimescenda, ac si fieret ab erosione.

Pulmones cur in lobes distinti.

Natura in hoc casu nostri misserta ad vitæ nostræ conservationem Pulmones distinxit diversis canalibus & lobis, ne serperet labes ad totum viscus, ut accidit in continuo corpore: Propterea videmus quamplures, quibus ulcerati sunt Pulmones diu vitam protrahere, si mediocriter sibi prospiciant.

Circulatio duplex.

Si admittatur *Circulatio sanguinis*, & transeat sæpius per Pulmones, non per septum medium Cordis, duplex circulatio sanguinis assignanda: una quæ perficitur à Corde & Pulmonibus, dum sanguis à dextro Cordis Ventriculo prosiliens traducitur per Pulmones, ut perveniat ad sinistrum Cordis Ventriculum: nam ab eodem viscere exsiliens ad idem recurrit, deinde per alteram Circulationem longiorem à sinistro Cordis Ventriculo emanans, circuit universum corpus per Arterias & Venas, ut recurrat ad Cordis dextrum Ventriculum, Qui admittit unam circula-

a, T II. f 2. EE G. * b, T II. f 3. DD. * c, T II. f 4. BBB. * d, T II. f 3. CCC. *

tio-

tionem, non potest alteram repudiare.

Sunt suspensi Pulmones & firmiter affixi Clavibus & Sterno, nec enim dependent ab aspera Arteria, quia in tussi violenta, & Pulmonum gravitate divelleretur Larynx & vicinæ partes ei adnexæ. Attamen inflammatus Pulmo cum Corde, ex *Hippocrate*, si in latus procidat, resoluitur æger, jacetque frigidus & sensus expers, & moritur intra secundum aut tertium diem. Si Cor non fuerit inflammatum diutius vitam protrahit, & quidam evadunt.

Causa anheli pectoris in senibus.

Cum levis & mollis esse debeat substantia Pulmonum, ad facilem respirationem, in senibus siccescit & indurescit, sive à siccitate, sive à repletione pituitosa, quæ causa est in senibus pectoris anheli, quod ducit ad interitum.

CAP. VII.

De Respiratione.

Respirationis necessitas.

PUlmonum actio propria est *Respiratio*: qualis esse debeat in sanis corporibus considerandum, ut depravatæ vitia cognoscamus. In Medicina, sive morbis præsertim acutis, nullus est morbus, interdum Symptoma tam frequens quam *Respiratio* læsa, sive *dyspnœa*, Prospere res eunt ægrotantis, si in omni morbo, potissimum acuto, facile spiret, quia vita à *Respiratione* est inseparabilis, ex *Galeno lib. 6. de locis affectis.* Atque si accedat somni benignitas & suavitas, partiumque nobilium indolentia, bene sperandum de eventu morbi, quia neminem interiisse vidit *Hippocrates*, si hæc tria reperiantur in ægrotantibus.

Divisio in

Liberam.

Est autem *Respiratio* duplex, *libera*, *vel coacta*. Libera est, quæ placido spirandi usu perficitur, sine adspectabili motu Thoracis. Atque hæc à Diahragmate so-

116

& te solo dependet, immotis Costis, & Thorace toto, saltem costæ inferiores nothæ duntaxat leviter agitantur; atque hæc Respiratio vere naturalis est.

Violentam. *Altera Respiratio coacta & violenta*, partim est naturalis, partim contra naturam. Naturalis est, quando à nostra potestate dependet, ipsamque possumus tardare vel accelerare, ut in exsufflatione, & cohibitione spiritus. Contra naturam est, cum ex nostro non dependet arbitrio, sed à morbi violentia. In ista Respiratione movetur totus Thorax per omnes musculos, & Diaphragma, ad evitandam Pulmonis, & Cordis oppressionem & suffocationem, quæ desiderant aërem ad refrigerium, & fuliginum expulsionem.

Respirationis partes Respirationis naturalis duæ sunt partes, *Inspiratio*, & *Exspiratio*. Illa perficitur aëre attracto, atque dilatato Thorace per ejus ascensum: hæc vero fuliginum est exclusio, constricto Thorace per ejus descensum: Istis motionibus interjecta est duplex quies, *Inspiratio.* sive spatium ab Inspiratione usque ad Respirationem, *Exspiratio* & altera quies ab Exspiratione ad Inspirationem, ut in pulsu duplex quies dicta *perisystole*.

Organa ejus tria. In Respiratione *Galenus* tria organa considerandæ esse scribit. Movens primarium, nempe *Cor*, Secundarium sunt *Musculi*: Mobile sunt *Thorax & Pulmo*. Organa quibus motus perficitur sunt *Spiritus Animales, & Nervi*.

Respiratio naturalis in quibus consistat? Ut autem læsa Respiratio non naturalis discernatur, in primis cognoscendum in quibus naturalis consistat, scilicet in moderatione & æquabilitate Inspirationis, & Exspirationis, & earum rerum quibus Respiratio perficitur.

Sunt autem quatuor, *Motus, quies, id quod movetur, & quod movendo ducitur, & educitur*. Ergo illa Respiratio moderata erit, quæ mediocritatem ostendit motus, quietis, explicationis & materiæ ipsius respirabilis, & in qua sani homines nullo modo à se mutati videntur.

Respir: non naturalis differentiæ Hæc autem Respiratio naturalis debet esse regula contrariæ non naturalis, idest læsæ & immoderatæ: cujus læsiones tot sunt, quod sunt Respirationis naturalis partes constituentes: scilicet *motus, quies, velocitas, aut tarditas*: Quæ sunt defectiones à motu naturali, raritas & frequentia quietis, magnitudo & parvitas Inspirationis & Exspirationis, copia & paucitas materiæ inspirabilis aut exspirabilis cum frigore aut calore.

Ergo dyspnœa omnis versatur in magnitudine aut paucitate, frequentia, aut raritate; velocitate, aut tarditate; Atque ita Respiratio in vitio esse dicitur, quando major aut minor est, tardior aut velocior, frequentior aut rarior; calidior aut frigidior.

Tum illæ defectiones tam in excessu quam defectu considerari debent, vel in utraque Respirationis parte, vel in alterutra existunt etiam quædam foris parvæ, intus magnæ, & contra, quædam item magnæ, veloces atque frequentes, aliæ contra parvæ, rarae, & tardæ; plurimæ etiam geminatæ tam inspirando quam exspirando. Hæ sunt differentiæ compositæ respirationis læsæ.

An Perspiratio supplere possit vicem Respirationis? Quod si Respiratio deficiat, *Perspiratio potestne supplere ejus defectum?* Id scriptum à *Galeno*, qui definit ipsam, spiritus sive aëris per arterias in habitum corporis dispersas, evacuationem, sive aër recipiatur, sive fuligines excernantur. Scripsit enim *Hippocrates*, foris & intro spirabile totum corpus ἐκπνοιν καὶ εἰσπνοιν τὸ σῶμα. Atque transpirationis author censetur Cor, instrumenta sunt Arteriæ, Cutis pori sunt meatus, per quos fit perspiratio.

Sed valde dubito, an perſpiratio poſſit vices ſupplere Reſpirationis ad tempus, immoto Corde, quia non poſſum mihi perſuadere aërem, per minutulas arterias niſi hiantes penetrare uſque ad Cor, cum reluctantem habeat ſanguinem arterioſum. Poſſunt quidem arteriæ fuligines excernere ſui ſanguinis, ſed non facile reſorbent aërem.

Quod ſi Perſpiratio prohibita fuerit ex ſuppreſſis fuliginibus, excitari febres putridas notavit *Galenus, lib. 11. Methodi.* Quibus convenit ad ventilationem, Venæſectio, etiam repetita.

Reſp: non naturalis in Sanis quandoque neceſſaria.

Reſpiratio non naturalis interdum neceſſaria in benevalentibus ad expulſionem fuliginum in exſufflatione, vel expulſione fæcum aut fœtus, cohibito ſpiritu: Exſufflatio reſpondet exſpirationi, ut cohibitio ſpiritus, eſt longa inſpiratio, quantum fieri poteſt ad uſum neceſſarium, & quod mirum, ab uno muſculo exiliſſimo claudente Arythenoidem & glottidem perficitur.

CAP. VIII.

De Corde.

Cordis nobilitas.

COR *eſt viſcus primarium & nobiliſſimum* totius Corporis, fons nectaris vivifici, cujus influxu vitalitas ſingularum partium recreatur, atque fovetur; *quod primum naſcitur, & ultimum moritur:* cujus beneficio vivunt & ſubſiſtunt omnes corporis partes.

Subſtantia.

Idcirco natura partem iſtam principalem mirabili artificio extruxit, tam foris, quam intus, *ex ſubſtantia* [a] *carnea*, robuſta & craſſa, omni genere *villorum* intertexta: cum ſit ſedes caloris nativi, ne exareſceret, *adipe* circumjecto madefecit, atque *ſero* circumfuſo rigavit.

a, T II. f 4. B. *

Situm

Situs.

Situm eſt in medio Thoracis, ſuſpenſum interventu [a] *Mediaſtini &* [b] *Pericardii.* Namiſtæ duæ partes ad hoc officium ſimul conſpirant, ut dictum eſt *in Capite de Mediaſtino.*

Magnitudo.

Magnitudo Cordis non eſt ſemper æqualis, quibuſdam hominibus robuſtis, ſolidius & anguſtius eſt, mollioribus laxius & grandius, ut quibuſdam viris, frequenter fœminis accidit.

Figura.

Figura ſua pomum pini refert: Nam ex baſi lata in conum deſinit. Extremitas lata *Baſis* dicitur, quæ excipit quatuor vaſa, *Venam* [c] *Cavam*, Thoracem tranſcurrentem, & juxta Cor adapertam, ipſique applicatam, *Venam* [d] *arterioſam*, [e] *Aortam*, & *Arteriam* [f] *Venoſam.*

Vaſa.

Auricula

In baſi reperiuntur *Capſulæ*, vaſis vehentibus ad Cor ſanguinem appoſitæ. Dicuntur [g] *Auriculæ*, & ſunt cavæ, amplior eſt dextra quam ſiniſtra in adultis, ſecus in Fœtu, & Infantibus, quibus ſiniſtra eſt latior.

Extremitas altera Cordis *Conus* dicitur, Venæ & Arteriæ [h] reptantes, ſupra Cordis ſuperficiem comparent, quæ videntur adipi reparando dicatæ.

Actio quæ pulſus.

Priuſquam ad interiorem Cordis ſtructuram accedamus: Conſiderandum venit, quomodo moveatur. Nam ejus actio eſt motus, ſive *pulſus*, quia ſanguinem quem aſſumpſit, pulſando expellit.

Syſtole.

Diaſtole.

Itaque motus Cordis duæ ſunt partes, *Syſtole & Diaſtole, ſive contractio & dilatatio*: cum excipit, dilatatur, dum expellit, contrahitur: Inter utrumque motum quies interjecta eſt, *quæ Periſyſtole* dicitur. Quomodo fiant iſtæ Motiones dubitatur.

a, T II. f 4. AA. * b, T II. f 1. A * c, T II. f 1. C. * d, f 2. EE. G. * e, f 1. M. f 2. C. * f, f 2. HH. * g, f 4 CC. * h, f 2. *juxta* B. *

118 Reje-

Causa pulsus, secundum Authorem.

Rejectis variis opinionibus, meam sententiam aperiam. Probabile est dilatatum Cor excipere non posse, nisi dilatatio illa fiat basi versus conum revulsa, ut vasa sanguinem effundant, simulque à Corde trahatur. In systole Cor contrahitur, & sanguis receptus detruditur, tumque Cor angustius redditur, & elongatur. Atque cum sit inclusum Pericardio, quod adhæret orbiculatim centro nerveo Diaphragmatis, cono suo ferit centrum nerveum Diaphragmatis, & basi sua cum Aorta eminente percutit pectus, eodem instanti, dum extenditur & prolongatur.

Ad ejus continuationem quam sit necessaria sanguinis circulatio?

Perennis illius motus Cordis, quamvis ab insita facultate pendeat, quo ad productionem, Continuitas non potest perseverare, nisi appulsu sanguinis, ex quo Cor cudit fabricatque vitalem: At si in singulis pulsationibus Cor admittat guttam unam, aut alteram sanguinis, quam expellit in Aortam, & intra horam bis millenas pulsationes edat, necessum est magnam sanguinis portionem, vel totum intra duodecim vel quindecim horas per Cor transire.

At illa quantitas potest æquare quindecim vel viginti libras sanguinis, quæ dumtaxat in vasis continetur, ergo necessum est intra viginti quatuor horas, bis terve sanguinem revolvi per Cor, prout tardior vel celerior erit motus Cordis.

An sanguis ex dextro ventr: cordis ad pulmones feratur?

Ut autem majori commoditate & facilitate fiat ista *Circulatio*, *Gulielmus Harveus*, *Anglus*, *Medicus Regius*, Author & Inventor hujus motus sanguinis, & *Ioannes VValæus*, Leidensis Professor, *Defensor* & Protector acerrimus, volunt sanguinem per Pulmonem â dextro ad sinistrum Cordis ventriculum traduci, repudiantes traductionem per septum Cordis: atque totum intra unam aut alteram horam revolvi sanguinem per Cor, & universum corpus: Quod non admitto

Venæ Cavæ principium Cor.

mitto, & rationes proposui impossibilitatis & incommoditatis alibi.

Cum animadverterem truncum Venæ Cavæ separatum ab Hepate, continuum à jugulo usque ad Os sacrum, nullo modo interruptum, neque per Hepar transmeantem, ut oculis patet, & introducto bacillo deprehendi potest. In eam opinionem adductus sum, Venam Cavam oriri à Corde, ut Vena Porta nascitur ab Hepate. Duplicem sanguinem in istis Venis contineri, quamvis in Hepate uterque elaboretur: Unum, qui demandatur in Portam, alterum qui per ramum in Hepate radicatum, duplo minorem trunco Cavæ, defertur ad Cor.

Venæ Portæ Hepar.

Earum sanguis diversus.

Qualis sanguis Circuletur?

Qui continetur Vena Porta, non circulatur, quamvis habeat fluxum & refluxum intra sua conceptacula, & communicet cum Arteriis Cœliacis quæ per anastomoses mutuas junguntur inter se.

Intra ista vasa reciprocum fluxum habere potest sanguis, sed per longitudinem corporis non excurrit, atque circulatur.

Quibus in vasis?

Ideoque *Circulatio* quæ fit in Corde, materiam ab Hepate mutuatur per Venam Cavam. *Vasa Circulatoria* sunt Aorta, & Cava, nec eorum propagines recipiunt istam circulationem, quia effusus sanguis in omnes partes secundæ & tertiæ regionis, ibi remanet ad nutritionem, nec refluit ad majora vasa, nisi vi revulsus, in maxima inopia sanguinis vasorum majorum, vel impetu & œstro percitus affluat, ad majora vasa circulatoria.

Quâ ratione?

Itaque sanguis delatus ab Hepate ad dextrum Cordis Ventriculum, traducitur per medium septum in sinistrum Ventriculum.

Non diffiteor in violenta circulatione, traduci sanguinem per Pulmones ad sinistrum ventriculum, ubi

Quomodo perficiatus circulatio. ubi impetuoſe emittitur in Aortam, ut poſtea tranſferatur in Venas majores artuum, quæ communicant per mutuas anaſtomoſes cum arteriis, dein à venis ſuperne remeat ad dextrum Cordis ventriculum, atque ita perficitur *Circulatio*, continuo fluxu & refluxu ſanguinis.

Ita ut ſanguis Venarum perpetuo naturaliter adſcendat, ſive remeet ad Cor, ſanguis arteriarum deſcendat, ſive diſcedat à Corde.

Attamen ſi Venæ minores brachiorum & crurum fuerint depletæ, poteſt ſucceſſione vacuati, Venarum ſanguis deſcendere, ut clare demonſtravi contra *Harveum & VValæum.*

Anaſtomoſes vaſorum. Anaſtomoſes mutuas Venarum & Arteriarum nemo poteſt inficiari, cum *Galenus* id ſcripſerit, experimentis demonſtrarit, & quotidiana experientia confirmet.

Ipſemet *Hippocrates libro tertio de Articulis*, venarum, & arteriarum communiones, Κοινωνίας, ſeparato ſermone pollitur.

Circularis ſanguinis motus neceſſitas. Videtis quanta ſit neceſſitas *Circulati* ſanguinis ad motus Cordis continuationem, & quomodo fiat *Circulatio* citra confuſionem & perturbationem humorum, & veteris Medicinæ deſtructionem.

Itaque neceſſaria eſt ſanguinis Circulatio ad continuationem motus Cordis, ut in Molendinis curſus aquæ fluentis ſupra rotas, revolutionem earum propellit. Ad recalefactionem, & reſtaurationem ſanguinis depauperati, ex jactura ſpirituum quoquoverſum diſperſorum, ut in Corde ſanguis novos ſpiritus adipiſcatur. Atque ut fons caloris nativi Cor, perpetuo rore madeſcat, ne ſenſim exareſcat, defectu iſtius roſcidi humoris, vel ut loquar *cum Ludovico Dureto*, iſtius ουῤῥόης nectaris vivifici inopia.

Vtilitas.

Per

Per circulationem ſanguinis in Corde, vitæ & mortis cauſæ facilius declarantur, quam ex humido primigenio Cordi inſito in ortu noſtro adeo exiguo, quod facile conſumitur, atque Cordis motus aſſiduus ac indeſinens noctu diuque perſeverans, tandem ſubſtantiam Cordis attereret, niſi aſſiduo fluxu ſanguinis per circulationem rigata & reparata conſervaretur.

An Cor & arteriæ eodem tempore moveantur? Admittendum tamen Cor & Arterias alterno motu cieri, non eodem inſtanti & conſimili motu, ſed alternare ſuas vices & officia, quia dum Cor emittit ſanguinem, Arteriæ excipiunt & tranſmittunt in Venas, non eum, qui eodem inſtanti expellitur, ſed qui proximus eſt Venis.

Hoc poſito neceſſum eſt alternatim partes iſtas moveri, & qui percipitur motus arteriæ turgentis, eſt dilatatio, non contractio, quamvis conſimilis videatur pulſationi cordis.

Ventriculus Cordis dexter. Explicata *Circulatione* ſanguinis, Cor aperiendum, quod *mediano* [a] *ſepto* diſcretum reperies in duos ventriculos. *Vnus dexter* [b] dicitur latior & mollior. *Alter* [c] *ſiniſter* durior, anguſtior & craſſiore pariete obvallatus; atque pertingit uſque ad conum: dexter admittit Venam [d] *Cavam, & Venam* [e] *Arterioſam.* Cava effundit ſanguinem in Cor: Vena Arterioſa, vel totum, vel portionem in Pulmones revehit. *Ejus Vaſa*

Valvulæ eorum. Orificiis Cavæ *tricuſpides* [f] *valvulæ* ſunt appoſitæ, quæ regreſſum ſanguinis impediunt. Venæ Arterioſæ orificium *tribus valvulis* [g] *ſigmoideis* circumdatum eſt, quæ reſiſtunt refluenti ſanguini.

a, T 11. *f* ☉. DD. * b, *f* ☉. CC. *f* 3. DD. *f* 4. CC. *
c, *f* ☉. B. *f* 5. CC. *f* 6. DD. * d, *f* 1. C. *f* ♃. E. *
e, *f* 2. EEG. *f* 4. A. T 12. *f* 3. *tota.* * g, T 11. *f* 3. CCC. * h, *f* 4. BBB. *

120

Siniſter

Ventriculus Cordis Sinister. *Sinister Ventriculus* duo recipit Vasa arteriosa, [a] *Aortam & Arteriam* [b] *Venosam*. Hæc deducit sanguinem à Pulmone ad sinistrum Cordis ventriculum, *ex quorumdam doctrina*, vel aerem in Pulmone præparatum ad eundem ventriculum vehit, simulque revehit fuligines, qui tamen usus à multis improbatur.

Ejus Vasa

Valvulæ eorum. Habet *Arteria Venosa* in orificio suo *duas* tantum *valvulas* [c] *tricuspides*. *Aorta* sanguinem arteriosum è sinistro Cordis ventriculo revehit, & *valvulis tribus* [d] *sigmoideis* ejus orificium obstruitur, quæ remeanti sanguini obsistunt.

Notandum valvulas istas tricuspides membranosas esse juxta sua vasa, sed à columnis carneis dependere, quæ musculos intra Cor repræsentant, affixos parietibus septi Cordis, quod immobile perstat, nisi versus basim, ubi mollius est paulumque obsequitur, dum basis revellitur in diastole Cordis.

Septum Cordis medium. *Septum* [e] *medium Cordis* est porosum, foraminulentum, aliquando manifesta sunt foraminula versus conum: per illud traduci sanguinem naturaliter, ubi Cor tranquille & lente movetur, *ex doctrina Galeni*, probabilius est, quam per Pulmones. Non tamen inficior in violenta agitatione Cordis & Pulmonum, traduci per medios Pulmones.

An per id sanguis transeat?

Consideratio Medica.

Cordis frequentiores affectus sunt. His absolutis pergo ad morbos Cordis. Non potest diu vitiis macerari, neque vitæ supplicia trahere, inquit *Plinius*. Nec Medici adhuc excogitarunt, aut invenerunt remedia, quæ possunt emendare

a, T 11. f 1. M. f 2. C. f 5. A. * b, f 2. HH. f 6. A. T 12. f 6. tota. * c, T 11. f 6. CC. * d, f 5. BBB. * e, f ⊙. DD.

pra-

pravam & malignam intemperiem, quæ pervenit ad substantiam Cordis, authore *Galeno*: ideoque diligenter pars ista conservanda, quæ non patitur proprio vitio, sed sordibus alienis; quibus inquinatur & corrumpitur.

Quaproter si purus & laudabilis sanguis ei suppeditaretur, nec contage vicinarum partium, Pulmonis & Hepatis læderetur, lætissime floreret, nobisque vitam longissimam produceret, sed per nostram intemperantiam non patimur ipsum bene valere, ut bene sit toti corpori. Ideoque variis morbis tentatur, à virium, id est spirituum jactura, vel dissipatione, quales sunt *Syncope & Leipothymia*, quæ differunt inter se secundum magis & minus: *Syncope* major est quam *Leipothymia*. *Syncope.* *Lypothymia.*

Sæpe mentitur & præse fert speciem Apoplexiæ, sed sine stertore, nec relinquit post se Paralysin, vel Paresin: si sæpius fortiter recurrat, tandem Cor obruit & suffocat, non tantum ob interceptum sanguinis excursum, ex plenitudine vasorum, sed ex oppressione Cordis ab aliqua crassa substantia sanguinis intra ventriculos Cordis impulsa, quæ ἀσφυξίαν affert in motu Cordis, & Arteriarum: Interdum ἀφονίαν, tandem interitum.

Hic affectus *Germanis* æque familiaris, ac Apoplexia, ex athletico Corporis habitu, qui contrahitur ex comessationibus, & perpotationibus, assiduis potissimum in prandio, quod protrahitur in horas nocturnas, nec tamen curant istum habitum Plethoricum exoluere Venæ sectione liberali: nec mirum si à tanta sanguinis copia incidant in Apoplexiam, vel Syncopen Cardiacam. Inde *Aphorismi 42. lib. 2.* explicatio dependet.

Motus Cordis depravatus est in palpiratione, ut *Palpitatio*

P 121 inter-

interruptus in Syncope & Leipothymia.

Circulationis interceptio, ex obstructione Ventriculorum.

Frequenter obstruuntur Ventriculi, & septum medium, dum replentur frustulis carneis vel adiposis quibus Cor suffocatur, intercepta *Circulatione* sanguinis. Interdum hærent in auricula dextra: & palpitatio, aut pulsus inæqualitas, vel interceptio sæpius accidit.

vel

Vermes etiam in Corde generantur, de quibus *Salius*. Memorabilis est historia Angli cujusdam, cui Cor erosum fuit à Verme: historiam leges *apud Aurelium Severinum*.

Venarum.

Intercipitur *Circulatio* non tantum in Corde, sed etiam in Venis, ubi obstruuntur à crassiore sanguine, vel concreto instar medullæ sambucinæ, ut mihi sæpius apparuit post febres ardentes, & annotatum à Fernelio.

FEBRIS.

Morbi frequentiores Cordis sunt febres, quibus excandescit, & torretur, exhausto & exsiccato humido primigenio: *etenim, major fit jactura nostri, à febre septem diebus: quam à calido naturali septuaginta annis: septem diebus moritur adolescens tabifica vi consumptus, qui septuagenarius erat futurus duce nativo calore: inquit Ludovicus Duretus, commentario in Coacas Hippocratis.*

Febrium differentiæ.

Febrium historia ad hunc locum pertinet, quam, paucis expediam. Calida Cordis intemperies *Febris* appellatur. *Febris differentiæ* petuntur ex causa conjuncta, quæ Triplex est, spiritus, humor in vasis, & humor insitus partibus solidis.

Ratione causæ febris est

A spiritu, *Spirituosa*; ab humoribus Vasorum, *Humoralis*; ab insito humore, *Hectica* Febris nominatur.

Spirituosa.

Humoralis.

Spiritus licet triplex Naturalis, Vitalis, Animalis, unicus tamen Vitalis accensus, febrem spirituosam facit. Humores in Vasis quatuor continentur, unde quatuor febrium humoralium differentiæ, sanguinea bilio-

biliosa, pituitosa, melancholica. Hectica vero gradibus tribus distinguitur. Nam hectica quædam absolute dicitur ab insito tantum humore accenso; Media fit ab imminuto; sed eo jam consumpto & ex hausto fit *Hectica Marasmodis*.

Hectica

Ratione modi

Continua.

Modi febrium duo sunt, continua enim est, vel intermittens. Febris Putrida, vel non putrida, maligna vel benigna. Continua ante perfectam solutionem non desinit in apyrexiam. Intermittens habet infebricitationem, sive intervallum à febre liberum.

Intermittens.

Continuitatis causa est, fomes febrilis & Vicinia, ut distantia intermissionis causa est. Putridam febrem facit putredo, non putridam feruor tantum spirituum & humorum contentorum in Vasis, vel insitorum partibus solidis. Malignam reddunt, vel insignis putredo, aut varia symptomata, quæ partes nobiles gravissime lædunt. Benigna istis omnibus destituitur. Magna febris eadem cum maligna, nec Parva differt à benigna. Hinc desumuntur omnes distinctiones febrium; febris spirituosa continua quidem est, sed unius diei, Unde *Ephemera* dicitur: sanguinea quoque continua est, eaque triplex, accrescens, æqualis, & decrescens, putrida, vel non putrida: Continens à quibusdam vocatur, ut distinguatur à cæteris humoralibus. *Continuæ* enim sunt biliosæ, melancholicæ, pituitosæ, cum humores à quibus fiunt, putrent in magnis Venis: si in paruis Venis, vel extra Venas, *Intermittentes* dicuntur. Hectica febris etiam Continua est, sed lenta

Putrida

Imputris.

Maligna.

Benigna.

Accessio quid?

Febrium intermittentium reditus, *accessio*, Continuarum major impetus, *exacerbatio* dici solet. Accessionis principium *invasio*; remissionis & exacerbationis, intermissionis & accessionis tempus, *periodus*, sive Circuitus dicitur.

Exacerbatio quid.

Periodus quid?

Febres Tertianæ. Acceſſiones autem & exacerbationes febrium variæ ſtatuuntur, pro vario humoris motu. Tertio quoque die fiunt à motu bilis proprio, unde bilioſæ omnes febres *Tertianæ*, tertio die moventur, ut *Quartanæ* quarto quoque die, quia melancholicus humor tali die movetur; Ut quotidie Pituita, unde *Quotidianæ* pituitoſæ ſunt.

Quartanæ.

Quotidianæ.

Febres Quintanæ, ſeptanæ, nonanæ ut riſſimæ ſunt, ſic nulla arte comprehenduntur.

Propria Invaſionum ſymptomata, ſpeciem cujusque febris Intermittentis deſignant: unde eleganter à Græcis ἐπομασίαι dicuntur, ut rigor tertianam denotat, horror quartanam, frigus quotidianam.

Duplex Tertiana ſingulis diebus invadit, ut quotidiana, ſed cum rigore; quotidiana cum refrigeratione.

Confuſæ. Confuſæ febres & implicitæ fiunt ex iis febribus, quas jam explicavimus. *Confuſæ* quidem ab humorum mixtione producuntur, ut febris tertiana notha fit

Implicitæ. mixta bile cum pituita. *Implicitæ* vero febres ab humorum putreſcentium, vel commotorum viciſſitudine commoventur, unde in iis diverſæ acceſſiones ſibi invicem ſuccedentes obſervantur, ut in duplice tertiana, quartana duplice & triplice, & in *Hemitritæo*, qui nihil eſt aliud quam *implicatio quotidianæ febris Continuæ & tertianæ Intermittentis*: & in *Triteophyæa* febre, quæ eſt triginta horarum, & ultra.

Erraticæ. Duæ febres ſubſequentes notantur Epiſimaſiâ diſtinctæ, & priore nondum terminatâ ſuboritur & ſuccedit altera deterior. Si vero iſtæ acceſſiones ſint inordinatæ, diverſis diebus redeuntes, ſine ullo typo, *Erraticas* faciunt.

Aliæ differentiæ febrium petuntur ex ſymptomatis, ita tamen ut ad eas differentias quas tradidimus revo-

revocari poſſint, ut Epiala febris, Leipyria, Typhωdis, Eleodis, Peſtilens, Cauſus: ſunt enim omnes humorales & continuæ, ſed quibuſdam inſignibus ſymptomatis diſtinctæ. *Ratione Sympt:*

Epiala. In *Epiala* febre eſt caloris ſimul & frigoris ſenſus, ab inæquali humoris morbifici motu. In *Leipyria* frigent externæ partes, uruntur internæ, ad quas calor febrilis retrahitur. *Typhωdis* & *Eleodis* febris eſt, qua ſudor emanat multus ſed inutilis. *Peſtilens* febris non alia eſt quam putrida, ſed ab inſigni & ſumma putredine, atque adeo exitiali, *ut plures pereant, quam ſerventur*. *Cauſus* nomen eſt ſummi ardoris & fervoris, qualis eſt in febre bilioſa continua, unde per excellentiam *Cauſus appellatur*.

Leipyria.

Typhωdes.

Peſtilens.

Cauſus.

Symptomaticæ febres quæ? Κεφαλώδης febris dicitur fieri ab inflammatione Pulmonis: ſed febres quæ à partium internarum inflammatione excitantur, ſymptomaticæ ſunt, nec proprie febres dicuntur. Hic enim tantum agitur de febre, quatenus eſt calida Cordis intemperies, eaque primaria.

CAPUT IX.

De Vaſis nempe Venis, Arteriis, & Nervis, quæ continentur intra Thoracem.

In Thoracæ occurrunt. PAuca mihi ſuperſunt dicenda de altera parte trunci Venæ Cavæ, cum totus truncus in Ventre inferiore abunde fuerit explicatus. *Venæ.*

Hepaticæ. Obſervabis truncum penetrantem Diaphragma, excipere *ramum illum* [a] *Hepaticum*, exſilientem à faſtigo Hepatis, & deferentem ſanguinem in Cavam, atque ab iſta inſertione obliqua uſque ad apertionem

a, T 12. f 1. rr. &c.

trunci, in Cordis ventriculo dextro, distantia est duorum transversorum digitorum.

Inde colligere licet sanguinem ab Hepate directe ferri ad Cor, quamvis alteri permisceatur, per *Circulationem*, ascendenti. Isthæc Venæ Cavæ apertio & adhæsio ad Cordis dextrum ventriculum continetur, & spectatur intra Pericardium: quod ubi pervasit truncus, ascendit ad claves.

Ac proinde cognosces sanguinem ascendentem ad Cor per *Circulationem*, etiam ad jugulum pervenire, & in artus superiores derivari cum illo sanguine, qui è Capite descendit per Venas.

Notabis istum truncum nullos ramos suppeditare Cordi, nisi [a] *Coronariam*: sed tantum aliis partibus Thoracis, & quomodo sanguis effusus in Pulmones è Cordis dextro ventriculo possit revelli, per Venæ sectionem, cum habeat in Corde duo claustra effringenda, antequam ad truncum Venæ Cavæ perveniat, quæ impediunt sanguinis refluxum ex Pulmone. *Coronaria*

Considerabis si superstes sit [b] *Anastomosis Arteriæ venosæ cum Vena Cava*, per quam iste refluxus fieri potest: An vero sanguis Pulmonum debeat remeare in sinistrum Cordis ventriculum, ut vitalis fiat, atque celeriter in Aortam reiiciatur, mox in Venas traducendus.

Postea inquires Venam [c] *Azygon*, quæ costas alit. In hac notabis duas vel quatuor *Valvulas*, non fictitias & imaginarias, sed veras, alternatim dispositas, quæ obsistunt affatim influenti sanguini. Illas demonstravi multoties, atque propaginem inferiorem hujus Venæ desinentem in truncum Venæ Cavæ infra Renes. Propterea non potest absorbere, neque transmittere materiam purulentam in Renes. *Azygos* *Valvulæ ejus.*

a, T 12. f 2. * b, T 11. f 3 & 6. B. * c, f 1. D. T 12. f 1. aaa. *

Inservit hæc propago ad exonerandam Venam Cavam supra Cor, si quando ibi sanguis redundat, vel majore copia continetur, intra ramulos Azygos.

Præterea investigabis anastomoses mutuas ramulorum Azygos, cum ramulis Thoracicæ Venæ sub Serrato minore, prope axillas. Inde fit, ut secta Vena basilica potius quam altera in Pleuritide, latus affectum facilius exoneretur, & dolor levetur. *Anastomoses.*

Post Azygon, *Intercostalis* [a] *utrimque una*, ex trunco Cavæ ascendentis enascitur, si Venæ Azygos rami ad superiores costas non perveniant. *Intercostalis duplex:*

Cum ad claves pervenit Truncus, producit *Mammariam duplicem*, [b] Internam & Externam: Utraque per longitudinem Sterni ad Mammas fertur. Sed *interna* grandior, transmisso furculo per foramen Sterni ad Mammas, excurrit ad Rectum musculum, ut Epigastricæ jungatur. Externæ secabantur *ab Hippocrate*, in partium Thoracicarum inflammationibus & doloribus: Nunc vero quia sunt obscuræ, desiit isthæc operatio: cujus loco applicari possunt hirudines, vel cucurbitæ cum scarificatu. *Mammaria dupl:*

In diremptu Venæ Cavæ observabis Suppositam *magnam Glandulam*, in jugulo sub clavibus collocatam instar pulvinaris, ut duos ramos subclavios molliter substineat, & complectatur, *Thymus* vocatur, vernacule (*fagove*) in juvenibus, ut in vitulis animalibus, mollis est, & cum magna glandula Pancreatis suaviter esitatur. *Thymus glandula quid?*

Ex ea tumefacta strangulationes etiam viris possunt accidere, sed in mulieribus hystericis frequen-

a, T 12. f 2. bb. * b, T 12. f 1. cc. *

 tius

tius extumefcens, ipſas ſuffocat, niſi ſecta vena ſuccurratur exiles Venas, *Thymicam*, *Capſularem*, & *Mediaſtinam*, ex opinione quorundam: Cum tamen Capſularis & Mediaſtina ſit una eademque Vena.

Mediaſtina.

A Subclavio [b] ramo quatuor inſignes Venæ prodeunt. *Prima eſt Anterior* [c] *Cervicalis*, quæ Maſtoideis muſculis ſupertenſa, ad mentum aſcendit, partes anticas cervicis irrigans.

Cervicalis

Huic ſuccedit *Jugularis* [d] *Interna*, amplior Externa, quæ ſub Maſtoideo muſculo collum aſcendit, & circa ejus medium in *tres ramos ſcinditur*, quorum *alter* craſſior & major vertebras petens, Cranium ſubit, & ingreditur per foramen Apophyſi Styloideæ vicinum ut lateralibus duæ Meningis canalibus applicatus, ſanguinem ſuum effundat, nec ultra pervadit.

Jugularis interna.

Secundus ramus Colli latera perreptat, & ſub Maxilla diſtribuitur.

Tertius in Linguam abit, *& Ranulares ſive ſublinguales* profert, quarum apertio in affectibus cerebri mirabiliter prodeſt.

Ab hac vena digiti latitudine diſtat *Externa* [e] *Jugularis*, & oblique repens ſub Clavicula, infra clavem emittit *duos ſurculos*; quorum *Alter* oblique ad Deltoidem muſculum ſub Acromio contendit, & unitur Venæ Cephalicæ; *Alter* ad Capitis partes laterales aſſurgit; ubi ad angulos Maxillæ pervenit bipartitus, portione ſui in Fauces, omneſque partes Maxillæ ſubjectas diſtribuitur.

Jugularis externa.

Altera portione pone aures traducta, in frontem & occiput diſpergitur, ſupra Tempora multiplici ſobole, & in iſtis locis ratione venarum, cumulari

a, T 12. f 1. * * b, T 12. f 1. BB. * c, T 12. f 1. gg. * d, T 12. f 1. ee * e, T 12. f 1. ff. *

ſero-

ſeroſum humorem credidit *Fernelius*, qui defluens in partes ſubjectas, fluxiones in habitum corporis procreat: *Idemque* pyroticum auris poſticæ cavo appreſſum, oculis fluxione laborantibus magis prodeſſe putat, quam Occipiti admotum, propter ramulum Jugularis ad Oculum productum.

Hæc vena *Jugularis Externa*, à perito Chirurgo ſecta in affectibus ſoporoſis prodeſſet, ut multis hiſtoriis probatur: ſed à multis improbatur, qui præferunt Hirudines duas vel tres ſecundum longitudinem iſtius venæ admotas, uſque ad angulum Maxillæ inferioris, ubi eminet & conſpicitur.

Sectio ejus an & ubi proſit?

Notabis tamen Iugularem internam in collo communicare cum externa, ideoque inciſa hæc Vena externa, quamvis non perveniat ad Cerebrum, poſſet tamen hanc partem exonerare, cum Interna Iugularis abdita ſit ſub muſculo Maſtoideo nec tuto ſecari queat. Propterea Jugularium apertio celebrata, intelligenda eſt de Jugulari externa, non interna.

Quoniam vero arteriæ & Venæ ſunt ſemper contiguæ & conjugatæ, eadem fidelia *Truncum* [a] *Aortæ aſcendentis* inveſtigabis. E ſiniſtro Cordis ventriculo proſiliens ſtatim in exortu ſuo duas *Arterias* [b] *Coronarias* producit inſtar coronæ Cor cingentes.

Arteriæ.

Coronariæ

Has non videbis exacte, niſi ſectam Aortam per ſiniſtrum Cordis ventriculum introſpicias: ſi Unica ſit, ejus orificio exiguam *Valvulam* appoſitam invenies, ut in Coronaria Vena.

Paulum progreſſus Aortæ Truncus, extra Pericardium *in duos Ramos* finditur, quorum *unus* [c] *Aſcendens*, *alter* [d] *Deſcendens* dicitur. Aſcendens *trifidus* exiſtit, ex eodem loco tribus eductis arteriis, *Dextra* ad

a, T 12. f 4. C. &c. * b, T 12. f 5. * c, T 12. f 4. A. * d, T 12. f 4. C. *

Subclavia Claves ascendens *Subclaviam* [a] *dextram* constituit, *Aliæ duæ* ad lævum latus assurgunt, quarum prima dicitur *Carotis* [b] *sinistra superne vergens:* secunda [c] *Subclavia* nominatur *Sinistra*, mox [d] *Axillaris*, dum pervenit ad Axillas, & prope Acromion emittit [e] *Cervicalem.*

Axillares

Subclavia Arteria Dextra superatis clavibus producit *Carotidem* [f] *dextram*, quæ prope angulum Maxillæ inferioris in duos *notabiles Ramos*, [g] *Internum & Externum*, ut Jugularis Vena Interna, secatur. *Carotides* nominantur; quoniam istæ atteriæ compressæ, hominem sopore, sive Caro aggravant, vocemque adimunt. Quod sæpius demonstravi in canibus, & idem fieri nervo sextæ conjugationis constricto.

Carotides [h]

Galenus libro de Vtilitate respirationis, existimat, & experimento facto probat in animalibus vivis, ex atteriarum Jugularium constrictione, nullo incommodo animalia mulctari & affici; ideoque soporem refert ad Venas Jugulares. Crederem potius arterias obstrui, quam venas in sopore, & Apoplexia.

Carotidum obstructio an inducat soporem?

Valverda testatur Columbum publice in Theatro demonstrasse in adolescente, soporem induci ab arteriis Carotidibus compressis vel constrictis, quomodo id factum fuerit, non exponit.

Vt Carotidum ascensus, & penetratio in Cerebrum per foramina cranii exploretur, filum æneum tenuissimum, flexile, in extremo capitatum, introduces in varias divisiones istius arteriæ, quod fieri & spectari potest, per administrationem vulgarem Cerebri incipiendo à parte superna, non inferna more *Varolij*, & in collo introduces stylum in Carotidem.

a, T 12. f 4. B. * b, f 4. a. * c, f 4. B. * d, T 24. f 2. A. * e, T 12. f 4. δ δ. * f, f 4. a. * g, f 4. c. * h, f 4. b. *

Trun-

Truncus Aortæ ad lævam partem contortus, ac deorsum reflexus, vertebrarum corporibus fulcitur, & in progressu suo usque ad Os sacrum, ex utroque latere tot arteriolas producit, quot sunt vertebræ, nullaque reperitur Azygos arteria, quæ comitetur Venam Azygon, sed ejusmodi arteriolæ ejus vicem supplent.

Intercostales.

Intra Thoracem [a] *Intercostales* dici possunt: infra in ventre inferiore [b] *Lumbares arteriæ*: in spinalem medullam per foramina vertebrarum sese insinuant: quod probari potest memorabili exemplo apud *Galenum, lib. 4. de loc aff.*

Lumbares

Quidam ex Peripneumonia vehementi, in Paralysim superiorum artuum incidit, ac nervis intercostalibus superioribus illitis sanitati restitutus fuit.

Vidi cum D. Merlet, Collega nostro eruditissimo ex materia Pleuritidis translata in spinalem Medullam, Paralysim consequutam, quæ ægrum ab imminenti periculo Pleuritidis liberavit.

Arteriarum & spinalis medullæ communio.

Sic *apud Hippocratem in Coacis*, convulsio febri finem adfert, translatione materiæ febrilis in spinalem medullam. Idem præstare potest Cervicalis [c] arteria postica, quæ Medullam Cervicis irrigat.

Nescio quo modo humor Apoplexiæ per quartum ventriculum Cerebri delapsus, in spinalem Medullam, unum latus potius, quam alterum Paralyticum reddat: per istud iter commemoratum, nempe cervicales & intercostales arterias, humor serosus in alterutrum latus derivari potest.

Eadem ratione ex Mesenterio materia serosa per arteriam Cœliacam remeare potest in Aortam, & per arteriolas penetrantes spinalem Medullam, derivari in nervos Artuum inferiorum, viciissimque ma-

a. T 12. f 4. ff. nn. * b, f 4. αα α. &. * c, f 4. d d. *

126

teria

teria veræ aut nothæ Iſchiadis ſecundum continuationem craſſiſſimi nervi, remigrare, in ſpinalem Medullam, inde per Aortam in Meſenterium revelli.

Nervi. In Thorace *Nervi octo inſignes* veniunt obſervandi. Duo ſunt *Diaphragmatici*, duo *Recurrentes*, bini *Stomachici*, duo *Coſtales*.

Diaphragmatici. *Diaphragmatici* [a] inter quartam & quintam Cervicis vertebras exorti, ab illo craſſiore nervo Cervicis in brachium abeunte, intra duplicaturas Mediaſtini deſcendunt ad centrum nerveum Diaphragmatis.

Recurrentes. *Recurrentes* [b] & *Stomachici* propagines ſunt nervi ſextæ conjugationis, cujus truncum in collo prope internam ingularem inveſtigabis, juxta Maſtoidem Apophyſim, ubi in *duos ramos* finditur, quorum *Alter* in muſculos ſuperiores Colli diſſeminatur: *Alter* Jugulari internæ & Carotidi interjectus ad Claves deſcendit, ubi in duos ramos ſcinditur, *Recurrentem & Stomachicum*.

Eorum reflexio ubi inveniatur. Siniſtri *Recurrentis* reflexio invenitur circa deſcendentis Aortæ incurvationem, & facile antequam aperiatur Pericardium.

Dextri recurrentis reflexionem reperies, circa ſubclaviam Arteriam dextram.

Recurrentibus nervis reſectis canes vivere & curſitare ſæpius vidi, ac publice demonſtravi, ſed ſine voce, utque laqueo conſtricti vocem adimunt, ſic reſtituitur laxatis vinculis: ideoque inſerviunt voci, quia ſuperne recurrunt, ut inſerantur in Capita muſculorum laryngis, linguæ, Oſſis Hyoidis, qui oriuntur á partibus infernis.

Stomachici. *Stomachicos* [c] nervos infra Cor juxta vertebras in-

a, T10. f7. AB, * b, T3. f8. gg. * c, T3. f8.

quires,

inquires, intra duplicaturam Mediaſtini latitant, & ab his decem vel duodecim ſurculos [a] in Pulmones produci videbis, & ex ramulis utriuſque Stomachici ſimul implexis, *Nervorum mirabilis plexus* conflatur in orificio [b] ſuperiore ventriculi.

Poſtea Stomachici reptantes *Poſticas* partes Ventriculi, juxta Spinam inter duos Renes junguntur [c] Coſtalibus, ut *Plexum* [d] *Nervorum* conſtituant, à quo nervi omnes depromuntur, qui in partes Ventris inferioris diſtribuuntur.

Coſtales. *Coſtalem* [e] *nervum* omnes Anatomici derivant à ſexto pari, cum tamen ab eodem puncto Cerebri cum ſexto pari oriatur.

Calvaria egreſſus *Coſtalis*, Ganglio circumjecto roboratur, & indiviſus deſcendit ſupra Collum, ubi pervenit ad tres ultimas Colli vertebras, altero Ganglio ſtipatur, & craſſeſcit trium nervulorum additione, atque delapſus intra Thoracem, in progreſſu ſuo juxta Spinam ſub Pleura, aliorum nervulorum à dorſali medulla prodeuntium acceſſione adaugetur.

Penetrato Diaphragmate, Stomachicis jungitur ad plexum illum retiformem nervorum effingendum, inter duos Renes.

Finis Libri Tertii.

a, T3. f8. hh. * b, T3. f2. H. * c, T3. f8. BB. *
d, T3. f8. v. * e, T3. f8. BBB. *

127

JOANNIS

RIOLANI,

Profeß. Regii,

ENCHEIRIDII ANATOMICI ET PATHOLOGICI LIBER IV.

CAP. I.

De Capite

Caput cur in ſummo poſtum?

CAput ſedes animæ, Cerebri domicilium, in excelſo corporis loco *ſitum eſt* tanquam acropolis, quæ toti civitati prædominatur, ac imperar. Propter Oculos, corporis ductores & exploratores, ſic Corpori impoſitum fuiſſe Caput ait *Galenus*: *Ariſtoteles* propter Cordis refrigerium, quod ei infundit Cerebrum in Capite locatum.

Ejus Magnitudo. *Amplitudo* Capitis debet eſſe mediocris, ut ſit laudabilis: nam magnum vel parvum Caput vituperatur, & improbatur.

Figura. *Naturalis figura* Capitis eſt rotunda, ſive ſphærica, quadantenus oblonga, duabus eminentiis, ſive projecturis antrorſum & retrorſum extuberans, verſus tempora paulum compreſſa.

Diviſio. *Dividitur Caput* in partem capillatam, & alteram glabram, quando eſt integrum & indiviſum, pars glabra *Facies* dicitur, & ad eam *Frons* revocatur.

Pars

Pars Piloſa Capitis nomen retinet.

Aliter conſideratur Caput in Oſteologia: nam diſtinguitur in [a] Calvariam, & Maxillas duas, [b] ſuperiorem, & [c] inferiorem, atque *Frons* pertinet ad Calvariam.

Calvæ partes externæ. Rurſum *Caput integrum dividitur* in duas partes directas, alias duas laterales. Directæ ſunt [d] *Sinciput*, quod antrorſum à principio pilorum aſcendit, latitudine quatuor vel quinque digitorum ad verticem.

Poſtea intervallum duorum digitorum, & tantumdem ſpatii poſt punctum verticale, appellatur [e] *Vertex*, pars poſterior [f] *Occiput*: Partes laterales ſunt [g] *Tempora*, quia ætatis tempora indicant cavitate, canitie, vel glabritie.

Partes Conſtituentes. *Ex pluribus partibus componitur* & coagmentatur *Caput*, quarum *Aliæ ſunt externæ*, Aliæ internæ, ſive Continentes & Contentæ.

Continentes ſunt Membranoſæ, Oſſeæ; *Internæ* ſive Contentæ, ſunt Cerebrum, Cerebellum, ſpinalis medullæ quatuor radices, earumque cavitatibus concluſæ particulæ.

Cutis Piloſa. Continentium prima occurrit *Cutis* [h] *Piloſa*, quæ etiam ſuam habet epidermida. Cuti ſubjecta eſt *Membrana* [i] *Carnoſa*, fundamentum & ſeminarium pilorum: quæ ſi carnoſa fuerit, cutim piloſam reddit mobilem, quia huic tenaciter affixa eſt ſine intermedio adipe.

Membrana Carnoſa.

Pericranium. Sequitur [k] *Pericranium* membrana immediate ſuccingens calvariam oſſeam. *Producitur* à meninge

a, T15. f3. ABC. * b, f5 & 6. * c, f3. LMN. * d, f3. A. * e. f3. BC. * f, f4. C. f6. AA. * g, f3. D. f6. B. * h, f1. AA. * i, f1. BB. * k, f1. CC. *

128

craſſa,

crassa, in puerulis transeunte per mediasqu uras, suto tempore non sunt serratim intertextæ & firmatæ.

Periostium. Præter Pericranium, ab Ossibus deraditur *Periosteon*, ut in aliis Ossibus: Propterea Pericranium non est Calvariæ periosteon, sed magna Naturæ providentia supra Calvariam expansum est, ut musculos à Calvaria exorientes firmo amplexu contineret, quales sunt Temporalis, robustissimus totius Corporis, *Ejus usus.* qui cum suo pari constringit maxillam, & elevat, sustinetque majora pondera in quibusdam, quam reliqui musculi simul agentes.

Præterea postici Capitis musculos firmat, & arcte comprehendit: Ad oculos descendens, & subtensum palpebris constituit Conjunctivam tunicam Oculi.

His separatis & revulsis membranis, atque exemp- *Calvaria* pto Calvariæ operculo, in conspectum venit [a] *Calvaria*, ex pluribus Ossibus extructa; quæ futuris laxioribus, vel strictioribus inter se nectuntur.

Interdum nullæ apparent quando calvaria continua est, sed Calvariæ historia pertinet *ad Osteologiam* illam duplicem, unam quam præmisimus huic operi: Alteram, quam sub finem *Anatomici Operis* demonstramus.

Consideratio Medica.

Morbi Capitis generales. CAput, fons & origo omnium pene morborum, *ex Hippocrate*, ratione fluxionum quæ manant à Capite in subjectas partes usque ad pedes, omnibus partibus condolescit & compatitur; Cum sit impositum trunco corporis, tanquam cucurbitula, attrahit excipitque vapores ex inferioribus partibus ad superiores elatos, *ex Hip. lib. 4. de morbis:* Quos Cere-

[a] T15. fi. DD.

brum

brum spongiosum instar glandulæ ebibit & absorbet. *Ex eodem authore. libro de Glandulis*, Vapores in aquam *ut* concreti, inferne relabuntur, & recurrunt sursum instar Euripi, *ex Aristotele*; quod ante proposuerat *Hippocrates:* ac proinde Cerebrum appellat, *Metropolim frigidi & humidi glutinosi.*

Figura Capitis si depravata fuerit, ut acuminata, vel *Figura depravata.* longitudo in latitudinem vertatur. Tale Caput non potest esse sanum: Ideoque, vel morbosum est, vel facultates ministræ, aut principes labefactantur. Si in pueris nascentibus talis figura deprehenditur, arte & manu corrigi potest, ut si magnum & amplum fuerit, exacto uno, aut altero mense, exsiccantibus remediis admotis, & fonticulis cavo Occipitii appressis, nimia Cerebri humiditas exsiccari potest; ac proinde contractius effici, quod in adultis fieri nequit. Angustum Caput, quavis ætate dilatari non potest ulla arte.

Caput si *suturas* habeat strictiores, vel nullas, aut *Laxitas nimia.* laxiores quam par sit, morbis est obnoxium, quia fuliginosis excrementis Cerebri non patet liber exitus. *&c.*

Si *laxius* fuerit Caput, magis expositum est externis iniuriis ambientis aeris.

Istis incommodis, ope Medicinæ licet prospicere, vel gestamine pileoli, vel nullo tegmine Capitis adoperti.

Pergo *ad morbos* particulares partium continen- *Morbi particulares* tium. Imprimis *Cutis capillatæ*, cujus actio est generatio capillorum, efficiens causa temperies modice calida sicca, & mediocris consistentia cutis: Materia vero fuliginosum excrementum, quod lori formam adipiscitur, per exiles poros erupturiens. Ejus actionis læsio symptoma est Cutis capillatæ. Ista læsio triplex est, minuitur enim in *Ophiasi*, qua pili defluunt *Ophiasis.* ab Occipitio in frontem in spiras serpentum: Vel

Q 129 abo-

aboletur in *Calvitio* & *Alopecia*.

Fluxûs capillorum causa est, intemperies Cutis calida sicca, cum humore pravo & acri radices pilorum eradente.

Pravitas humoris dignoscitur Cutis colore, & sanguinis, qui ex puncta Cute exudat.

Calvitium. *Calvitium* est privatio capillorum ab intemperie sicca cutis, eaque hectica, duraque consistentia cutis. Intemperiem Cutis facit defectus alimenti, utilisque humoris, vel excrementi fuliginosi. Hinc Eunuchi quia humidiores, nunquam calvescunt.

Canities. *Canities* symptoma est Cutis capillatæ, quo depravatur generatio capillorum, dum albescunt ante ætatem; Nam senectute canescere secundum naturam est. Utriusque Canitiei, symptomaticæ, & senilis eadem causa est, Intemperies frigida & humida Cutis, qua excrementum fuliginosum diluitur. Cum frigidam dico Intemperiem, intelligo imbecillitatem caloris nativi: unde fit ut morbo & mœrore plerique canescant, quia utroque calor nativus minuitur.

Porrigo. Ulcera Capitis vel levia sunt, extimamque Cuticulam occupant, quæ in squammulas & furfures resolvitur, depexo Capite: Unde *Pituriasis* dicitur, latinis *Porrigo*; Ejusmodi ulcera vel sicca sunt, nec manifesta: vel insignia & conspicua. Eorum causa est calida & sicca intemperies Cutis, cum humore acri, sed tenui.

Achor. *Achor* est morbus Cutis Capitis, compositus ex tumore & ulcere, tumor inæqualitate, ulcus foraminulis dignoscitur, ex quibus manat humor viscidus, unde à *Plinio* ulcera Capitis manantia vocantur Κέφαλον, sive favus, ejusdem Cutis tumor & ulcus est: sed in eo ulcere majora sunt foramina, quibus exstillat humor purulentus melli similis, vel melleæ consistentiæ

tiæ. *Plinius* ulcera concreta in modum *favi* appellat. Utriusque morbi causa, est intemperies calida sicca Cutis, cum humore acri & mordaci, qui ad scalpendum invitat, scalpendo tumor augetur, tandemque ulceratur, adeo ut foramina erumpant: Vulgus *Tineam* appellat, ob perforationis similitudinem, quæ à tineis inducitur.

Hydrocephalos. *Hydrocephalos* est Capitis tumor, à sero collecto & circumfuso inter Cutim & Pericranium, vel inter ipsum Cranium & Pericranium: vel inter Cranium & duram meningem, vel intra Ventriculos Cerebri multo sero quoversum diffluentes.

In Infantibus causa est compressio Capitis in partu: in adultis intemperies humida frigida Capitis totiusque corporis, vel translatio humoris serosi ad Caput, quod universum intumescit, & in magnam molem amplificatur, ex humore subcutaneo vel intus concluso.

Phthiriasis. *Phthiriasis* est symptoma Cutis capillatæ in excreto, cum pro crassis sordibus, vel una cum iis generantur pediculi, vel in Cutis superficie, vel in profundo.

Causa ejus est intemperies Cutis calida & humida, cum humore putri non valde acri, hinc pueris familiaris morbus, & senibus pituitosis.

Observandi veniunt Musculi Temporales qui magnam partem Calvariæ tegunt, quorum vulnera sive contusiones convulsionem adferunt, & maxillam constringunt.

130

CAP. II.

De Cerebro

Cerebri

REsecta ut decet Calvaria, & operculo detracto, comparet [a] *Cerebrum*, quod continenti Calvariæ est proportionatum, quale continens, tale est contentum. Vel sit mollibus Ossibus Cerebrum figuram præbeat, sequitur Calvaria ejus molem magnam vel parvam. Quod si non servet figuram naturalem Capitis atque magnitudinem, vitiosa est conformatio Cerebri; Ac proinde morbosa, & sensibus internis tam ministris, quam principibus adversa & noxia, quos lædit in suis actionibus.

Substantia.

Cerebrum componitur ex [b] substantia molli, cerea, albicante, quæ quoniam instar glandulæ, ebibit & exsugit humiditates, ideo dicitur magna glandula *ab Hippocrate*.

Divisio.

Dividitur in duas partes. Quæ triplo major est, *Cerebri* [c] nomen retinet: Quæ minor est, in Occipitio sita, *Cerebellum* [d] appellatur. Utraque pars communibus velamentis obvolvitur, *quæ Meninges* dicuntur. Prima Tunica dicitur [e] *crassa Meninx*: Secunda *tenuis* [f] *Meninx*. Ab Arabibus *Matres* appellantur, quoniam ab his relinquas membranas corporis propagari crediderunt.

Tunicæ 2 quæ sunt

1 Meninx dura.

Prima Meninx [g] dura crassaque, futuris Capitis adnexa, suspendit totam molem Cerebri; Connexiones illæ spectantur, dum Calvæ operculum detrahitur. In crassa meninge observantur innumera [h] vasa, quibus conspersa est; Sunt potius arteriosa, à *Rete mirabili* producta: inferne sursum protensa, usque ad

a, *T* 16. *f* 1. * b, *f* 3. AA. * c, *f* 6. AA. * d, *f* 6. DD. * e, *f* 1. AC. *f* 2. B. *f* 3. H. *&c.* * f, *f* 1. BB. * g, *f* 1. AA. *&c.* * h, *f* 1. *aa.* *

Ca-

Canales duræ Meningis: ubi deferunt suum sanguinem: ideoque istha̱c membrana potius palpitare deprehenditur, quam substantia Cerebri.

Sunt autem istius tunicæ *Canales quatuor*, quorum *duo* sunt [a] *laterales*, qui sequuntur latera futuræ lambdoidis, ut excipiant sanguinem à Venis Iugularibus internis & Cervicalibus: vel per eas ex doctrina *Circulationis*, sanguis refluat ad Cor. *Canales.*

Ex unione istorum duorum Canalium, formatur *Tertius* [b] *longitudinalis*, directe ad Nares usque protensus. In concursu trium subtus, enascitur *Quartus* [c] *canalis*, qui ingreditur substantiam Cerebri, inter Cerebrum & Cerebellum: Non est incluſus duplicatura duræ meningis, sed est *Vena magna*, *sic nominata à Galeno*, quæ descendens in Ventriculos [d] anteriores, constituit *Plexum* [e] *Choroidem*, qui per omnes Ventriculos dispergitur, usque ad basim Cerebri. *Plexus Choroides*

Canalis longitudinalis potius meretur *nomen Torcularis* [f] quam quartus: quia inde sanguis per venulas innumeras quoquo versum, per anfractus Cerebri distribuitur in partes inferiores. *Torcular.*

Istos Canales laterales, neque Venæ neque Arteriæ ingrediuntur & pervadunt cum suis tunicis, sed in vestibulo terminantur: ideoque *Canales* isti sunt potius *Arteriosi* quam venosi: Etenim Cerebrum natura sua frigidum & molle, debuit potius calido, subtili, & arterioso sanguine nutriri; quam venoso, crasso, nec facile permeabili.

Quod si uterque sanguis venosus & arteriosus, esset confusus in istis canalibus, non palpitarent: atque

a, *T* 16. *f* 5. *a & b.* * b, *f* 2. *aa.* *f* 5. *cc.* * c, *f* 5. *ee.* * d, *f* 3. DE. * e, *T* 17. *f* 1. OO RR. *T* 16. *f* 3. FF. *f* 5. *ff.* * f, *T* 17. *f* 5. F. *

 pul-

pulsatio Canalium demonstrat, non à corpore Arteriarum, quæ ibi nullæ sunt, sed à subsultu sanguinis pendere more arteriarum.

Falx. Hæc autem membrana, crassa scilicet Meninx, dividit Cerebrum in duas partes usque ad dimidietatem juxta corpus callosum. Illud discrimen [a] *Falx* dicitur, & utrimque duplicata, dirimit Cerebrum à Cerebello.

a Meninx Tenuis. Sequitur *Tenuis* [b] *Meninx*, quæ immediate succingit Cerebrum, insinuata Cerebri anfractibus; Est enim substantia Cerebri [c] extrinsecus, mirum in modũ profunde anfractuosa, ad levitatem & traductionem arteriolarum, quæ dispergunt huc & illuc sanguinem; Ac proinde *Pelops*, *Galeni præceptor*, cum videret istas arteriolas in cerebro dispersas, ibi venarum principium esse credidit.

Cur Cerebrum an fractus habeat?

Isthæc membrana est triplo longior crassa, quia pervadit interiores partes Cerebri, & velamine suo tegit ac separat, atque totam Cerebri molem in tres partes dividit. Nam ferme dimidia pars & suprema Cerebri, tegens Ventriculos, calloso corpori superimposita, utrimque circulariter separatur & elevatur usque ad radices spinalis medullæ, quæ connectunt istam portionem superiorem. Ita ut Cerebrum sit divisum in tres partes: Utrimque duas superjectas Ventriculis, tertia quæ includit Ventriculos, est continua, nullo modo disiuncta.

Ventriculi anteriores duo. Resecta levi portione callosi [d] corporis, apparent *Ventriculi* [e] *Anteriores & Superiores duo*, qui parte inferiore versus basim Cerebri sunt ampliores, & inde manant & assurgunt sursum. Ipsos disterminat

a, T16. f2. AA. f5. EE. * b, f1. BB. * c, f1. bb. * d, f2. BB. f3. BB. * e, f3. DD EE. f4. CC DD. *

septum

septum [a] *tenue*, membranosum, quod ex duplicata tenui Meninge, formatur, & *speculum lucidum dicitur*, quia transparet. *Septum lucidum.*

Anteriores Ventriculi sunt perforati parte anteriore versus Os Ethmoides, ut serum à superioribus partibus ad eum locum defluat.

Supra anteriores ventriculos extensum est *corpus* [b] *trifidum*, quod est *corpus Psalloides*, tribus columnis suffultum: quarum duæ [c] sunt laterales: revolutæ circa illas [d] eminentias, quas vocat *Galenus*, *thalamos nervorum Opticorum.* *Fornix.*

Altera [e] columna anterior, est duobus ventriculis interjecta. Duas istas columnas laterales, si persequaris, deprehendes productiones esse nervorum Opticorum, qui intra ventriculos coeunt inter se, ut in basi Cerebri, post Choanam, iterum inter se uniuntur, inde coniicio vim intellectivam & cognoscentem contineri potissimum in parte anteriore Cerebri, & ab ea depromi spiritum animalem, qui suppeditatur Oculis.

Ex concursu duorum ventriculorum *inter duos præ-* *Ventriculus Tertius*
grandes Colliculos jam commemoratos, & alias subsequentes eminentias, formatur ductus, *sive Canalis*, qui constituit *Tertium* [f] *ventriculum*. In basi istius *Canalis foramen* [g] observatur, penetrans in choanam, ad expurgationem seri pituitosi in fauces, juxta palatum.

In lateribus hujus ductus *Eminentiæ circumiectæ*, ef- *Nates.*
fingunt aliæ [h] *Nates*, aliæ [i] *Testes*, sic enim nominantur alternatim dispositæ *Eminentiæ*, & ab eo canali *Testes.*

a, T16. f3. G. * b, T16. f3. bb. f4. B. * c, T17. f1. GG. * d, T16. f4. bb cc. &c. * e, T17. f1. F. * f, T16. f4. E. * g, T17. f1. *infra*. Q. * h, T16. f4. bb. * i, T16. f4. cc. T17. f1. MM. *

132 fora-

Anus. *foramen* in quartum Ventriculum [a] *Anus* dicitur.

In parte ſuperiore hujus canalis ſuperiecta eſt *Glandula*, quæ [b] *Conarium* dicitur, atque huic Canali & *Conarium* quarto [c] ventriculo circumtenſa eſt membrana tenuis, ſoboles tenuis Meningis, ſupra quam excurrit *plexus* [d] *Choroides*, diffuſus per ventriculos anteriores.

In veſtibulo quarti ventriculi, appoſita eſt portio *Proceſſus vermiformis.* quædam Cerebri ſolidiuſcula, quæ caudam cancri fluviatilis decorticatam refert. *Scolicoidis, Vermiformis* [e] *proceſſus* dicitur : referat & claudit aditum in quartum ventriculum. Hic poſitus eſt in Cerebello, quod alias duas portiones poſticas ſpinalis medullæ intra ſe contineat, ut Cerebrum alias duas anteriores, quas nominavi *cum Galeno, Thalamos nervorum Opticorum.*

Ventriculus 4tus. In iſto Ventriculo [f] quarto, *fiſſura* [g] *quædam apparet, aptato calamo ſimilis*, quæ eſt diremptus ſpinalis medullæ.

Cerebello divulſo videbis, quomodo quartum Ventriculum ſuo ſinu complectatur, inter duas radices poſticas ſpinalis medullæ; atque cum ſit ſiccius Cerebro, originem [h] dare ſeptem vel octo paribus nervorum, excepto Optico.

Non eſt anfractuoſum ſuperne, ſed inferne, juxta formam externam ipſius Cerebri. Similiter infra diviſum eſt in duas [i] partes ſuperne continuum.

Si blande revellas ſurſum anteriorem partem Ce- *Pelvis.* rebri uſque ad baſim, notabis *nervos* [k] *Opticos*, & ner-

a, T 17. f 1. *ſupra* Q. f 2. F. * b, T 16. f 4. a. T 17. f 1. L. * c, f 2. NN. * d, T 16. f 3. FF. T 17. f 1. OO RR. * e, T 16. f 6. E. T 17. f 2. CC. * f, f 1. NN. f 2. DDGG. T 18. f 4. F. * g, T 17. f 2. H. T 18. f 4. E. * h, T 18. f 3. * i, T 18. f 4. AA. * k, T 17. f 1. S TV. T 18. f 1. B. f 3. BB. *

vos [a] *motorios*, deinde [b] *choanam* diſtillantem ſerum ſupra *glandulam* [c] *pituitariam*, quæ replet & occupat *Glandulæ pituitariæ* ſellam *equinam. In Choanna videbis quatuor Tubulos* deſtillantes ſerum in palatum & fauces : poſtea conſiderabis feriem aliorum nervorum, qui deſignantur iſtis *Tubuli.* duobus verſiculis.

Optica [d] *prima, Oculos* [e] *movet altera, tertia* [f] *guſtat*, *Nervorum paria.*

[g] *Quartaque, quinta* [h] *audit, ſexta* [i] *eſt vaga, ſeptima* [k] *linguæ.*

Deinde ſcrutaberis ſub dura meninge in baſi Ce- *Rete mirabile.* rebri circa circuitum ſellæ Sphenoidis, *Rete* [l] *admirabile arteriarum* ſimul implexarum, ex duplici carotide [m] formatum.

Notabis in baſi Cerebri ſerum vel ſanguinem effundi, in ſummis doloribus Capitis inflammatoriis, quæ dum exitum quærunt per cavitates Aurium, dolores acutiſſimos excitant, qui ad dementiam & morbum præcipitant. An in ista deſperatione liceret terebra perforare Occipitis alterutrum latus, ut detur exitus humori ſuperfluo, putri, & corrumpenti Cerebrum ?

Nervus [n] *auditorius* conſideratione dignus, qui in Auris cavitatem inſeritur, & per Canaliculum in Palatum delabitur, atque Laryngi interno diſtribuitur: Hinc ille conſenſus Aurium cum Dentibus, Laryngе, & Pulmonibus.

Obſerva an decuſſatim ſint interſecti, ut dexter ab origine ſua feratur in ſiniſtram partem, & ſiniſter in

a, T 18. f 1. CC. f 3. GG. * b, T 18. f 3. E. * c, T 18. f 3. D. * d, T 18. f 1. BB. f 3. BB. * e, f 1. CC. f 3. GG. * f, f 1. DD. f 3. HH. * g, f 1. E E. f 3. II. h, f 1. FF. f 3. KK. * i, f 1. GG. f 3. LL. T 3. f 8. *tota.* * k, f 3. MM. * l, f 3. PP. * m, f 3. CC. * n, T 18. f 1. FF. f 3. KK. *

dextram, quod non vidi.

An in exortu ſuo Nervi comites & adjunctas habeant Arterias? an ſint ex pluribus filamentis contexti? an differant alii Nervi ab Optico nervo?

Non ſunt ſicco pede prætereundæ quatuor quæſtiones notabiles: *An Cerebrum moveatur? An refrigeret Cor? An Ventriculi Cerebri continendis dumtaxat excrementis ſint dicati? An ibi circuletur ſanguis, & quomodo?*

An Cerebrum moveatur? Quantum ad primam quæſtionem, dico Cerebri ſubſtantiam non moveri ex ſe, per Diaſtolem & Syſtolem more arteriarum, ſed ſolam meningem craſſam quæ arteriis conſperſa eſt, à plexu arterioſo mirabili aſcendentibus ad canales ſuperiores ipſius craſſæ meningis: Canales etiam palpitare, Cerebrum tamen moveri per elevationem & depreſſionem ſubſtantiæ prout impellitur à ſpiritibus animalibus.

An refrigeret Cor? Cerebrum refrigerat Cor, quatenus per *Circulationem* remittit ſanguinem ad Cor refrigeratum in Cerebro.

Ventric: anteriorum uſus. Ventriculi anteriores & ſuperiores ſpirituum ſunt conceptacula: ſerum quidem ex tota maſſa Cerebri poteſt deſcendere in Ventriculos ſuperiores, ſed mox ruit in Ventriculos inferiores, ut per Os Ethmoides defluat in nares: ſi Os Ethmoides ſit obſtructum, per Choanam vel foraminula Choanæ accumbentia deſtillat in Palatum & fauces.

Sanguis an & quo modo circuletur in Cerebr. *Circulatio* ſanguinis fit in Cerebro lento gradu, ſanguis per arterias duræ meningis ex plexu retiformi aſcendit ad quatuor Canales, poſtea deſcendit per venas ad Cor ſuis ſpiritibus deſtitutus, quos abſorpſit Cerebrum ſicque refrigeratus ſanguis, Cor refrigerare perhibetur. De quibus ſingulis plenius agetur *in mea Anthropographia.*

Cerebrum cum ſit natura ſua frigidum & humidum

dum, ſolo ſanguine arterioſo puriore, & ſpirituoſiore nutritur, qui per Carotidas aſcendit & evolat: quamvis temperentur ſpiritus, nil quidquam de ſua ſubtilitate amittunt, quia non permiſcentur aeri. Ex plexu mirabili, ſanguis aſcendit per arterias, propagines iſtius plexus ad verticem, ubi ſunt collocati ſanguiductus Cerebri. Ab his deſtillat in partes inferiores Cerebri, & laterales, ſimulque per *Venam magnam illam Galeni*, quæ conſtituit plexum Choroidem, diſtribuitur infernis partibus. *Quo ſanguine nutriatur Cerebrum*

Ideoque in hæmorrhagiis narium, ſanguis ſemper puriſſimus effluit, cum tamen venarum impuriſſimus appareat, qui detrahitur per Venæſectionem bachiorum aut pedum. *Qualis ſanguis in hæmorrhagiâ effluat.*

Inde cognoſces ſolum arterioſum nutrire Cerebrum, & per Nares effluere: Nec ſine aliqua ratione *Fernelius* ſiſtendum eſſe judicavit, modo tamen moderate fluxerit ad libram, ad refrigerandum corpus, & febrem extinguendam. Propterea non tantum collo poſtico, refrigerantia & adſtringentia ſunt admovenda, ſed etiam antrorſum ſupra Carotidas arterias.

Notabis aerem naribus attractum, non ſubire, & ingredi ventriculos anteriores Cerebri, quia ſunt imperforati, ſed craſſæ meningi extrinſecus circumfuſus ambitum Cerebri refrigerat: Nec ſpiritibus permiſcetur, quia debent eſſe ſubtiliſſimi, alioqui permixtione aeris craſſiores evaderent, nec tam celeriter in univerſum corpus excurrerent per nervos. *Aër per nares attractus quo vadat?* *An permiſceatur ſpiritibus?*

Idem cenſeo de aere, qui pulmonibus excipitur, nec permiſcetur ſpiritui vitali, ſed dumtaxat refrigerat pulmones.

Ut autem Cerebrum eo modo demonſtretur,

134 quem

quem *Varolius*, *libello particulari* describit: Recentis Cadaveris Cranium prope oculos, & juxta cavum Occipitis circulariter rescindes, & forcipe exisoria evelles portionem superiorem orbitæ, ut oculos suis nervis appensos detrahere queas.

Cerebrum dissecandi ratio, partium q; inventarum historia.

Deinde dura [a] Meninge undique ab Osse revulsa, ope Spatulæ relinquetur ad basim Cranij, ubi tenaciter Ossibus inhæret. Postea Cerebrum & portionem spinalis [b] medullæ, quantum educere poteris, simul eximes, & inversum Cerebrum ambabus manibus comprehensum aliquis sustinebit, dum resecabitur.

Sed prius intra duram meningem, investigabis *sinus* illos [c] quatuor, *Torcularis* [d] locum, *Venam magnam à Galeno descriptam*, quæ plexum [e] Choroidem constituit, divisionem Cerebri, quæ falcem [f] refert. Postea redeundo ab basim Cerebri, observabis tenuem meningem facilius separari, & revelli in parte inferiore, quam in superiore; quia Cerebrum in sua basi non est æque anfractuosum ac supra Itaque prius detracta crassa meninge, *Rete illud* [g] *mirabile* arteriosum ex arteriis [h] Carotidibus & aliis duabus per foramina vertebrarum Cervicis [i] ascendentibus conflatum occurret, sed disruptum, quoniam aliter fieri non potest: Carotis autem quælibet bifida cranium subit & ingreditur, ad contexendum *Rete mirabile*, & reptando sursum per anfractus Cerebri disseminatur quoquoversum, usque ad sinum illum longitudinalem duræ meningis.

Carotis intra foramen ad basim Cranij, quod est sinuosum, obliquata, ac veluti gibbosa traducitur, & in-

a, T16. f1. AA. f2. DD. &c. T17. f1. AA * b, T17. f2. II. * c. T16. f5. abce. * d, f5. F. * e, f5. ff. * f, f2. AA. f5. EE. * g, T18. f3. PPPP. * h, f3. CC. * i, f3. OO. *

& intra cavitatem suam *Ossicula* quædam continet exigua, instar eorum, quæ *Sesamoidea* dicuntur.

Nec solum in his arteriis Natura hæc Ossicula collocavit, verumetiam aliis arteriis inseruit, ubi opus erat, ut apertæ manerent.

Deinde observabis *processus* [a] *Mammillares*, non tam longe excurrere, quam descripsit *Varolius*.

Postea videbis *coalitum* [b] nervorum [c] Opticorum juxta Choanam. Ideo masticatoria in eorum affectibus prodesse possunt, & Venas plexus [d] Choroidis ad basim [e] Cerebri descendentes tenuissimis glandulis intertextas esse.

Ibi plexus Choroides evidentius spectatur, quam supra ventriculos anteriores.

Postea contemplare quatuor eminentias *tuberosas*, Duas [f] Anticas, in media parte cerebri sitas. Alias duas [g] posticas, quæ constituunt Cerebellum. Istæ eminentiæ quatuor spinalis medullæ radices candidas & duras excipiunt, quarum duæ anteriores longiores & duriores, intra majores Cerebri eminentias traducuntur. Aliæ duæ breviores intra cerebellum inferuntur, quas condensata medullæ cerebelli portio transversim posita, pollicem lata, instar fasciæ conglutinat, & *à Varolio* [h] *Ponticulus* nominatur: vel potius est Pavimentum Canalis, à tertio in quartum Ventriculum.

Canalis autem ille jacet supra istas radices anteriores spinalis medullæ, & secundum earum longitudinem porrigitur. Inter coalitum nervorum Opticorum, & radices anticas spinalis Medullæ, *Foramen quadratum* apparet, quod accipitur pro [i] Choana ad

a, T18. f3. aa. * b, T17. f1. T. * c, f1. SS VV. * d, f1. OO RR. * e, f1. PP. * f, T16. f4. cc. * g. f4. bb. * h, T18. f4. juxta CCC. * i, f3. E. *

135 ex-

exoneranda excrementa ventriculorum Cerebri.

Ubi hæc omnia inſpexeris, tranſibis ad [a] *Cerebellum*, cujus *proceſſum* [b] *Vermiformem* duabus eminentiis tuberoſis cerebelli interjectum, detracta Choroide membrana, ſeparabis à ſpinali medulla, ut quarti [c] ventriculi Cameram, ac ſpirituum animalium Ciſternam poſſis intueri.

Poſtea reſcindes medium [d] ponticulum, ſeu vinculum radicum ſpinalis [e] medullæ, ut compareant Ventriculi [f] anteriores ac ſuperiores Cerebri, quos videbis diſcretos ſepto [g] digiti longitudine, ab uno extremo verſus frontem, uſque ad cerebellum protenſo: fornici [h] Ventriculorum adhæret, ſed parte inferiore laxum eſt, & omni nexu ſolutum, ut liber ſit commeatus ſpirituum.

Sed notabis diligenter ejus ſepti extrema bifurcata eſſe: poſtica bifurcatio longior eſt antica, illaque adhæret ligamento tranſverſo, quod connectit duas tuberoſitates Cerebri, & ſic exporrectum inſtar trabis fulcit fornicem Ventriculorum, bifurcatio antica, funiculo tranſverſali, qui nervum Opticum craſſitie & colore æmulatur, adhæreſcit.

Septo iſto [i] quod *lucidum* dicitur revulſo, Ventriculorum concameratum, quod *Corpus* [k] *Pſalloides* & καμάρειον dicitur, manifeſte conſpicies, atque Ventriculorum anteriorum unicam & eandem eſſe continuitatem.

Interea notabis Ventriculos inferiores ad baſim Cerebri collocatos ampliores, aut ſaltem æquales

a, *T* 16. *f* 6. DD. *T* 17. *f* 2. AA. *T* 18. *f* 4. AA.* b, *T* 16. *f* 6. E. *T* 17. *f* 2. CC. * c, *T* 17. *f* 2. DD. *&c.* *T* 18. *f* 4. F.* d, *T* 18. *f* 4. *juxta* CCC. * e, *T* 18. *f* 4. DD. * f, *T* 16. *f* 3. DD EE. *f* 4. CC DD. *&c.* * g, *T* 16. *f* 3. G.* h, *T* 16. *f* 3. *bb. f* 4. B. *T* 17. *f* 1. FGG.* i, *T* 16. *f* 3. G.* k, *T* 16. *f* 3. *bb. f* 4. B. *T* 17. *f* 1. GGF. *

eſſe

eſſe ſuperioribus, atque ſuperiorum & inferiorum eandem eſſe continuitatem: vel potius duos duntaxat eſſe Cerebri Ventriculos, qui totum Cerebrum contineant. Nam quartus [a] Ventriculus intra cerebellum latitat, & manifeſte conſpicitur totus.

Demum obſervabis omnes [b] nervos, etiam Opticos, ab illis radicibus ſpinalis medullæ enaſci: Ac proinde omnes corporis nervi, à ſpinali medulla prodeunt, intra, vel extra Cerebrum.

Nam ſi prominentiæ illæ, *quæ Thalami nervorum Opticorum* dicuntur *à Galeno*, ſint ptoductiones radicum ſpinalis medullæ intra Cerebrum: jure poſſumus aſſeverare nervos etiam Opticos à ſpinali medulla prodire.

Poſtremo videbis motorios oculorum nervos eſſe continuos, & unum veluti funem conſtituere: Opticos vero nervos circa *Thalamos* nervorum Opticorum revolutos aſcendere ad Ventriculos anteriores.

Videbis etiam *Teſtes* [c] eſſe portiones radicum ſpinalis medullæ, à Cerebro enaſcentes: *Nates* [d] vero earum radicum, quæ à cerebello derivantur.

Atque hanc noſtram deſcriptionem de partibus quæ in Cerebro inverſo ſpectantur, incipiendo à baſi, ſi *cum Varolio* comparaveris, ampliorem & diverſam invenies. Et qui eundem laborem ſubire voluerit ubi me ſemel, atque iterum hæc demonſtrantem viderit, iſtarum rerum veritatem agnoſcet, & admirabitur.

Ut autem in Cerebro morbi & ſymptomata ſedibus ſuis quantum fieri poteſt diſtinguantur, tota Cerebri moles dividi debet in tres partes. *Cerebrum* [e]

a, *T* 17. *f* 2. DD. *T* 18. *f* 4. F. * b, *T* 18. *f* 13. *&c.* * c, *T* 16. *f* 4. *cc.* * d, *T* 16. *f* 4. *bb.* * e, *T* 16. *f* 6. AA. *&c.* *

136 pro-

proprie dictum, [a] *Cerebellum*, & *Spinalem* [b] *Medullam.*

Partes regionis supremæ. Quatenus vero Cerebrum dissectioni subiicitur, in tres Regiones, Sublimem, Mediam & infimam divido. In sublimi, [c] Anfractus, [d] Falcem, [e] Corpus callosum observabis.

Mediæ. In Media quæ est infra [f] fornicem, notabis fornicis concameratum, quod est tectum Ventriculis superimpositum, septum [g] tribus columnis suffultum. Tres [h] Ventriculos cum eminentiis [i] quibusdam, quæ Canalem efformant ad quartum ventriculum

Deinde plexum [k] Choroidem, [l] Conarium, atque [m] Cerebellum, & in eo reconditum, quartum [n] ventriculum.

Infimæ. In Regione infima notabis [o] Choanam, [p] Glandulam, Mammillares [q] Processus, septem nervorum [r] paria, Rete [s] mirabile, & Radices [t] spinalis medullæ.

Quoniam vero *Casp. Hofmannus* stupidos & insipientes vocat, *in libro contra Montanum*, *& in suis Institutionibus*, qui putant, *Ventriculos Cerebri esse officinas spirituum*: Hoc impossibile tam confidenter & arroganter asseverat, ut aliter sentire grande nefas sit, vel delirium.

Ejus rationes quas putat invictas, quia nemo fuit

a, *T* 16. *f*6. DD. *&c*: *T* 17. *f*2. AA. *&c*. * b, *f*2. II. *T* 18. *f*4. DD. * c, *T* 16. *f*1. *bb*. * d, *f*2. AA. *f*5. EE. * e, *f*2. BB. *f*3. BB. * f, *f*3. *bb*. *f*4. B. *T* 17. *f*1. F GG. * g, *T* 16. *f*3. G. * h, *f*3. DE. *f*4 CD. *&c*. *f*4. E. * i, *f*4. *bb cc*. *&c*. * k, *f*5 *&*6. *ff*. *T* 17. *f*1. OO RR. * l, *T* 16. *f*4. *a*. *T* 17. *f*1. L. * m, *T* 16. *f*6. DD. *T* 17. *f*2. AA. *&c* * n, *f*2. DD. GG. *T* 18. *f*4. F. * o, *T* 18. *f*3. E. * p, *T* 18. *f*3. D. *&c*. * q, *f*3. *aa*. * r, *f*3. BGHIKLM. *f*1. BCDEFG. * s, *f*3. PPPP. * t, *f*4. DD. *&c*. *

adhuc

adhuc ausus his contradicere, paucis examinaabo, si prius contrarium demonstravero.

Locus generationis spiritus animalis secundum Auth. Spiritus animalis conflatur ex vitali, hic continuo deducitur magna quantitate per arterias carotidas ad basim Cerebri, ubi rami invicem coëuntes & intertexti, *Rete mirabile arteriosum* constituunt, à quo innumeri surculi derivantur in crassam meningem, ut ascendat sanguis quoquoversum ad illos sanguiductus, sive canales ipsius duræ meningis, quam palpitare solam credo, & vidi in fracturis cranii, rupta ista meninge, Cerebrum immobile.

Cum igitur ventriculi anteriores in basi Cerebri sint adaperti, & amplitudine sua æquales cavitatibus supernis eorundem Ventriculorum, atque *Reti mirabili* sint proximi, ab eo spiritus hauriunt Ventriculi, vel exhalantes abillo plexu spiritus, cujus arteriæ sunt tenerrimæ, deducuntur intra Ventriculos anteriores, moxque per tertium Ventriculum, qui canalis vicem gerit, diriguntur continuo ductu in quartum Ventriculum, cisternam spirituum, ut in subjectos nervos, & in cavitatem spinalis medullæ distribuantur.

At Nervorum septem conjugationes propagantur ab illis eminentiis quatuor, quarum duæ majores formant, clauduntque latera Ventriculorum anteriorum: Aliæ duæ constituunt latera quarti Ventriculi, cujus tectum parteque anticas & posticas efformat duplex Scolicoidis apophysis.

Eminentiæ istæ quatuor sunt spongiosæ, excipiuntque spiritus, qui continuo tramite excurrunt in subjectos nervos, & spinalem medullam, per quartum Ventriculum.

Atque nemo negare potest nervos Cerebri, esse propagines istarum quatuor eminentiarum: sicque interpretanda est hæc propositio. *Omnes Nervos corpo-*

ris & Cerebri enaſci à ſpinali medulla, intra vel extra Cerebrum.

Non diffiteor etiam ſpiritus diffundi per totam ſubſtantiam Cerebri, nec ambitu Ventriculorum coerceri: ſed ipſos Ventriculos affirmo veras eſſe officinas ſpiritus animalis, qui diſtribuitur ſeptem conjugationibus nervorum, atque ſpinali medullæ.

Hoc abſurdum & impoſſibile ſic demonſtrat *Hofmannus. Ibi ſit ſpiritus, ubi ſit actio.*

Argumenta contraria Hofmanni convelluntur.

1. Reſp. Variæ actiones fiunt à partibus, in quibus non generantur ſpiritus: Atque nego in corpore Cerebri omnes actiones fieri. Deinde non eſt opus alia elaboratione, quam tranſitu per Cerebrum: Ut enim ſanguis venoſus tranſeundo per Ventriculos cordis momento redditur Vitalis, ita ſpiritus animales excurrentes per medium Cerebrum uſque ad quartum Ventriculum, animalitatem acquirunt.

Nam ſi neceſſe foret in ſubſtantia Cerebri elaborari ſpiritum animalem, de ſua ſubtilitate multum amitteret, quia Cerebrum frigidum humidum.

2. *Spiritus ſi agere debet, oportet ut ſit ſub imperio animæ in vaſis, poſtquam enim in æquor illud Ventriculorum ingreſſus eſt, quid cogit illum, iterum in anguſtias illas nervorum?*

Reſp. Si diffunditur ſpiritus in totam molem, vere mollem ac ceream, quomodo poteſt redire in nervos cum nulla vaſa ſint excurrentia per ſubſtantiam Cerebri? Stigmata illa cruenta, quibus conſperſa eſt, ſunt puncta ſanguinis ſuperne deorſum ſtillantis ex arteriolis intercurrentibus anfractuoſam Cerebri ſubſtantiam, magna Naturæ providentia, cum non poſſit ſanguis penetrare & tranſire per mediam Cerebri ſubſtantiam, divexit illum per canaliculos duræ meningis uſque ad ſangui ductus, inde prolabitur in

in partes inferiores, & per torcular, ſive Venam illam magnam, quæ conſtituit plexum choroidem, defluit in Ventriculos.

Probabilius eſſet in plexu choroide, qui diffunditur per omnes cavitates Cerebri uſque ad baſim, aſſignare ſedem & officinam ſpirituum. Sed, *Hofmanne*, demonſtra mihi viam, per quam ſpiritus animales ex vitalibus producti, diffundantur in Cerebri ſubſtantiam, unde reſluant in nervos.

3. *Ventriculi interius cinguntur pia matre, quæ negat ingreſſum & regreſſum.*

Reſp. Si Ventriculi habent pro velamine tenuem meningem, eo ſecurior eſt traductio in Ventriculos anteriores, ſine ulla jactura. Jam demonſtravi ingreſſum in baſi Cerebri, Viam in quartum Ventriculum; non eſt opus regreſſu, ſanguis enim arterioſus, qui ſurſum aſcendit per craſſam meningem, deſtillans in Cerebrum, quoquoverſum ſimul ſuppeditat ſpiritus toti Cerebro, neque ſanguis poteſt penetrare ſine ſpiritibus.

Argumentum *Hofmanni* fortius & Achilleum tale eſt. *Ventriculi duo ſuperiores cum pateant in Tertium; & hic in choanam, & hæc in palatum, quis ſpondebit ſpiritus hac non exituros?*

Reſp. Periculum iſtud facile vitabit continuo fluxu & pulſu ſpirituum ad ciſternam, atque iſtud foramen eſt adeo exiguum, & profundum uſque ad Os Sphœnoides, ut digiti longitudinem æquare poſſit.

Tu qui credis ſanguinem à dextro Cordis ſinu traduci per Pulmones, vt rédeat in ſiniſtrum, non metuis expirando, ſpirituum jacturam;

5 *Ventriculi non ſunt cum nervis continui, ſed cum corpore.*

Reſp. Si procedant nervi ab eminentiis illis, quæ

138

sunt radices spinalis medullæ, intra Cerebrum & Cerebellum, & illæ sint principales portiones Cerebri, nonne oriuntur nervi ab ipso Cerebro; Tu vero multoties scripsisti nervos intra Cerebrum oriri à radicibus spinalis medullæ.

6 Ventriculi jam habent aliud officium quod cum illo spirituum stare non potest.

Resp. Istud officium tibi pernego, Choana enim potest serosa excrementa, si quæ sint in Ventriculis, expurgare, sed major portio defluens per anfractus exteriores Cerebri usque ad basim, partim in Os Ethmoides delabitur, partim ad basim Cerebri descendit, si non per Choanam, saltem per foramina vicina expurgatur in palatum.

Sed quia *Hofmannum deficit spiritus in hac quæstione tractanda, risum teneatis amici* (utar ejus Verbis) & relinquamus ipsum sua φιλαυτίᾳ frui, *cum magno agmine gregis balantis* (sic loquitur) qui sequitur absurdam ejus opinionem, modo sit *Dux gregis ipse Caper.* Nec amplius canat triumphum ante victoriam, nec adeo securus sit ac intrepidus, *ut ne quidem Herculem timeat.*

Hofmanni dogma Praxin perturbare demonstratur.

Novum istud dogma *Hofmanni* totam Cerebri Pathologiam perturbat: atque ut id ostendam, duos tantum morbos seligam qui sedem habent in Ventriculis, nempe *Epilepsiam & Apoplexiam.*

Hanc constituit in tota Cerebri substantia, non in Ventriculis: Illam à solis vaporibus ad Cerebrum ascendentibus, & diffusis per totam Cerebri substantiam excitari voluit: nullam Epilepsiam admittit *per essentiam*, sic loquitur, id est per idiopathiam, sed tantum fieri per sympathiam.

Apoplexiæ sedem assignat in tota Cerebri substantia obstructa, & à solo sanguine effuso formari asse-

asseverat, atque causam agnoscit, obstructionem Torcularis à Nymmano introductam. Sed si obstruitur Torcular, quod est quartus canalis deferens sanguinem in *plexum Choroidem*: intercipitur commeatus sanguinis & spirituum: At ex *Hofmanno*, in Apoplexia solus sanguis effusus reperitur intra Ventriculos, ergo non fuit obstructum Torcular.

Certum est ac indubitatum, multis experientiis confirmatum, in Apoplexia obstrui Ventriculos Cerebri, sive in Choana, sed potissimum quarti Ventriculi foramen, quod apophysi scolicoide clauditur à pituita crassa & viscida ibi hærente; quæ si non discutiatur, & removeatur, vacuata per Choanam, lethum infert.

Si serosa fuerit illa materia transiens in spinalem medullam, paralysim inducit loco apoplexiæ: sicque morbus magnus minore curatur translatione materiæ. Si vero sanguis effusus fuerit in Ventriculos, subito moriendum.

Quod si à solo sanguine, *ut vult Hofmannus* produceretur Apoplexia, quo modo sanguis effusus intra Ventriculos posset transire in nervos sine putrefactione, atque cavitates nervorum subire?

In his duobus morbus suam ignorantiam prodidit, quamvis nullam in Epilepsia talem difficultatem observarit, qualem agnovit *Crato*, cujus votum fuit. *Vtinam ante obitum meum videam, essentiam hujus morbi, una cum curatione recte explicatam.*

Consideratio Medica.

Morbi Cerebri principaliores.

CErebrum multiplici morborum genere tentatur, *Intemperie* calida, frigida, humida, cum humoribus, variis, pituitosis, biliosis, atrabiliariis, & sacguine, atque sero; Quæ vel afficiunt Membranas

Intemperies.

189

Cerebri, potissimum crassam meningem: vel diffunduntur in canales, ibique cespitantes dolores acutissimos inferunt: vel in anfractus exteriores Cerebri delabuntur, sensimque destillant in substantiam Cerebri vel in Ventriculos: vel Occiput sive Cerebellum: vel ad partes infimas Cerebri descendunt.

Si humor ascendat per carotidas arterias ad Cerebrum, morbos eosdem producere potest; omnes autem qui fiunt per consensum sive sympathiam sine materia, sed per evaporationem solam non sunt adeo periculosi, ac si generarentur intra Cerebrum, & morbifica materia in istis locis contineretur.

Cerebrum præter similarem morbum in intemperie & laxitate, *patitur* morbos *in conformatione* dum in lunaribus mutationibus augetur vel minuitur ejus moles; *in meatu*, dum canales duræ meningis obstruuntur, Ac potissimum *quartus* qui *Torcular* vulgo dicitur, quo obstructo Apoplexiam induci volunt, intercepto commeatu spirituum, quod non credo cum spiritus à rete mirabili arterioso diffundantur in Ventriculos inferiores, atque obturata ista Cavitate, dumtaxat *plexus Choroides* suo sanguine defraudatus læditur.

Obstructio Sinuum.

Ventriculi etiam obstruuntur, & *quartus* potissimum, quo obturato derepente moriendum, propter interceptum continuum influxum spirituum in partes inferiores, & spinalem medullam.

Ventriculorum.

Choana potest etiam obstrui, quod intercipit effluvium serosi ac pituitosi humoris, unde refluus in Cerebrum vel Epilepsiam vel Apoplexiam, varioque affectus lethales inducere potest.

Infundibuli.

Si ventriculi anteriores sint perforati in nares, ipsorum foraminum obstructio valde noxia erit Cerebro.

Pra-

Pravæ conformationis vitium corrigi exacte non potest: roborato & exsiccato Cerebro utrumque emendatur.

Inflammatur Cerebrum non tantum in meningibus verumetiam aliquando in propria substantia, unde Phrenitis & Siriasis, Paraphrenitis nulla est; Siriasis cavitatem Oculorum adfert & dolorem acerbissimum Capitis. *Siriasis.*

Dicitur à Sirio astro, quo potissimum tempore in pueros & adultos grassatur, ideoque potius ab externa causa, ut insolatu accidere solet, sicuti Phrenitis ab interna causa, sive sit primaria, sive secundaria, per consensum aliarum partium in ardente febre. *Phrenitis.*

Cerebrum etiam *tumorem* concipere potest ex commotione ab externa causa violenta, & dicitur ἔκπληξις ab ictu, capitis stupor malum, *ex Hippocrate*. Tandem isti affectus *sphacelismum* cerebro afferunt, putrefactionem, atque corruptelam. *Tumores.*

Præterea, tumorem aquosum patitur, vel in ambitu, vel intra Ventriculos. Si in ambitu, *Hydrocephalos* fuerit, tandem serum delabens sensim intra Ventriculos, accersit comatosum affectum, inde Apoplexiam. *&c.*

Atque istos esse puto morbos Cerebri; quamvis *Fernelius* scripserit, Capitis affectus quoscunque usus notavit, symptomata esse non morbos.

Sed ille eleganter more suo, *symptomata* Cerebri in *tres ordines* ex affecta parte *distinguit*: Alia *Capitis membranas*: Alia *Cerebri substantiam*: Alia *meatus atque ductus* obsident. Sympto-mata Cerebri sunt

In Pericranio & Meningibus Dolores fiunt. *In Cerebri substantia*, quæ Principum facultatum sedes est, continentur & insident depravatæ phantasiæ & ratiocinationis symptomata, ejusmodi sunt, Delirium, Melancholia, *Vel Capitis membranarum.*

cholia, Ecstasis, Lycanthropia, Mania; quinetiam abolitæ memoriæ symptomata, qualia sunt, Oblivio, Stultitia, Fatuitas, Stupiditas mētis. Quæ *in ductibus & cavitatibus* consistunt symptomata, sunt sensus motusque plurima: in somno, & vigilia, ut Sopor sive Coma, Carus sive Cataphora. Symptomata Motus sunt Noctisurgium sive Noctābulatio, Catalepsis sive Catoche, Incubus, Convulsio, Epilepsia, Inquietudo, Horror, Rigor, Tremor, Paralysis, Paresis, Apoplexia.

Vel Cavitatum & meatuum

Symptomata in excretorum ametria, pertinent ad ductus & cavitates, ut Catarrhus, Rheumatismus, Fluxus sanguinis. Cuncta hæc symptomata singulatim exponam.

Membranarum Symp: est.

Dolor Capitis, vel occupat Pericranium, vel Meninges. Si Pericranium, dolor est externus, si Meninges internus. Uterque ad Oculos pertingit; quia Membranæ internæ Corneam & Uveam producunt, ut Pericranium Conjunctivam.

Dolor.

Doloris species affectus speciem indicat. Dolor acutus & mordax intemperiem Capitis biliosam: Gravans pituitosam: Pulsatorius inflammatoriam dispositionem: Punctorius erosionem ab acri humore, vel à verme, quod est rarum. Tensivus humoris, aut flatulenti spiritus copiam ostendit, qui membranas distendit.

Dolor autem, vel est totius Capitis, vel dimidiati, vel unius particulæ. Si totum Caput infestat *Cephalalgia* dicitur: si dimidiatum Caput, *Hemicrania*: quia Cerebrum in duas partes divisum est: si unicam particulam quasi clavum defixum referens, *Clavus & Ovum Arabibus* dicitur: si inveteratus sit dolor Capitis, *Cephalea* nominatur, quæ ut hemicrania, est periodica, Cephalalgia vero continua.

Cæ-

Cæterum, continuus Capitis dolor cum febre continua, & malignis signis, valde pernicioſus est: *apud Hipp. lib. 2. Prognost.*

Dolores Capitis sunt *Primarij ac proprij*, alij *Secundarij* per sympathiam: tales non sunt adeo periculosi, atque primarij.

Subſtantiæ Cerebri Symptom: ſunt.

Principes actiones Cerebri, Imaginatio, Ratiocinatio, & Memoria, minuuntur, depravantur, & abolentur. *Depravatio phantasiæ & ratiocinationis* est Delirium, *Imminutio*, Stultitia, sive fatuitas.

Memoriæ læsio triplex est, sed ejus abolitio tantum nomen invenit, & *Oblivio* vocatur.

Stultitia.

Stultitiæ causa est quælibet intemperies Cerebri magna, quæ suis causis, tanquam signis dignoscitur, vel Capitis mala conformatio, quæ facile deprehenditur.

Delirium.

Delirium versatur in cogitationibus absurdis, dictis, aut factis. Dicta delirantium sunt à veritate, vel ratione, vel à proposito aliena; facta, vel sunt insueta, vel indecora: cogitationes sunt absurdæ, ridiculæ & chimericæ.

Melancholia.

Delirij modus distingui debet, ad dignotionem differentiarum melancholiæ, nam delirium cum depravata phantasia, *Melancholia* dicitur, quæ consistit in falsa de rebus præsentibus, præteritis, & futuris opinione: quæ cum sit multiplex, definitur inani metu, vel anxietate, & mœrore.

Rursus melancholia, vel est *primaria*, vel *secundaria*. Primaria in Cerebro ortum habet; Secundaria enascitur ab hypochondriis, unde *Hypochondriaca* dicitur, quæ est humoralis, vel flatulenta.

Primaria pejor est secundaria: illa tandem accersit phrenitim, maniam & rabiem.

Ecstasis.

Ecstasis melancholica, est excessus melancholiæ,

qui triplex est: Ecstasis simpliciter dicta; Altera cum silentio; Tertia phrenitica: fiunt ab atra bile per varios gradus adustionis.

Desipientia cum risu tutior, quam seria & cum ferocia. Desipientia sine febre, eo melior quo minor est caliditas hypochondriorum, vel Cerebri.

Coma. Sensus quies & colligatio, *somnus* est naturalis. Somni solutio, vel impedimentum, *Vigilia*; Utrumque si modum excesserit malum. Somnus si profundus fuerit, *Coma* sive *Carus* dicitur. Si symptoma istud fuerit mixtum ex somno & vigilia ut videatur æger inclinare in somnum, conniventibus oculis, nec possit dormire; *Coma Vigilans* vocatur; At si Comatosus, quoties excitatur à somno toties deliret, *Typhomania* nuncupatur.

Incubus. Quod si quis rigidus jaceat apertis oculis, & ad se rediens meminerit eorum quæ circa ipsum acta sunt, est *Incubus*, qui solet de nocte contingere iis, qui supini dormiunt, vel largius epulati, somno vinoque sepulti, quasi ab incubante Dæmone, vel insiliente latrone suffocarentur.

Catalepsis Motus & sensus omnis abolitio, præterquam respirationis, est *Catalepsis* sive *Catoche*: quo quisque in statu deprehenditur hæret in illo. *Congelatio* ab Interpretibus Arabum appellatur, quia rigidus, & quasi mortuus apparet. Nascitur à frigida intemperie Cerebri cum pituita.

Carus. *Carus* sopor est, qui supervenit febribus & vulneribus temporalium musculorum, sive ab intemperie calida humida, sive evaporatione multa cum sero, madefaciente Cerebri substantiam.

Lethargus *Lethargus* est imminutio sensus & motus, sed etiam memoriæ rerum necessariarum. Oritur ab intemperie primaria Cerebri calida humida cum humore

more putri, qui febrem accersit, fovetque diu: Adest etiam delirium. De isto morbo extat sententia *Hippocratis*, *in Coacis* pag. 75. Quæ symptomata omnia hujus affectus explicat. *Existentia Lethargi & Comatis est in exolutione, ut Catalepseos in tensione.* Lethargico affectu soporosi tandem fiunt apoplectici.

Apoplexia sæpe primario invadit de repente, interdum alteri succedit morbo comatoso: est abolitio sensus & motus cum respiratione oblæsa, quæ tandem stertorem & suffocationem adfert, ex pituita crassa delabente ex Choana, & obstruente laryngem. *Apoplexia*

Oritur à repletione Ventriculorum Cerebri, sive ab humore pituitoso, vel seroso, vel à sanguine, ruptâ aliquâ Retis mirabilis arteriolâ in basi Cerebri, vel sanguis superne elatus in Corpore plethorico per quartum canalem, ruit in Ventriculos: unde *ictus sanguinis* dicitur *à Sexto Aurelio Victore, in Epitome de Cæsaribus.*

Si fuerit simplex serum, robore naturæ ex Ventriculis anterioribus dilabitur in quartum Ventriculum, inde in spinalem medullam, producitque paralysim.

Si fuerit humor pituitosus cespitans in quarto Ventriculo, vel in tertio, non potest discuti, & obruitur Cerebrum.

Si sanguis fuerit effusus celerrime suffocat.

In Caro aliove soporoso affectu anteriores Ventriculi Cerebri dumtaxat sero imbuti opprimuntur, ut libertas adhuc pateat excursui spirituum in omne Corpus.

Sed in Apoplexia, omnes Ventriculi, præsertim quartus sunt obstructi, & nisi materia excutiatur in spinalem medullam, mors est inevitabilis.

Fernelius ex obstructione *Retis admirabilis*, Apople-

xiam

xiam oriri ſtatuit, dum affluxus ſanguinis arterioſi è Corde ad Cerebrum intercipitur; Proinde *Carotides* dictæ, quod obſtructæ Carum inducant.

Curatio. Apoplexiæ Cari &c. In Apoplexia & ſoporoſis affectibus, præter generalia remedia, Venæſectionem liberalem bis terve repetitam è brachio & pede, purgationem fortem & hydragogam, cucurbitulas cum profundo ſcarificatu humeris, & juxta inium admotas: Non ſunt negligenda topica remedia, è propinquo trahentia & evacuantia: cujuſmodi ſunt Ranularum Venarum & Jugularis externæ ſectio, etiam Arteriæ temporalis. Magna veſicatoria ſummis humeris ſupra Cephalicam applicata, acria ſternutatoria, ſeto in collo cum frequenti traductione funiculi inuncti oleo Vitrioli, ut magis vellicet: Reſeratio Venarum Naſi more veterum, cum penna aſperiore dentata, uſque ad tabulam cribroſam introducta: Injectio acris in nares per ſyringam, & intra lacunas Oſſi Vomeris interjectas.

Extractio humoris pituitoſi viſcidi in faucibus hærentis, & obſtruentis Laryngem penitius in fauces inditâ pennâ: atque ad eum effectum valet vomitorium vehemens, ut excutiatur, ſi quid influxit in tracheam arteriam: Neque omittentur frictiones duriſſimæ etiam cum ſale, & commotio corporis inceſſum ſi fieri poſſit.

Quæ omnia in Apoplexia cum feſtinatione & temeritate quadam rapienda ſunt, quia *periculum eſt in mora*. In ſoporoſis affectibus, quæ lente fiunt & procedunt à delabente materia è partibus ſupernis, tardius adminiſtrantur, ſine præcipitatione.

Notabis etiam magnam partem humorum acervari in anfractibus, extimæ ex ſuperna cerebri ſubſtantia, quæ ibi putreſcunt, vel delabuntur in ventriculos Cerebri: Nec tamen iſti anfractus conſiderantur.

Para-

Paralyſis eſt abolitio ſenſus & motus non in toto corpore, ut in Apoplexia, ſed tantum in maxima parte corporis, vel dimidia, quæ *Hemiplegia* dicitur, vel in una parte quæ *Paraplegia* vocatur. *Paralyſis.*

Notat interdum *Fernelius*, ſenſum perire perſtante motu: interdum motum ſuperſtite ſenſu, propter diſcrimen nervorum Cerebri & ſpinalis medullæ. In Paralyſi obſtruuntur nervi ſpinalis medullæ, non Cerebri: Ideoque multæ partes manent integræ, & potiſſimum internæ.

Interdum ſine obſtructione nervorum accidit Paralyſis, ex mollitie nervorum, ſiquidem mollificatio & humectatio nervorum Pareſim adferunt.

In Paralyſi imperfecta, quando motus & ſenſus torpet, *Stupor* dicitur, ſive *Nothrotis* quæ proficiſcitur ab humida intemperie Cerebri. Stupor in febribus prænuncius eſt ſoporoſi affectus. Quando ſolus accidit ſine febre, prænunciat Paralyſim, aut Apoplexiam. *Stupor.*

Vertigo eſt ſenſus & motus depravatio, quæ omnia in gyrum verti repræſentat, ab humore flatulento procedit, qui intra Ventriculos anteriores iſtum tumultum excitat agitatus. Si tenebras offundit oculis, *Tenebricoſa* dicitur, vel *Scotodinos*. Ortum habet in Cerebro, vel à vaporibus ſurſum elatis. Primaria, peſſima eſt, ac prænuncia Epilepſiæ. *Vertigo.*

Convulſio eſt violenta retractio muſculorum verſus ſuum principium. *Convulſio*

Triplex conſtituitur, *Emproſthotonos*, quæ fit antrorſum: *Opiſthotonos* retrorſum: & *Tetanos*, dum utrumque latus rigidum manet ex æquali tenſione muſculorum. *Convulſionis cauſa*, vel eſt obſtructio nervorum, vel punctio ab acri humore, vel intemperies ſicca, quæ deſiccat nervos, ut ignis chordas, hæc incurabilis; uno verbo dicitur Convulſio ab inanitione

vel

vel repletione fieri.

Epilepsia. *Epilepsia* est periodica Convulsio totius corporis; cum mentis & sensuum læsione, quæ fit obstructis anterioribus Cerebri Ventriculis, ab humore acri, multo, bilioso, vel pituitoso. Est indigena ipsi Cerebro; vel advena. Si indigena periculosior, si advena, vitio alicujus visceris, præsertim lienis, vel alterius partis venenatæ.

Ejus adventus prævideri & præcaveri potest, ut primaria momento corripit, secundaria paulatim.

Fernelius præter humorem, id est, causam communem, agnoscit veneniatam aliquam auram, & graviter infensam ipsi Cerebro qualitatem, quæ Epilepsiam producit, ideoque specificis præter vulgaria remedia ex ejus opinione curari debet.

Tremor. *Tremor* est depravatio motus ex impotentia: sive imbecillitate motricis facultatis: & moti corporis gravitate. Ita ut quantum facultas nititur elevare partem, tantumdem deprimit gravitas partis non satis illustratæ spiritibus: *Ideoque* ortum habet ab obstructione nervorum, vel mollificatione, vel alia externa causa, ut usu & litu hydrargyri. Tremoris & Convulsionis mistio quædam est, *lectigatio*, sive *Spasmotromos.*

Horror. *Horror* & *Rigor* sunt motus corporis, qui accidunt in febribus, suntque prodromi & internuntii paroxysmi febrilis, vel exacerbationis majoris. Accidunt etiam in suppuratis, ubi vomicæ ruptioni proxima est; *Rigor.* propterea apud *Hippocratem*, triplex Rigor observatur: Unus *febrilis*, Alter *Ulcerarius*, Tertius *symptomaticus*:

Anxietas. Ἄστον *Inquietudo*, *Anxietas*, sive *jactatio* corporis, est motus depravatio, quæ accidit ex affecto Ventriculo, ab acri humore pungente nervos corporis, aut spi-

spinalis medullæ membranas. Unde ægri sunt situs & quietis impatientes, coguntur locum & situm subinde mutare.

Noctisurgium, sive *Noctambulatio*, referri debet ad symptomata motus depravati: quia non fit cum judicio & ratione, sed vi morbi, id est, fumorum acrium, qui surgere cogunt somniantem ægrum, vel sanum hominem. *Noctambulatio.*

Pergo ad excrementorum *Ametriam.* Propria Cerebri excretio, aut est exhalatio tenuis vaporis per futuras Cranii, & cutis poros; Vel effluxus humoris crassi per Nares, & palatum. Hujus excretionis ametria consistit in excessu, vel defectu. Ametria in defectu, nullum nomen habet, sed degenerat in causam morborum Cerebri. De qua dictum fuit. *Excretorum Symptomata sunt.*

In excessu ametria varia est, vel *cum sanguis immoderate fluit per nares, vel guttatim.* Utrumque malignum est. Primum vires propter jacturam sanguinis & spirituum debilitat, alterum denotat repletionem capitis, & inanem conatum naturæ oppressæ, ac proinde malum est stillicidium sanguinis in febribus vaporosis, ut causa, & ut signum. *Hæmorrhagia.*

Excretionis ametria in excessu humoris serosi pituitosi multiplex est. Generale ejus nomen est *Catarrhus*, destillatio humoris in partes subjectas, à quibus varias sortitur appellationes. Si in nares *Coryza*, sive *gravedo* dicitur; si in fauces *branchos*, raucedo; si in os & palatum, *Ptyelismos*. Hæcque triplex differentia catarrhi, Rheumatis nomine à vulgo comprehenditur. *Catarrhus.*

Catarrhus in extimas corporis partes *Rheumaticus* affectus nuncupatur, si afficiat articulos mentitur Arthritidem, nisi quod periodicus non est: proinde Eunuchus pati potest rheumaticum affectum, non veram *Rheumatismus.*

Arthri-

Arthritidem. Vide *Galenum in Comment. ad Aphor. Puer & Eunuchus Podagra non laborant.*

Galenus frequenter meminit *Rheumatici* affectus, qui frequens erat Romæ, ut nobis Lutetiæ: *libro secundo ad Glauconem, lib. de Venæ sectione adv. Erasistratum:* & lib. 1. περὶ γόνυ. Hunc morbum Venæ sectione curabat liberali: describitur ab *Hippocrate, libro de Internis affectionibus*, sub nomine articularis doloris, qui juniores potius quam seniores infestare solet.

Reliquæ Catarrhi differentiæ pro diversitate partium sunt inanes, sufficit scire fluxiones omnes quæ fiunt in partes internas, etiam *Rheumatis* nomine designari.

Catarrhi *causa est*, intemperies frigida humida, vel calida cum multo humore, qui turget in vasis, vel extra vasa. *Galenus* utrumque agnoscit *comm. ad Aph. 24. lib. 3.*

Recentiores ex doctrina Arabum, extra vasa tantum volunt eum humorem in Capite concrescere ex vaporum ascensu.

Fernelius Catarrhi causam conjunctam contendit humorem esse serosum, extra vasa sub cute Capitis collectam: Antecedentem vero esse humorem in Venis conclusum. Si plura scire desideras, adibis *Fernelium*; qui abunde tibi satisfaciet.

CAPVT. III.

De Oculo.

Oculorum QUoniam Oculus & Auris intacta facie & indivisa demonstrari possunt; Istas partes prius expediam, quam ad Vultum accedam.

Situs. *Oculus*, visionis instrumentum, pars est faciei præcipua,

cipua, *in Capitis anteriore parte posita*, ad Corporis actiones dirigendas, quia in anteriora fiunt omnes, ratione manuum. Cum sit *pars Organica*, ex pluribus partibus coagmentata: Earum, aliæ sunt *externæ*, aliæ *internæ*: Externas voco [a] *Palpebras*, quæ sunt Oculi integumenta, quibus tegitur, clauditur, & reseratur. Propterea unaquæque *Palpebra mobilis est*, sed motus evidentior in palpebra superiore, atque perficitur ope musculorum, de quibus dicetur *in Myologiæ lib.* 5. unde repetes ad præsentem usum. *Partes.* *Palpebrarum.*

Palpebra conflatur ex Cute, Membrana & Musculis. Membrana cuti subtensa, à pericranio producitur, quæ descendens, secundum longitudinem frontis ad Oculos, subtegmen præbet palpebris, simulque efficit *Conjunctivam Tunicam* Oculi, quæ marginibus orbitæ affixa, Oculum cavo suo detinet, & adstringit. *Membrana.*

Palpebræ cujusque extremitates terminantur limbo cartilagineo, qui [b] *Tarsus* dicitur, & huic seriatim dispositi pili [c] adhærent congeniti, qui eam quam ab ortu obtinuere longitudinem servant per totum vitæ decursum. *Tarsus.*

Raro decidunt per morbos, nisi in maligna lue Venerea, quæ omnes pilos corporis demetit ac depopulatur. Ejusmodi pili *Cilia* dicuntur. *Cilia.*

Palpebrarum inter se junctarum extremitates angulares, vocantur *Anguli*. Unus est [d] *major*, versus Nares; Alter [e] *minor*, versus Tempora. *Anguli.*

In palpebris juxta majorem angulum observantur *foraminula duo exigua*, quæ *Puncta* [f] *lacrymalia* dicuntur, quia humiditates superfluæ Oculorum sive lacrymæ, huc fluunt & distillant; quibus excipiendis *Puncta lachrymalia.*

a, T 19. *f* 1. * b, *f* 1. CC. * c, *f* 1. *infra* B. * d, *f* 1. *juxta* D. * e, *f* 1. E. * f, *f* 1. *dd.* *

 desti-

destinata est *glandula* [a] *lacrymalis* intrusa ossiculo perforato, ut per hoc foramen in Nares potius extillet humor, quam foris per externas partes.

Musculi. *Palpebra superior* musculum habet [b] levatorem, qui oritur à fundo orbitæ, & Oculum attollenti musculo supertensus, in palpebram [c] expanditur, ut simul cùm Oculo superne sublato & erecto, relevetur palpebra.

Palpebris duabus communis est *Musculus latus*, qui à marginibus ossei orbitæ orbiculatim eductus, per utramque palpebram extenditur, ut utrique constringendæ inserviat: atque cum perveniat partem superiore ad supercilium, illud etiam deprimit in forti constrictione & clausura palpebrarum, nisi quis velit separatum constituere musculum.

Supercilium. Est autem *supercilium* suggrundatio sive eminentia carnosa pilis luxurians, quæ tanquam imbricamentum, prodest Oculis, ut deprimitur ab orbiculari musculo palpebrarum, sic relevatur à frontali.

Oculi *partes.* Iis observatis resecantur palpebræ, & orbicularis adhæsio *Conjunctivæ* ad Oculum, ut in conspectum veniat Oculus, qui compactus & conglobatus est, ex adipe [d] circumjecto, ad replendas inæqualitates, & Oculi mobilitatem, Musculis sex ad motum, Tunicis, Humoribus, Venis, Arteriis, & Nervis.

Adeps.

Glandulæ Priusquam removeatur Adeps, considerandæ in suo situ, *duæ Glandulæ*, quarum Una maximi est momenti, nempe *glandula* [e] *lacrymalis*, cujus substantiam carnosam, mollem, exiguam; situm intra Ossiculum subjectum observabis.

Deinde perquires alteram glandulam plane dissimilem, in altero [f] angulo positam, quæ plana est,

a, T19. f1. D. * b, f1. AA. * c, f1. B. * d, f 2. AA. * e, f1. D. * f, f1. E. *

can-

tandida, & glandulis aliis consimilis. Caute substracto adipe occurrunt [a] Musculi sex, quibus investigandis inchoandum à [b] Trochleatore, sive musculo obliquo majore ad majorem [c] Canthum sito; & ibi conservanda [d] Trochlea sive cartilago fortis affixa ossi, infra & juxta carunculam [e] lacrymalem, per quam cartilaginem tanquam funis ductarius per Trochleam, ita Tendo rotundus Trochleatoris traducitur, & inseritur in superiorem partem Oculi. *Musculi.*

Alter obliquus [f] *minor* inquirendus in parte inferiore orbitæ, revolutus sub Oculo terminatur juxta minorem [g] Canthum. Reliqui musculi quatuor Recti, quorum Unus [h] attollit, huic oppositus [i] deprimit; Alii duo [k] versus latera trahunt. Oriuntur omnes à cavo orbitæ juxta foramen nervi Optici, & unusquisque recto tramite producitur ad *Conjunctivam*.

Iis observatis eruendus Oculus, ut interior structura appareat: Imprimis notabis *Tunicas Oculi veras duas* orbiculares: Alias esse imperfectas, & priusquam discindas Corneam, detrahes aponeuroses [l] musculorum Oculi, quas nonnulli volunt constituere [m] Tunicam: quod est absurdum. *Tunicæ veræ.*

Notabis [n] *Corneam* antrorsum esse pellucidam ad visionem, retrorsum & ad latera obscuram. *Cornea.*

Ejus [o] *substantia* crassa in pelliculas dividitur, potissimum parte anteriore, quando secatur, confestim Humor [p] aqueus effluit, qui etiam Vveæ [q] Tunicæ circumfusus deprehenditur, si Cornea parte poste-

a, T19. f2. BBB. * b, f3. F. f4 F. * c, f1. *juxta*. D. * d, f3. G f4. G. * e, f1. D. * f, f3 & 4. E. * g, f1. E. * h, f3.4 5. A. * i, f3.4. 5. B. * k, f3. 4. 5. CD. * l, f2. CC. * m, f5. *aaaa*. * n, f6. AA BB. * o, f8, CCC. * p, f9. DD. * q, f7. AA CC. *

riore dividatur: hic humor ſiſti non poteſt quia primus occurrit fluxilis inſtar aquæ.

2 *Vveæ.* Poſtea videbis [a] *Vveam*, ejuſque foramen feneſtratum, quod conſtituit [b] *Pupillam*, Pupillæ facies externa ſive ambitus, *Iris* [c] dicitur. Circumferentia pupillæ fibrulis [d] ciliaribus exornata eſt, extenſis ſupra cryſtallinum humorem, quem retinent in ſuo ſitu.

Pupilla.

Iris.

Pupilla in fele manifeſte mobilis eſt, in homine immobilis, niſi lucis majoris acceſſu vel receſſu laxetur & conſtringatur.

Iis obſervatis, effundes humores, & [e] Cryſtallinum immerſum [f] vitreo deprehendes, tumqve interior [g] ſuperficies Vveæ tunicæ apparebit nigra, & abſterſa; In brutis eſt variegata, viridi, nigro, & cæruleo colore tincta: Ideoque in demonſtrando Oculo, bubulum & ovillum paratos habebis Oculos, ut cum Hominis Oculo comparentur.

Humores oculorum tres. In parte poſtica Vveæ affixus obſervatur nervus [h] Opticus, ejuſque medulla penetrans iſtam tunicam.

Humores tres in Oculo continentur; *Primus* [i] *Aqueus* jam effuſus, duo ſuperſunt ſimul colligati, *Cryſtallinus & Vitreus*, *Cryſtallinus* [k] eſt lenticularis, pellucidus, qui impoſitus litteris, eas majores inſtar conſpicilii repræſentat. Ei tribuitur membrana [l] *Cryſtalloidis* dicta *Hipp.* in vivente animali diffluere ſtatuit ſaltem liquidiorem eſſe.

Aqueus.

Cryſtallinus.

Vitreus. Revulſo Cryſtallino, relinquitur [m] *Vitreus* Humor compactus nec diffluens ope & interventu *Amphibliſtroidis* ſive [n] reticularis tunicæ intertextæ: quæ

a, T 19. f 7. ACC. f 8. BBB. * b, f 7. a. * c, f 5. bb. * d, f 7. BB. f 9. BB. * e, f 9. A. * f, f 9. CC. * g, f 7. CC. * h, f 3. II. f 4. K. f 6. C. f 8. D. * i, f 9. DD. * k, f 9. A. * l, f 9. *intra* AB. *circulus.* * m, f 9. CC. * n, f 8. AA. *

diſciſſa

[a] diſciſſa, frequenti ictu ſcalpelli liqueſcit, ac diffluit [3] diſſectis fibrillis. *Retina.*

Venæ & *Arteriæ* comitantes Nervum Opticum ad Oculum, intra Cerebrum facilius notantur, quam in Oculo eruto. *Vaſa.*

Nec facile detegitur Nervus Motorius in muſculos diſperſus, ut intra Cerebrum, dum perſequeris eorum progreſſum uſque ad foramina ocularia.

Conſideratio Medica.

Oculorum affectus varii ſunt. *Oculus* quamvis ſit corporis puſilla pars, nulla tamen pluribus morbis tentatur & deſtruitur: Idcirco priſci Medici, cum ejus ſtructuram diligenter exploraſſent, tam varios & multiplices affectus in ejus partibus notarunt, ut pluſquam centum & viginti, tam morbos, quam ſymptomata obſervarint, atque nominibus propriis diſtinxerint, quod in aliis partibus non præſtitere: atque Medicos ſolis curandis Oculis deſtinatos habuere *Roma* & *Alexandria*; Nos eorum imitatione affectus Oculorum contra naturam declarabimus: Et quoniam nomina ſunt *Græca*, pauca *Latina*, atque uſurpantur à noſtris Chirurgis, more *Leon. Fuchſii in ſuis Inſtitut. Medicis.* Latina civitate donabo.

Quorum alii generales totius oculi.

De Oculorum morbis *libro particulari* ſcripſit Arabs, *Haly* dictus: nec contemnendus liber Gallicus *Iacobi Guillemean Chirurgi Regij*: quibus ſi velis, adjunges Authorem *Definitionum Medicarum*: librum *Galeni de differentiis & cauſis ſymptomatum*: & librum *de Oculis* ſpurium.

ut

Morbi Magnitudinis. Itaque Oculus laborat magnitudine aucta, vel iminuta.

2, T 19. f 8. *aa.* *

Imminutus est Oculus, dum atrophiâ contabescit: *Augetur* magnitudo, cum extumescit extra Orbitam.

Situs. *Situs* mutatur, cum exorbitat & procidit extra suum cavum, *Ecpiesmos* dicitur: vel si Vertatur in alterutrum latus, ut in strabismo, & in eo, qui naribus videbat, unde *Rhinoptis* dictus fuit.

Numeri. Duplex debet esse Oculus, ideoque si unicus adsit, morbus est in numero, & ille *Monoculus* dicitur.

Intemperici. &c. Præterea Oculus *intemperie* laborat calida, frigida, inflammatione totius corporis, quæ in *abscessum* putrefactis humoribus convertitur. *Ulceretur*, unde deperditio Oculi & diminutio visus,

Quod si inflammatio totius Oculi in suppuratum abit, id est, *Hypopyon*, pusque collectum sub cornea pellucidum, demonstret alios humores non putrefactos, spes est pure educto per punctionem corneæ, restitutam iri visionem: quod feliciter administratur Parisiis, sicque cum pure, Aqueus humor educitur, ut in depressione cataractæ.

Alii Speciales singularum oculi partium. Præter istos morbos generales, singulæ partes, quibus extructus est Oculus, suos patiuntur morbos, & symptomata, quæ singulatim & breviter *exponam*, *incipiendo à Palpebris.*

Palpebra.

ut

Emphysema. PAlpebrarum intemperies humida cum flatu, vel flatulento spiritu *Emphysema* dicitur. Cum humore feroso & multo *Hydatis*, *Celso* vesica, aquula, quæ palpebram superiorem ita deprimit & gravat, ut attolli nequeat.

Hydatis.

Sclirophthalmia. Intemperies palpebræ calida cum humore crasso, *Sclirophthalmia*, durities oculorum dicitur.

Xirophthalmia. Sicca intemperies sine humore, *Xirophthalmia*: si pruritum facit, *Psorophthalmia* nominatur. Ad quam *Phthiriasis*, referri potest, pedicularis palpebræ morbus.

Psorophthalmia.

Ptilosis. Si eadem intemperies calida sicca cum humore acri ruborem, dolorem, & casum pilorum adferat, *Ptilosis* dicitur, vel *Milphosis*, vel *Madarrhosis*,

Thracoma. Si interiorem palpebræ partem exasperet, *Thracoma*, sive asperitas: Quæ si major est, & ficus grana tenuia referat, *Sycosis*, si occalluit, & inveteravit τύλωσις appellatur.

Sycosis. *Τλωσις.*

Κελθὴ. Palpebræ superioris tuberculum ab humore crasso κελθὴ, *Hordeolum* dicitur: si majus & tactu mobile, quia grandini simile est, *Calasion* vocatur.

Colasion.

Anchiloblepharon Morbus palpebrarum in contiguitate est, si palpebræ adhæreant Tunicæ Oculi, vel sibi invicem, qui morbus *Anchiloblepharon* nominatur: cujus causa est exulceratio tunicæ Oculorum, vel palpebrarum: Exulcerationis vero causa intemperies calida sicca cum humore acri.

Lagophthalmia est convulsio palpebræ superioris, vel ejus retractio à cicatrice aut futura: ἵππος est ejusdem palpebræ tremor: utrumque symptoma ex consensu affecti Cerebri, propterea periculosum.

Lagophthalmia. *ἵππος.*

Ectropion *Ectropion*, Inversio, morbus est palpebræ inferioris in situ, vel figura: fit ab externa cicatrice, vel carnis internæ excrescentia.

Chalasis. *Chalasis*, sive laxitas palpebræ, fit, vel à Paralysi ex consensu nervorum Cerebri, aut ab intemperie humida ipsius palpebræ: utraque pilli invertuntur.

Trichiasis Pilorum, qui in palpebris nascuntur, depravata generatio *Trichiasis* dicitur, eaque dulpex: cum generantur plures, *Dystichiasis* est: quando præternaturalem pilorum ordinem alter superat: Cum vero naturales pili longiores fiunt, & inversi, *Phalangosis*, utra-

Dystichiasis.

Phalangosis.

que Oculos pungit, fitque ab intemperie humida palpebrarum cum humore multo, non acri.

Glandula Lacrymalis.

Enchantis CAruncula, in angulo majore Oculi facit tumorem contra naturam, qui *Enchantis* dicitur: ejusdem imminutio *Rhyas*, qui sinit humorem defluere.

Rhyas.

Prope eam Carunculam & nasum, abscessus ab inflammatione, *Anchylops*: ruptus abscessus, & in fistulam versus, *Ægylops* vocatur. Musculorum Oculi morbus, intemperies, laxitas & solutio continui, nominibus symptomatum distinguuntur.

Anchylops *Ægylops.*

Tunica Conjunctiva.

Taraxis. ADnatæ Tunicæ intemperies calida cum humore sanguine, vel bile, si levis est, & ab externa causa, ut vento & pulvere, ictu, *Taraxis* dicitur.

Ophthalmia Si vero ab interna causa, ut plethora, vel cacochymia, *Ophythalmia* est: Incipiens *Epiphora*; est enim id

Epiphora. nomen inflammationi, & fluxioni commune.

Quod si summa inflammatio sit, ut palpebrarum concursum impediat, & planitiem vitiet, id est, ut al-

Chemosis. bum Oculi Iride & Pupilla sublimius fiat, vocatur *Chemosis*, quasi hiatus.

Hypospha-gma. *Hypospphagma* est collectio sanguinis sub adnata, vel effusio sanguinis è capillaribus Venis in adnatam, ab ictu & contusione. Morbus Adnatæ Tunicæ in nume-

Pterygium ro est *Pterygium*, Membranosa quædam eminentia, ab angulo majore Oculi ad pupillam progrediens, vel tuberculum quoddam callosum ipsius adnatæ, utrumque fit ab intemperie humida cum humore viscido.

Phlyctena *Phlyctena*, pustula est, sive exiguus tumor Adnatæ &

& vicinæ Corneæ, ab humore crasso & acri, unde in ulcus desinit.

Quod si cavum est, βόθριον, appellatur, fossula; si Βόθριον. crustosum fiat *Epicauma*. Ulcus sequitur cicatrix, quæ *Epicauma* est durities & crassities partis spermaticæ, ex vulnere vel ulcere.

Tunica Cornea.

COrneæ ulcera & Cicatrices, magnam cum ad- *Cheloma.* natæ affectibus similitudinem habent propter viciniam: Distinguuntur tamen quod ulcera & cicatrices in nigro Oculi, id est, in Corneæ parte pellucida, pertinent ad solam Corneam: Cujusmodi sunt *Cheloma*, latum ulcus Corneæ circa Irim.

Argemon, ulcus Corneæ versus Iridis circulum ro- *Argemon* tundum, subalbidum.

Cicatrices in nigro oculi sive Corneæ parte pellu- *Albugo.* cida, differunt secundum magis & minus. Major ci- *Nebula.* catrix Corneæ circa Iridem vel Pupillam, quia alba λεύκωμα dicitur, sive *Albugo*: si minor est, νεφέλιον, sive *Nebula*: si tenuior est cicatrix, *Caligo*, sive ἄχλυς. *Caligo.*

Tunica Vvea.

COrneæ ruptionem & exulcerationem sequitur Περόπλω- Uveæ morbus in situ, qui appellatur Περόπλωσις, σις. procidentia, cum supra Corneam Uvea prominet. *Myoce-*

Si minor fuerit Uveæ extuberantia, *Myocephalon* *phalon.* vocatur quia muscæ caput refert: si major *Staphyloma*, *Staphylo-* acinum referens Uveæ, vel Μῆλον, quasi pomo simile *ma.* vel æquale: si inveteratum Corneæ ulcus est, per Μῆλον. quod Uvea procidit, ἧλος, *Clavus* nominatur.

Isthæc ulcera corneæ & adnatæ, si maligna fuerint *Clavus.* *Carcinomata* dicuntur.

Pupilla.

VVeæ foramen eſt *Pupilla*: Inter Pupillam & Corneam ſpatium eſt, ſpiritus & humoris aquei plenum.

Ziniſiſis. Duplex ſpatii morbus eſt: *Ziniſiſis*, ab intemperie ſicca quæ humorem aqueum abſumit, & ſpiritum diſſipat: vel à vulnere quo effluit humor aqueus, & ſpiritus evaneſcit.

Hypopium Obſtructio ab alieno humore pituitoſo, vel purulento fit: ſi à pure *Hypopium* dicitur, quaſi ſub cornea pus collectum: Si à pituita fiat obſtructio, ὑπόχυμα *Suffuſio*, ſed hypopion ſuccedit inflammationi, hypochyma fit fere à congeſtione humoris craſſi, vel ejuſdem concretione, ſi proprius eſt affectus, non ex conſenſu ventriculi, vapores ſurſum emittentis. *Suffuſio.*

Vidit *Fernelius*, omnino craſſam atque conſummatam ſuffuſionem uno die congeri; etenim ſi craſſus humor in Opticum nervum repente incidens ſubito obcæcat: cur non etiam is longius ad pupillam prolapſus, repentinam ſuffuſionem, eamque perfectam inducet.

Corrugatio. Pupillæ anguſtia, vel à conformatione eſt, vel ab intemperie ſicca, & φθίσις, ſive *Corrugatio* dicitur.

Scribit *Galenus*, quod imminutio pupillæ à nativitate, acutiſſimi viſus eſt occaſio: cum vero paulo poſt incidit, mala, ex *lib. 1. de ſympt. cauſ. cap. 2.*

Mydriaſis. Pupillæ dilatatio *Mydriaſis* vocatur, ſive πλατυνσεὶν, oritur ab intemperie humida, vel ruptione, ſive ſolutione continui ex ictu.

Hu-

Humor Criſtallinus & Vitreus.

VItrei humoris & cryſtallini morbus, eſt intemperies nuda, vel cum humore, vel in conſiſtentia, ut craſſities & durities. Intemperies humorum & Tunicarum Oculi, ſi fuerit ſine tumore & ulcere, vulgo refertur ad facultatis impotentiam, & ſpirituum qualitatem, & quantitatem male affectam; ſed neutra morbus eſt, imo ipſius morbi effectus: quid enim aliud facultatis impotentia, quam actio læſa. *Intemperies.*

Spirituum Craſſities. Craſſities ſpirituum fit ab intemperie frigida & humida, vel oculi propria, vel ex conſenſu Cerebri, aut partium ſubjectarum.

Paucitas. Paucitas ſpirituum ab intemperie ſicca eſt, vel Oculi, vel Cerebri, cujus intemperaturæ parens & fomes eſſe poteſt, ſi humor bilioſus, intemperati Iecoris effectus, & efficiens cauſa prohibetur.

Glaucoma Cryſtallini humoris craſſities & durities proprie *Glaucoſis* ſive *Glaucoma* nominatur: quia glauceus ejus color apparet: fit à ſicca & frigida intemperie, unde ſenibus familiaris.

Morbus humoris cryſtallini in ſitu nomen non habet, ſed ſi elatior & depreſſior fiat proprium ſymptoma producit, quo res una gemina videtur.

Humoris Aquei effluxus. *Humor aqueus* puncto Oculo poſt effluere, ſed regeneratur in pueris, ut vidit *Galenus*, & in pullis gallinaceis id obſervare licet. *Spiritus viſivus* inſitus Oculo, poteſt craſſeſcere, & obſcuritatem ac tenebras cryſtallino offundere, uti ſpiritus auditorius inſitus craſſior redditus, auditionem lædit, *Spiritus viſivi Craſſities.*

Nervus Opticus.

NErvi Optici morbus, *intemperies* quælibet, & *ſolutio continui*, proprius autem ejus morbus, iſque *Obſtructio.*

que frequens, *obſtructio* eſt, quæ repentina cæcitate dignoſcitur & integritate aliarum partium Oculi: unde à Recentioribus *Gutta ſerena* dicitur, à quibuſdam *Amouroſis*.

Amouroſis

Morbi & Symptomata Viſionis.

Cæcitas.

VIſio abolita *Cæcitas* dicitur: imminutio viſionis, *Amblyopia*, hebetudo viſus: eaque duplex ſtatuitur; *Myopſis*, & *Nyctalops*: in Myopſi ægri luſcioſi fiunt, & conniventibus ac prope admotis Oculis omnia intuentur. In Nyctalope, interdiu tantum vident, noctu nihil aut obſcure; Reliquæ differentiæ imminutæ viſionis generali nomine *Amblyopias* continentur.

Amblyopia.

Myopſis.

Nyctalops

Depravata viſio, eſt falſa perceptio eorum quæ Oculis obverſantur: dicitur παρόρασις, ſive *Hallucinatio.*

Hallucinatio.

Horum ſymptomatum cauſæ non aliæ ſunt, quam morbi Oculorum quos recenſuimus. *Cæcitatis* enim *cauſa* eſt obſtructio nervi Optici, glaucoma, leucoma, hypopion, hypochyma, proptoſis, mydriaſis major, pterygium toti pupillæ obductum, Anchyloblepharon ſive conglutinatio palpebrarum.

Cauſæ Cæcitatis.

Amblyopiæ.

Imminutio viſionis fit, à palpebrarum reliquis affectibus; à cicatrice tenui Corneæ, quæ Nephelion & Achlys dicitur. Ejuſdem imminutionis cauſa eſt Leucoma, quod partem pupillæ duntaxat attingit, Mydriaſis exigua.

Myropſeos

Intemperies humorum Oculi ſicca, facit *Myopſin*; eorundem humorum humiditas & craſſities producit *Nyctalopa.*

Nyctalopis

Depravatæ viſionis cauſa eſt, hypopion incipiens; vel hypochyma, cum ſcilicet nondum humor concrevit, adeo

Hallucinationis.

adeo ut per inania quædam ſpatia ſpiritus Opticus ferri & tranſmitti queat: Unde muſcæ volitantes obverſari videntur, & nigricantia quædam corpuſcula.

Cum objecta Oculis vera, falſo videntur, depravata viſio eſt, ejuſque cauſa hypoſphagma, unde *Amalops* dicitur: Sic ab ictericis omnia flava cernuntur.

Amalops.

Verum id ſymptoma contingit, ubi cornea quæ pupillæ prætenditur, vel ſanguine, vel bile ſuffunditur. Iſta vero ſymptomata pertinent ad affectus ſimplices Oculorum.

Actio animalis Oculorum læditur, ut Tactus & Motus; læſio tactus Oculorum *Dolor*, eſt, iſque acerrimus, qui tamen intra ipſos Oculos manet, *Celſo teſte*, nec Cerebrum in conſenſum trahit, ut aurium dolor.

Oculorum Dolor

Ejus doloris cauſa omnis eſt intemperies, vel ſolutio. Motus læſio, vel eſt Paralyſis, vel Convulſio, vel Tremor.

Paralyſis.

In *Paralyſi* & *Convulſione*, fixi & rigentes Oculi fiunt: In Tetano convulſionis ſpecie inſtabiles, ut *in Tremore*; Actio naturalis Oculorum, ut nutritio læditur.

Convulſio

Tremor.

Ad Excretorum ametriam pertinet *lacrymarum profuſio involuntaria*: producitur ab intemperie Oculorum humida, vel frigida, aut à punctione quam facit humoris acrimonia, Vel externa quædam cauſa; aut ab eroſione Carunculæ, quæ eſt in magno Oculi angulo.

Lachrymarum profuſio.

Ad ejuſmodi ametriam excrementorum pertinent Oculorum ſordes, quæ Græcis vocantut λοίμια: fiunt ab intemperie Oculi ſumma, quæ exolutionem adfert.

Λοίμια.

Af-

Macula. Affectus Oculorum ſimplices ſunt Maculæ, & *Cicatrices* tunicarum conjunctivæ, & Corneæ, quæ morbi & ſymptomatis rationem habent.

Squallor. Squallor, & Oculorum obſcuritas eſt, quando pupilla imaginem non reddit, quod augurium eſt timendi mortem in homine, qui febre acuta laborat.

CAP. IV.

De Aure.

Auris partes. AVRIS, auditus Inſtrumentum, *Dividitur in partem* [a] *externam*, patulam cartilaginoſam, *& alteram* [b] *internam, in* Oſſe pertroſo latentem.

Externa pars dicitur [c] *Auricula*, conflata ex [d] cartilagine, quæ cute [e] veſtita ſtriata eſt, in varios [f] *Elices* [g] excavata: & perforata, & ad latus *Capitis appoſita*, foramini Oſſis [h] petroſi applicata.

Helices. Venuſtior ſi minor fuerit, indecora eſt magna & aſinina.

Ad audiendi commoditatem ibi locata fuit: ac niſi auriculæ inverſio eſſet deformis, commodior foret ad audiendum, quam recta & oſſi temporali applicata, videmus enim ſurdaſtros manum cavam poſticæ auriculæ obtendere, ut acutius audiant.

Tragus. In auricula [i] *Tragum*, & [k] *Antitragum* obſervabis: reliquarum partium appellationes ſunt inutiles.

Antitragus.

Meatus auris. In auricula *primus* [l] *meatus* auris continetur, & uſque ad [m] tympanum extenditur: ejus veſtibulum pilis præſtruitur, ut arceant pulverulenta & beſtiolas,

a, T20. f1 & 2. * b, f3 4. &c. * c, f1 & 2. * d. f2. BB. * e, f2. AA. * f, f1. AA BB. * g, f1. GG. * h, f3. A. * i, f1. G. * k, f1. D. * l, f3. B f4. A. &c. * m, f4. BB. *

quæ

quæ iſtum meatum ſubire poſſent. Ibi [a] colligitur excrementum Auris bilioſum, quo inviſcantur animalcula & pulverulenta, *Marmoratum* dicitur. *Cerumen ejus.*

Interna Auris in Oſſe petroſo concluſa, tota eſt Oſſea, *in tres cavitates diviſa*, quarum *prima eſt* [b] *Concha:* Membrana [c] *Tympano* terminatur, in extremitate primi [d] meatus attenſa: habet *chordam* tranſverſim ductam, ut in militari tympano. Præterea obſervantur *tria oſſicula*; [e] *Malleolus*, [f] *Incus*, [g] *Stapes*: quartum [h] alii adiiciunt, quod eſt ſquamula Oſſis, qualis in carotide arteria deprehenditur juxta Os ſphenoides. Sed illud inane eſt, ac inutile. *Concha.* *Tympanum.* *Offscula 4tuor.*

Fortunatus Plempius in altera extremitate Conchæ collocat membranam alteram, ſed quomodo, & ubi ſit circumtenſa, non explicat.

An duabus feneſtellis, quarum una eſt ingreſſus labyrinthi, altera ingreſſus cochleæ, an alio in loco ſit collocata. Difficillimum eſt opus inveſtigare & demonſtrare internam Auris ſtructuram,

In craniis [i] Infantium & in Capite Vitulino facilius obſervatur, dum acie cultelli elevatur portio illa Oſſis [k] petroſi, quæ intra calvariam ad baſim Cerebri porrigitur.

In concha notabis ad latus ſiniſtrum foramen, quod penetrat ad ſinuoſam cavitatem Maſtoidis apophyſis.

Nervus [l] *auditorius* [m] traductus per [n] cochleam, ubi pervenit ad concham per foramen ſive [o] Canaliculum ad dextrum latus Conchæ adapertum, dela- *Nervus.*

a. T20. f3. C. * b, f6. BC. f7. *intra* AB. * c. f4. BB. f5. B. * d, f3. B. f4. AA. &c. * e, f4. C. f 5. E. f7. A. * f, f7. B. * g, f7. C. * h, f7. D. * i, T8. f5.6.7.8. * k, T20. f10. BB. * l, T18. f1. Ff. f3. KK. T20. f12. AA BB. * m, f10. AA. * n, f 7. DD. f9. A. f11. BD. * o, f8. ABB. *

bitur

bitur in palatum juxta apophysim pterygoideam.

Atque hæc est naturalis structura Auris internæ, cujus inventionem debemus *Fallopio*, post *Carpum*, qui duo ossicula detexit, Malleum & Incudem. Tertium nempe stapedem, se primum invenisse gloriatur *Philippus Ingrassias*. In viventibus *Aer insitus & implantatus* est in cavitatibus Auris, ut in Oculo spiritus visivus insitus, intra Corneam conclusus.

Aer insitus.

Consideratio Medica.

Morbi *Auriculæ.*

AUris externæ sive Auriculæ cartilago *pustulis* afficitur, *contunditur*, *intumescit*, *inflammatur*, *ulceratur*: Ex frigore *sphacelum* contrahit & emoritur contra voluntatem: ægris & sanis exscinditur, unde *Coloboma* curtum in Auribus dicitur, & ἀκρωτηριασμένοι, quibus Aures mutilæ sunt.

Parotis quid?

Ejus magnitudo licet sit invenusta, non potest emendari; Tumor & Inflammatio glandularum quæ sunt juxta Aures, *Parotis* appellatur, propter angustiam loci & Cerebri viciniam non admodum tuta, si febri acutæ superveniat, licet διοσκέρος dicatur, tanquam fausti ominis, qualis esse solet quando fit critice, robore Naturæ, cum levatione: sæpissime in pueris Parotis emergit ex nimia Cerebri humiditate, quæ non est periculosa.

In cavo Auriculæ retro, *ex consilio Fernelij*, affigendum causticum in Auris & Oculi affectibus.

Meatus auditorii.

Meatus auditorius primus, quia carnosus, *obstruitur* à tumore, à caruncula excrescente, vel pure effluente, vel sordibus vel extrinsecus irruentibus corpusculis. *Inflammatur*, etiam *abscessum* patitur, & *exulceratur*, sponte vel ab erodente medicamento Auri infuso, vel ab humore bilioso, unde quibus dejectiones sunt bilio-

biliosæ, *ex Hippocrate*, surditas minuitur, vel solvitur, & suppressis istis dejectionibus surditas recurrit.

Hunc meatum intus terminat Tympanum quod ex se proprio affectu, vel per accidens secundario, ex consensu viscerum, & potissimum Capitis vitio, inflammatione tentatur dolorifica admodum & periculosa, quæ Cerebrum in consensum trahit.

Cavitatum internarum.

Cavitates internæ quia periostio destitutæ, non dolent, nisi nervus auditorius afficiatur; cujus propago effingit tympanum, ex ejus *inflammatione* oritur *abscessus* inde *Vlcus*: quod dilacerat Tympanum.

Tympani membranæ.

Ejus *ruptio* non tantum fit ab ulcere, sed etiam ab ictu, & soni vehementia, unde qui ad catadupa Nili degunt, omnes sunt surdi, ex fragore & præcipiti lapsu fluentis aquæ.

Tympani etiam *laxitas*, & nimia humiditas observanda, quæ surditatem inducere potest.

Sympt: Actionis læsæ.

Auris *Symptomata* propria sunt, quæ ad auditus læsionem, & proprii excrementi ametriam pertinent.

Surditas.

Auditus læsio triplex, abolitus dicitur *surditas*: quæ si sit ab ortu est immedicabilis: si per accidens orta, sanabilis esse potest.

Barycoia.

Imminutus auditus est *Barycoia*.

Obaudi-tio.

Depravatus παράκουσις, in strepitu tinnituque Aurium consistit.

Causæ eorum.

Surditatis & *gravis auditus sunt eædem causæ*, nisi quod intensione & remissione differunt, propterea præcedentes & prædicti morbi, meatus auditorii & tympani istos affectus producere possunt.

παράκουσις, sive obauditio fit, vel ab intemperie tympani humida, vel sicciore quam par sit, quæ ut sensum exquisitiorem facit, sic Tinnitum, dum levissimo insiti aeris vel externi motu afficitur, vel dum con-

continenter affluunt ſpiritus ad Aures, qui tam anguſto loco contineri non poſſunt, vel aliquis intra cavitatem Maſtoidem obmurmurat.

Diverſi ſoni in auribus obaudiuntur, pro vario motu & modo flatuum, hinc *Suſurri* ſi craſſior fuerit flatus: *Sibili*, ſi tenuis: *Tinnitus*, cum ex intervallis repetunt.

Interdum ſine offenſione Auris internæ obauditio accidit, ex Capitis conſenſu, dum arteriæ calidiores internæ & externæ juxta Aures pulſant violentius ſolito, & ſonitum excitant in Auribus vehementiorem, ſi quis cubet in Aurem aliquam.

Differentias & cauſas iſtius obauditionis eleganter exprimit *Fernelius in ſua pathologia*.

Curatio eorum. In naturali ſurditate à conformationis vitio, non ab his cauſis commemoratis contracta: An tentandum iſtud experimentum quod inopinato & feliciter ſucceſſit cuidam, qui intruſo auriſcalpio in Aurem profundiſſime, diſrupit tympanum fregitque Officula, & poſtea audivit.

An in tinnitu perforanda maſtoidis Apophyſis, ut detur exitus ſpiritibus ibi tumultuantibus?

An tympani craſſities impedit tranſpirationem? ac proinde flatus non poſſunt erumpere. An ad extremitatem canalis auricularis poſt molares dentes conducet ſinapi, vel anaſtomotico alio liquore partem illam confricare?

Sympt: Excretorum. Ametria excrementorum in Aure, non tantum eſt bilioſorum humorum & ſeroſorum, ſed etiam puris vel ſanguinis è Cerebro prodeuntium: nec enim in cavitatibus generatur tanta puris copia, quæ excernitur, ſed in Cerebro.

Excretio ſanguinis, bilis, ſeri, puris &c. Si dolor intolerabilis inflammatorius & pulſatorius partes poſticas occupet, fluxerit materia, & poſtea

ſtea ſubſtiterit remanente dolore, tutum erit aperire terebra poſticam capitis partem in occipitio, ut detur exitus puri, cum nullum ex ea operatione periculum majus impendeat.

Vermes. Vermes Aurium, qui ἕλμινθες dicuntur & excernuntur, ad excretorum ametriam pertinent.

Externas & internas partes Aurium in pueris multo humore diſfluere bonum eſt, ad expurgationem Cerebri, & præcautionem magnorum morborum.

Magnus conſenſus Aurium cum Ore & Pulmonibus & Larynge, in morbis obſervatur: ideoque læſis Auribus vox mutatur; ratione nervi auditorii, qui in fauces expanſus pertingit ad Laryngem.

Quod ſi natura conſueverit excrementa Cerebri per Aures expurgare, ea excretione ſuppreſſa, multi derepente interierunt.

CAP. V.

De Facie, & Ore externo.

Facies quid? FACIES pars eſt lata & antica Capitis, frontem comprehendens in vivente, & mortuo homine citra diſſectionem: ideoque [a] Frons, [b] Oculi, [c] Naſus, Os [d] cum ſuis Labiis, uſque ad mentum, pertinent ad Faciem: quæ *dividitur* prout ſectioni Anatomicæ ſubiicitur, in partes internas, & externas.

Partes ejus. *Externæ ſunt* Cuticula & Cutis, quæ ſunt tenues & politæ admodum in mulieribus. *Internæ ſunt* muſculi [e] Naſi, [f] Labiorum, [g] Maxillæ inferioris, quibus ad inania ſpatia implenda infarctus eſt *adeps*.

Præterea *Muſculus* [h] *latiſſimus* lateraliter uſque ad

a, *T* 15. *f* 3. A. * b, *f* 1. *intra* FF. *T* 19. *tota*. * c, *T* 15. *f* 1. GI. * d, *f* 1. NN. * e, *f* 1. GHI. *&c.* * f, *f* 1. KLM N* g, *f* 1. RST. *&c. f* 2. ABC. *&c.* * h, *T* 10. *f* 1. gg.

Frontem, Faciem obvoluit, quin etiam totum Collum, excepta parte postica cingit.

Musculi Labiorum sunt extremitates Oris: Alii qui pertinent ad maxillam inferiorem, ut [a] Temporalis, [b] Masseter, Latera Faciei occupantes, in *Myologia* exponentur.

Os quid? *Est igitur Os sciſſura* Cutis Faciei, necessaria ad respirationem, loquutionem, & nutritionem corporis: Per *Os* enim respiramus, loquimur, & alimentum sumitur.

Labia. Extremitates hujus sciſſuræ [c] *Labia* dicuntur, quæ motum habent per musculos, dum aperiuntur & constringuntur.

Mentum. Meta extrema faciei [d] *Mentum* dicitur, ut superior extremitas à superciliis usque ad exordium capillorum [e] *Frons* vocatur.

Genæ. Latera sunt [f] *Genæ* vel *Buccæ*. Oris partes internæ cujusmodi sunt [g] Dentes, Gingivæ, [h] Palatum, [i] Gargareon, [k] Lingua, ordine describentur. [l] Larynx, [m] Os hyoides, [n] Pharynx, [o] glandulæ ad Collum pertinent.

Vasa. Facies præter venas & arterias habet *insignem* [p] *Nervum* à tertio pari, qui traducitur inter duas [q] laminas Osseas sub pavimento orbitæ, & per totam faciem instar pedis anserini ramulose disseminatur, juxta Nasum usque ad Labia.

Consideratio Medica.

Faciei morbi

CUtis faciei, speculum est morborum corporis, præsertim Hepatis, Lienis & Pulmonis, qualis

a, T15. f1. PP. * b, f1. S. * c, f1. NN. * d, f1. n. * e. f3. A. * f, f1. O. * g, f6. mno. * h, f6. LL. * i, T13. f15. A. * k, f14. A. &c. * l, f9. 10. &c. * m, f11. 12. 13. * n, T3. f2. 3. * o, f16. 17. &c. * p, T18. f2. A. * q, f2. cc. *

enim

enim humor dominantur in viscеribus, talis efflorescit in facie: Si pertinax sit color rubicundus in buccis index est calidioris Hepatis: si genis aut malis insideat, pulmonum intemperiem calidam attestatur: si bilis hæreat in poris cutis, *lentigines* producit: Si ab insolatu color nascitur, *Ephelis* dicitur: Si rubor magnam partem faciei pertinaciter occupat, *gutta rosacea* nominatur, & qui istis maculis afficiuntur *Antirhoei* dicuntur. *Ephelis.* *Gutta rosacea.*

Pallidus color familiaris est Virginibus, & iis qui à morbo relevantur. *Cum notat infamis pallida membra color.* Infamis potius legendum, quam informis, quia denotat amoris affectum.

Palleat omnis amans, color est hic aptus amanti.

Χλόρωσις, sive pallida facies est lenta febris in Virginibus, & aliis juvenibus mulieribus, quibus suppressa sunt menstrua. Χλόρωσις

In valetudinariis, faciei color est sine sanguine, quia totus est serosus, & simili sanguine suffusa est cutis faciei. Qui eo affectu detinentur *Liphæmoi* dicuntur, quasi destituti sanguine. Itaque κακοχροία est pravus color faciei, tam in sanis, quam ægris corporibus.

Præterea facies exasperatur & fœdatur, ardentibus *pustulis, jonthis, variis, ficis, nævis, spillis.* Tuberculum solidum vocatur *Ionthos*, quia violæ florescentis potius germen quam fumum refert. *Ionthos.*

Varus tuberculum est durius, nec ita flammeum & rubicundum, ut in *Iontho*. *Ficus* sunt Verrucæ, sive porri, qui efflorescunt per cutem faciei. *Varus.* *Ficus.*

Lichen, sive Impetigo vulgo *Darta*: est asperitas vel eminentia cutis squammosa, si sicca fuerit, vel humida, quæ exulcerat, & sanie diffluit. *Darta.*

Nævi sunt plana tubercula alba vel livida, quæ si *Nævus.*

pravi fuerint coloris non sunt attingenda, ne quid deterius contingat, carcinodes: *Nec grata est facies, si nævis careat*, inquit *Seneca*.

Mirum est istos nævos faciei, alios producere in diversis partibus corporis, quæ respondent mensuræ faciei usque ad collum, qua de re librum composuit elegantissimum *Ludovicus Septalius*.

Hypopium Cutis faciei *sugillatio* ex contusione, *Hypopium* dicitur.

Σπίλοι. Σπίλοι sunt sordes fuliginosæ cutis, poris intrusæ, quæ vel acicula, vel compressione cutis, aut emolliente medicamento, pomatâ si duræ & crassæ fuerint, evelluntur. Pani faciei dicuntur stigmata cutis, vernacule *Tannes*.

Mentagra Mentagra menti impetigo, quæ nobiles tempore *Plinii* infestabat Romæ, ubi popularis erat: scabies est maligna, quæ durat in plures annos, vix sanabilis, atque adeo cutem immutat menti & labiorum, ut vir imberbis existat toto vitæ decursu.

Cynicus Spasmus. Actio læsa cutis faciei dicitur *Cynicus Spasmus*. Canina convulsio, vulgo tortura Oris, rictum caninum exprimit, est enim depravatus motus musculorum faciei, qui ad Paralysim, vel convulsionem pertinet.

Si Paralysis fuerit, retractio fit in parte sana, propter dissolutam antitasim musculorum. Si convulsio, pars affecta retrahitur: Nervi quibus affectis id symptoma producitur, oriuntur à spinali medulla inter secundam & tertiam vertebram cervicis.

Galenus tribuit istum motum depravatum Oris musculo latissimo.

Præter Cynicum spasmum, altera est convulsio satis frequens superioris labri versus Oculum, ab affecto illo nervo tertii paris supra descripto, quo resciso infra

infra orbitam, persanatur ista convulsio.

Medicina faciei particularis, præter vniversalem, duplex est, una *Commotice*, altera *Cosmetice*: hanc *Galenus* permittit ad tollendam deformitatem mulierum: sed *Commoticem*, quæ faciei adulteratam formositatem inducit, improbat, & relinquit lenonibus, & mulieribus, quæ quæstum faciunt ex lenociniis & adulteriis. *Cosmetice quid?* *Commotice quid?*

Usus istorum fucorum nisi perite adhibeatur brevi cutim corrugat, quales sunt *album Hispanicum*, & *purpurissus*. Unde curare cuticulam dictum à veteribus.

Tollere tunc cura est albos à stirpe capillos,
Et faciem, dempta pelle, referre novam.

Morbi Oris externi id est, *labiorum sunt* quamplures, *intemperies, inflammatio, tumores, ulcera, & alii in prava conformatione*, qui omnes pervertunt usum & actionem labiorum: conferunt enim ad Os claudendum, formādum sermonem, ad faciliorem potus & cibi assumptionem, ad linguam intra Os continendam, ad salivam ex ore eiiciendam, ad sonos validiores in tubicinibus, ad sugendum lac in infantibus, & tam in viris, quam mulieribus ad ornatum faciei inserviunt: ideoque si homo detruncata haberet labia, valde deformis esset, quia rictum irati canis imitaretur. Labiorum usus. Morbi.

Quibus majora sunt, & foras protuberantia labia, vocantur *Labeones*: quibus imperfecta sunt & fissa ab ortu, *Rostrum leporis* habere dicuntur, (*bec de lievre*,) Hunc defectum reparat Chirurgia; si labra sint laxa & rosoluta, id fit ex Paralysi. *Brochus* dicitur, qui habet labra extra, *Cheilo*, qui tumentia labra: *Mentones* ab *Arnobio*, quibus mentum prominet. *Conformationis vitia.*

Fissuræ labiorum *Rhagades* dicuntur. Interdum *Tumores & Vesiculæ* in labiis erumpunt potissimum in fe- *Rhagades* *Tumores.*

bribus, dum natura ſeminarium febrile, ſcilicet humorem virulentum à venis & arteriis extruditin labra quod bonum augurium eſſe febris brevi abituræ ſcripſit *Avicennas*: & verum id ſæpius experimur. Nonnunquam tamen tumores & ulcera labiorum in morbis lethalia obſervantur, ut in *Hermoptolemo & Andreæ fratribus, apud Hippocratem.*

Ulcera.

Colores pravi.

Pravus color labiorum in morbis ſuſpectus eſt: in ſanis vitium Pulmonis, aut ſanguinis indicat.

Nævi Verrucæ.

Nævi & verrucæ lividæ, ſcirrhoſæ, quæ labiis inhærent, ſuſpectæ ſunt, nec ferro attingendæ.

&c.

Interdum labia *extumeſcunt* naturaliter, & potiſſimum labium inferius, quando diſtracta eſt maxilla, tum dentes inferiores ſupernis ſupereminent, & ipſos includunt.

Symptomata.

Actionis labiorum præcipua læſio, eſt *ſermonis depravatio.* Sed hoc ſymptoma nomen non habet.

Tremor.

Motus labiorum depravatus, ac *tremulus* accidit ex conſenſu Ventriculi intemperati, propter membranam labiis & Ventriculo communem. Unde prope vomituris labrum infernum palpitat. Tremor ille σεισμος dicitur.

Oris apertio.

Oris *Apertio* læſa eſt, quando maxilla rigida: *Clauſio* læditur, quando paralytica, ut in febribus; Oris hiatus adeſt in febribus, propter ardorem viſcerum & pulmonum, atque ſpirandi difficultatem.

Clauſio.

Sputatio frequens.

Frequens *ſputatio ſalivæ*, ut deficiens ſaliva, ad Oris morbos pertinent, quamvis alias cauſas habeant remotas, eſt enim ſaliva neceſſaria ad maſticationem loquutionem, & guſtum; ſed immodica nocet, ejuſque excretio ſpurca & indecora judicatur. De curatione curtorum labiorum ſcripſit *Taliacotius.*

CAP.

CAP. VI.

De Naſo.

Naſi Situs.

NAſus, odoratus & expurgandi Cerebri inſtrumentum, *in medio faciei locatus eſt*; Oculos & faciem in duas partes æquales diſterminans.

Magnitudo.

Ejus longitudo & latitudo indecora eſt, ſi pollicis longitudinem & craſſitiem excedat.

Figura.

Figura Naſi ad vitæ commoditatem multum confert: Nam elatior præſtat ſimo, & patulæ nares ſtrictis præferendæ.

Cavitates

Dividitur in duas [a] *cavitates*, quæ *Nares* dicuntur ſepto diſcluſas, pertingunt ad os Ethmoides.

Profunditas Naſi & ſpatioſitas, intus ampliores ſunt quam foris ſpectantur: nam ſpatium illud interjectum duabus tabulis palati & Sphœnoidis, in duas lacunas diſcretum oſſe Vomeris, ad ſeptum Narium pertingente, pertinet ad Naſum.

Oſſa ſpongioſa.

Spatium illud oppletur *oſſibus ſpongioſis*, quæ ſunt portiones oſſis Ethmoidis, & iſta oſſicula ſpongioſa replentur *Carunculis ſpongioſis*, quæ fluentem è Capite pituitam ebibunt, ne perpetuo ſtillaret muccus è Naribus.

Caruncula.

Inſerviunt *etiam Oſſicula, & Carunculæ* elutriando aëri, qui inſpiratur naribus ore clauſo, ut purus Pulmonibus & Cerebro diſtribuatur. Itaque *componunt Naſum oſſa, Cartilagines, Membranæ, Muſculi.*

Oſſa.

Oſſibus conſtat [b] *duobus*, extrorſum eminentibus, quibus extructus eſt; ab oſſibus dependent *Cartilagines quinque*, duæ laterales alternatim diſpoſitæ, mobiles, interventu muſculorum: *Pinnæ & Alæ Naſi* dicuntur. Interjecta eſt *media cartilago* quæ *ſeptum* vocatur,

Cartilagines.

a, T 15. f 2. * b, T 15. f 3. K. *

& dependet ab illo [a] septo osseo Ossibus narium interposito, quod est continuatio ossis Vomeris.

Membrana. Extrinsecus investit Nasum *Cuticula, Cutis*, quibus subjecti sunt [b] Musculi. Interiora Nasi oblinit *membrana*, fibris carneis conspersa, cujus beneficio

Musculi. pinnæ Narium constringuntur in inspiratione forti, ut aperiuntur, ac dilatantur pinnæ ab aliis musculis externis, quorum historiam repetes *ex Myologia. lib. 5.*

Ad Nasum pertinent *Tabula* [c] *cribrosa* Ossis Ethmoidis, *& processus* [d] *Mammillares* ad hæc ossa desinentes, qui perhibentur odoratus organa.

Dubitaret aliquis, num istæ *Caruncula* ossibus spongiosis intrusæ, sint odoratus instrumenta, vel saltem inserviant odoratui; quoniam iis madefactis, vel morbo aliquo labefactatis, odoratus depravatur, vel aboletur.

Consideratio Medica.

Morbi totius Nasi. NAsi partes cartilaginosæ *inflammantur*, *contunduntur*, *exulcerantur*, osseæ *franguntur*, omnes *intemperie* laborant, atque præsertim morbis organicis à *prava conformatione*, quando Nasus est resimus, talis redditur frequenter ab externis causis, quod si talis ab ortu deprehendatur, tunc rectus & elatus formari potest; Nam *ex Platone in Alcibiade*, si tale vitium apud *Persas*, filiis regiæ stirpis accidisset, tubulis in nares inditis sensim conformabant Nasum, dilatatis Ossibus cereis adhuc, & cartilaginibus.

Nasus *grandior* & *elatior*, non potest decurtari sine deformitate majore: si in adultis Nasus tuberosis *ex-*

a, T 15. f 6. I. * b, T 15. f 1. GH. &c. * c, T 15. f 5. CC. * d, T 18. f 3. a a. *

crescentiis extumescat, istud vitium emendari potest, carnium illarum resectione.

Narium internarum. Internæ nares *intumescunt*, *tuberculis* infestantur inflammatoriis, quæ in suppuratum abeunt, sed profunde in Ossibus spongiosis & caruncules fœdo & fœtido *ulcere* afficiuntur, quod *Ozæna* dicitur: ipsis ægris & assidentibus molestum est, & difficillime curatur. Interdum ossicula corrupta emunguntur: si caruncule sine ulcere, vel cum ulcere excrescant, fit *Polypus*, qui in Nares descendit, vel lacunas supra palatum replens extenditur ad fauces.

Tubercula.

Ozæna.

Polypus.

Eleganter describitur *à Celso, lib. 6. cap. 8.* Nisi fuerit maligni coloris, & cum dolore, tuto resecatur, & si fieri possit radicitus extirpetur, quæ vera est curatio, alioquin repullulabit ex portione relicta.

Malignus Polypus carcinodis, nec ferro, nec igne, nec causticis medicamentis attingendus, aut exasperandus, secus depascit, ac devorat totam faciem.

Symptom: Narium. Symptomata Narium sunt actiones læsæ vel affectus simplices, vel excretorum ametria. Actio Nasi est *odoratus*, ille aboletur vel minuitur, vel depravatur. Aboliti & imminuti odoratus eædem sunt causæ, nempe, meatus interni Ossium Ethmoidis, & mammillaris processus obstructio, in quo fit odoratus. Si obstruantur ventriculi anteriores, illæsis aliis partibus nasi, id dignoscitur ex vocis integritate, quæ Ossium Ethmoidis & spongiosi, atque processus mammillaris libertatem ostendit.

Odoratus abolitus

Imminutus.

Depravatus. Depravatus est odoratus, cum graveolentia omnia videntur, & ægro ipsi nares fœtere & ab assidentibus sentiuntur. Hujus symptomatis causa vera, est humor putris in lacunis illis concretus. Si putredo sit intra cranium, fœtor ab ægro non percipitur, molestus tan-

tantum iis quibuscum versatur, ut perite notat *Fernelius.*

Macula. Affectus simplices nasi externi sunt *maculæ*, scilicet lividæ, vel rubræ, quæ ipsum deturpant, delendæ vel corrigendæ fucis, si aliter fieri nequeat.

Coryza. Excretorum ametria consistit in sanguinis profluvio sive *Hæmorrhagia*, & seri fluxu seu stillicidio, quod parit *Coryzam* sive gravedinem, aut stirias continuo fluentes è naso, *ex Hippocrate lib. 6. Aph.* Quibus nares sunt humidiores, ii valetudine mala sunt.

Hæmorrhagia. In hæmorrhagia, sanguis vel è naribus scalptis & erosis fluit, vel à sinu illo longitudinali duræ meningis, qui prorepit ad nares: si reseratus fuerit acrimonia sanguinis vel ipsius quantitate post aliqualem vacuationem compescendus Vena secta brachii, nisi critice fluxerit.

Ejus Causæ. *Fernelius* sistendum putat sanguinem quoquo modo fluxerit à naribus, & ejus loco venam secare jubet, contra doctrinam *Hipp.* Sanguis qui à naso interno fluit, sisti potest, difficillime si à meningibus procedit.

Curatio. Stillicidium sanguinis in febribus ardentibus & malignis suspectum est, ut causa & signum: quia non levat, & indicat plethoram in Cerebro, atque imbecillitatem naturæ, quæ non potest sese exonerare ista sarcina qua premitur; Tum sedulo prospiciendum Capiti per revulsionem & derivationem sanguinis, & Capitis refrigerationem, metu inflammationis, aut soporosi affectus, si sanguis non fluat à naribus pro consuetudine in juvenibus, & Cerebrum doleat ex repletione, minuendus.

Veteres secabant Nasi Venas internas, quod factitari desiit, quia artificium illud ignoratur.

Fernelius villosos vermes instar digiti in naribus resimis

resimis inventos fuisse, illicque genitos scribit, qui tandem in furorem adegerunt, & è medio sustulerunt, qui vermes crediti fuere è Cerebro ejecti, sed in lacunis nasi geniti fuerant & enutriti. Nam qui in Cerebri ventriculis generantur, non possunt egredi nisi exesa vel rupta tabula cribrosa Ossis Ethmoidis.

Consideratione dignum est ad morbos Capitis, quod scripsit *Fernelius.* In hæmorrhagia non à Cerebro, sed è Venis nasi profluere sanguinem; Venæ, *inquit*, in nares non ex intimis Cerebri, sed ex oris palatique sedibus excurrunt, satis quidem detectis ac patulis, ut quasi emissarium sint supervacui sanguinis expellendi: quemadmodum & hæmorrhoides, & quæ ad uteri cervicem pertinent: ergo non levatur Cerebrum copia sanguinis onustum, si non fluat sanguis è sinubus duræ meningis, sed è Cerebro profluere credo, Venas autem aperiri arte, quæ sunt intra nares infra tabulam Ossis Ethmoidis scriptum est à *Galeno* & *Areteo.*

Sternutatio pertinere potest ad nares, quia irritatæ sternutationē provocant. Refertur etiam sternutatio ad morbos Capitis, & præsertim Epilepsiam, quia est concussio vel convulsio Cerebri momentanea. *Ex Hippocrate lib. 7. Aph.* fit calefacto aut humectato eo, quod in Capite est inani. *Sternutatio quo pertineat?*

CAP. VII.

De Collo.

Colli Nomen. PArs Capiti & Thoraci interposita, *Collum* dicitur propter asperam arteriam, & pulmones, & Capitis fulcimentum comparatum.

Longitudo. *Mediocris debet esse* longitudinis, ut sit sanum & utile cor-

corpori: nam brevius, quod constat sex Vertebris, propter Vasorum quæ feruntur in Caput brevitatem, obnoxium est Apoplexiæ, vel Cataphoricis symptomatibus. Longius quam par sit, quoniam octo constat Vertebris, phthisim tandem accersit, quia sensim plus æquo incalescentes pulmones, in tam angusto spatio concluſi, paulatim exarescunt.

Partes. *Contextum est Collum* ex pluribus partibus, quæ *dividuntur in Continentes & Contentas*; Continentes sunt Communes & Propriæ, Contentæ sunt quam plures.

Continentes *Communes duæ* numerantur Cuticula & Cutis. Continens membrana propria est tunica, nempe *Musculus latus*, qui propagatio videtur esse membranæ carnosæ. *Contentæ* sunt multiplices, nempe musculi [a] Capitis, [b] Colli, Ossis [c] Hyoidis, [d] Linguæ, [e] Laryngis, [f] Pharyngis, quibus ordine sectis & remotis, in conspectum veniunt [g] Larynx, Os [h] Hyoides, Pharynx, [i] Lingua, [k] Glandulæ, Jugulares [l] quatuor, Carotides [m] arteriæ duæ, Nervus sextæ [n] conjugationis tam descendens quam recurrens, Cervicales [o] venæ & [p] arteriæ; & istarum partium major pars in anteriore Collo sita est: In postico sunt [q] vertebræ, musculi [r] postici, Capiti & Collo movendis destinati.

Omnium musculorum explicationem reservabo *ad Myologiam*, unde repetes, si velis cujusque partis scire musculos.

In primis observandæ *Glandulæ* superpositæ thyroidi

a. T 13. f 18. T 14. f 4. &c. * b, T 13. f 18. T 14. f 2. 3. 4. * c, T 13. f 13. &c. * d, T 13. f 14. * e, f 8. 9. 10. &c. * f, T 3. f 2. 3. * g, f 8. 9. &c. * h, f 11. 12. ABC. * i, f 15. A. * k, f 16. 17. &c. * l, T 12. f 1. ee. ff. * m, f 2. aa. * n, T 3. f 8. * o, T 12. f 1. gg. * p, f 2. dd. * q, T 13. f 19. * r, T 14. f 2. 3. 4. &c. *

roidi [a] cartilagini, quæ sunt ampliores in Fœminis quam Viris. Hoc igitur ordine investigabis partes Colli, & distrahes seorsim si possis, vel eximes.

Ac primum detracto musculo latissimo, *Nervum* [b] *sextæ conjugationis* interpositum Venæ Iugulari in- *Vasa.*
ternæ & Carotidi arteriæ perquires. *Iugularis* [c] *interna* juxta Claves valvulas habet, nullas Iugularis [d] externa.

Carotis [e] *arteria* juxta ingressum Cranii Ossicula duo lenticularia tenuissima admittit, quæ obstant & resistunt sanguini arterioso impetuose affluenti.

Nervus sextæ conjugationis si stringitur utrumque in cane vivente, vocem amittit, si alteruter, vox minuitur, quod est diligenter notandum.

Postea *Os* [f] *Hyoides* considerabis, ut est suspensum *Os hyoi-*
vinculis validis ad Apophyses [g] styloides firmatum, *des.*
quomodo sustinet laryngem, epiglottidem, & linguam: Nam *Thyroidis* [h] *Cartilago* corniculis suis adnexa est Ossi Hyoidi,

Itaque *Os Hyoides* fundamentum est istarum partium, & tamen mobile in deglutitione: atque ex musculorum Ossis Hyoidis antitasi dissoluta, aphoniam consequutam vidit *Rondeletius*, ut in Paralysi. Quod notandum de isto Osse. *Glandulæ*

Præter istas glandulas incumbentes Thyroidi cartilagini, *sunt aliæ exiguæ* secundum ductum & progressum Iugularis internæ collocatæ, & feriatim dispositæ, in quas sese exonerat Cerebrum.

Sub maxilla inferiore in parte superiore & anteriore Colli, spectantur *aliæ duæ glandulæ*, quæ sæpe tumescunt, & in iis generantur *strumæ*.

a, T 13. f 1. 2. 8. * b, T 3. f 8. AB &c. * c, T 12. f 1. ee. * d, f 1. ff. * e, f 2. aa. * f, T 13. f 11. 12. A B C. * g, T 15. f 6. DD. * h, f 1. 2. 8. A. *

Ad

Ad radicem linguæ sunt [a] Tonsillæ, *Antiades* dictæ. Earum glandularum tumor & dolor *Antiagri* dicitur ab *Vlpiano*.

Omnes istæ glandulæ sunt diligenter observandæ in fluxionibus, quæ fiunt in Collo, sive producant scrophulas, sive bronchocelem.

Consideratio Medica.

Morbi colli similares.

MOrbos patitur Collum, similares ab intemperie, Organicos in prava conformatione. Si brevius vel longius fuerit, vel luxatæ vertebræ cervicis, ac potissimum secunda. In Magnitudine, si tumoribus extumescat, ut in bronchocele, strumis & angina.

Organici ut Bronchocele.

Bronchocele est tumor colli vicinus laryngi, qui originem habet ab humore ibi collecto, vel à glandula thyroidis cartilaginis productiore, quæ sarcoma producit, vel est abscessus ex atheromate, aut steatomate, vel hydrops. Bronchocele non ut plerisqve visum est, ex immodicis clamoribus, aut ex potu atque ex liquefactis nivibus, quæ Alpinis, aliisque montanis in usu est, sed ex crassa lentaque pituita, quæ eo sensim è Capite, ejusque partibus externis per auris posteriora devolvitur, ex *Fernelio*.

Dubitare licet, an materia contineatur inter musculum latum & cutem, an sub musculo lato tota sit abscondita. Nam ibi collecta materia non potest extrahi; quia spatiis musculorum insinuata.

Si extra pateat, poterit sanari, & eradicari. A flatu solet incipere, qui distendit, separatque cutem à membrana carnosa, vel ipse musculus latus à subjectis partibus separatur.

a, T15. f16. & 17.

In

In istud spatium sensim fluit materia, pro cujusque temperamento & constitutione varia.

Sensim accrescit, & nutritur, non per venas, sed per tubulos quos natura creavit.

Bronchocele longe differt à *strumis*, quæ sunt glo- *Struma.*
bosiores sub maxilla & collo distinctæ, vel conglobatæ. Ortum habent à materia pituitosa viscida, quæ imbuit & tumefacit glandulas, ideoque ubi sunt glandulæ, ibi tumores oriuntur.

Tumores scirrhosi naturam redolent strumarum, propterea suspecti, & accidunt sub maxillis, in inguinibus, in parotidibus, & per totum corpus, ubi sunt glandulæ: atque interdum in quibusdam locis, adipis portio indurata tumorem scirrhosum facit, & interdum strumosum.

Gongroni inter tumores colli externos recensetur, *Gongroni.*
Ejus causa est humor minus crassus, quam in struma, aut bronchocele.

Angina est tumor colli, vel externus, vel internus, *Angina.*
sive inflammatio interna vel externa colli.

Externa *Synanche* dicitur, interna *Cynanche*. *Galenus* horum nominum distinctionem inanem esse putat in operibus artis. Ego vero necessariam esse puto, quamvis enim generalia remedia utrique conveniant, in Cynanche ubi intercepta est respiratio, & vox, majus periculum creatur: & cum festinatione rapienda sunt remedia: imo aperienda aspera arteria, ante viginti quatuor horas, ut respirando aeri procuretur hiatus, donec pars superior laryngis pateat. Nam in ista angina, ubi nullus tumor apparet externus, solus larynx inflammatur & obstruitur. In aliis anginis circumjecti musculi aliarum partium: In Cynanche fluxio est in Arytænoide & glottide, & aliis musculosis carnibus laryngis, unde obstruitur meatus la-

 ryngis,

ryngis, & moriendum, etiamsi aliquatenus pateat via liquidis, sed nemo vivere potest sine respiratione.

Porrus intrusus faucibus, & inspersus acri pulvere, opitulari potest, ut metasyncriticum, & Vesicatorium applicatum laryngi, atque scarificationes hinc & inde circa laryngem factæ. De angina, vide *Hippocratem*, *lib. 6. Aphor. 27. & Aph. 34. & lib. 3. Progn. Aph. 49. lib. 7.*

CAPUT VIII.

De Dentibus & Gingivis.

REdeo ad partes interiores Oris, quæ ibi continentur, & oculis patent, cujusmodi sunt Dentes, Gingivæ, Palatum, Gargareon, Lingua, de quibus ordine agemus.

Dentium usus. Incipiam à *Dentibus*, qui sunt cibi comminuendi, & loquutionis instrumenta, iis enim amissis non bene conteritur, & masticatur cibus, neque loquela, sive pronunciatio verborum est clara.

Constitutio in Infantibus. Dentes aliter considerantur in infantibus usque ad biennium vel triennium, aliter in adultis.

In infantibus alternatim erumpunt, primi incisores, dein canini, postea molares, atque tantum viginti prodeunt usque ad triennium, quo tempore alii emergunt.

Isti Dentes primi dicuntur *lactei*, quibus subest alterum germen fructificaturum alium Dentem, si primus evellatur, vel sponte exciderit.

Duo notantur in pueris tempora, quibus dentium dolore excrutiantur: unum est germinationis, alterum eruptionis, atque sub dentitione *Hippocrates* omnes fere morbos pueriles comprehendit, quia varii ex doloribus dentium suscitantur, quibus infantes enecantur.

In

In adultis dentes distribuuntur in duos [a] ordines ratione utriusque maxillæ, & in unaquaque numerantur quindecim, vel sedecim dentes, atque triplices existunt: quatuor primores in parte anteriore maxillæ siti *Incisores* [b] dicuntur.

Iis adstant *Canini* [c] *duo*, dein claudunt aciem dentes ex utroque latere, *quinque* [d] *Molares*. Infixi sunt immobiliter per articulationem gomphosim, cavernulis, quæ *Alveoli* dicuntur,

Dentium Alveoli.

Nectuntur & firmantur *Ligamentis* propriis, atque *gingivis*. Recipiunt *Nervos Venas* & *Arterias* intra suas radices, quæ cavæ sunt, ideoque dolent præ cæteris Ossibus: pars externa & exerta *basis* dicitur, pars interna, *radix*, quæ duplex, vel triplex existit.

Vasa.

Consideratio Medica.

MOrbi dentium in infantibus habent duo tempora, quibus discruciant & enecant. Unum germinationis, quod appellatur *Odaxismos*, quo intumescunt & inflammantur gingivæ, & febres exoriuntur, vomitus assiduus, fluor alvi: Alterum est eruptionis tempus quod ὀδοντοφύα nominatur, quando dentes erumpunt, tumque infantes pessime laborant, doloribus vexati.

Morbi Dentium *in Infantibus.*

Adultorum dentes variis morbis tentantur, *Intemperie*, *Ariditate* senili, & *Laxitate*, dum mobiles evadunt: morbis organicis in *numero deficiente*, dum cadunt: vel *excedente* in duplici ordine, vel triplici: vel quando unum est os pro dentibus.

In Adultis.

In magnitudine longiore, vel breviore, dum elongantur dentes dimoti, vel sunt minutuli & attriti. *In situ*, quando sunt distracti, vel inferiores, non re-

a, T15. f3. * b. T15. f6. m. * c. T15. f6. nn. * d, T15. f6. oooo. *

ſpondent ſuperioribus, vel ſuperiores includuntur inferioribus, vel cum dentes in palato enaſcuntur.

Symptom: *dentium ſunt.* Morbi *communes* ſunt, quando carie eroduntur, vel franguntur dentes.

Hæmodia. *Syptomata* ſunt tactus proprii læſio, quæ *Hæmodia* dicitur, vel tactus communis oblæſus eſt, qui parit *Odontalgiam*, vel odontagram inſtar fluxionis arthriticæ. *Odontalgia.* Dolor dentium maximis tormentis anumeratur, *ex Celſo, lib. 6. c. 9.* quamvis ſit exigua particula.

Affectus ſimplices dentium ſunt *Nigredo, Rubigo*, & *Lentor* viſcidus, fortioris febris ſignum *ex Hippocrate*, vel incruſtatio tophacea.

Fœtor. Symptomata in *Excretorum Ametria* ſunt *Fœtor Dentium*, *Excreſcentia*, *Vermes*, qui naſcuntur intra dentium cavitates, vel *Fluxus Sanguinis* ab evulſo dente immodicus, & interdum lethalis. *Excreſcentia.* *Vermes.* *Fluxus ſanguinis:* Vide *Duretum in Coacis*, ubi explicat etiam quid ſit colliſio dentium in morbis.

Ariditas dentium in ægrotantibus, convulſionem, aut delirium prænunciat.

An in locum evulſi dentis alius ſubſtitui queat? Quæſtione dignum. An in locum evulſi dentis, eodem momento alter ſubſtitui queat, qui intruſus alveolo, firmiter affixus hæreat, gingivarum carne poſtea veſtiatur, nec aliis diſſimilis, maneat, maſticationi cum aliis inſerviens.

Qui conſiderabit dentes vitam habere, venulas, arteriolas, & nervulos recipere, ſentire, dolere, vinculis adſtringi & firmari: nunquam affirmabit dentem alienum, adulterinum, alveolo intruſum, in locum evulſi reddi ſimilem aliis dentibus, eodem officio fungi, & peræque tenaciter hærere.

Hoc tamen volunt perſuadere quidam Medici, ut faveant *Normano Odontagogo*, mihique incredulitatem & inſcitiam exprobrarunt.

Con-

Dentes unde accipiant ſua Vaſa? Conſiderare oportet foramina maxillæ ſupernæ & infernæ, per quæ traducuntur nervi, venæ & arteriæ, quæ radicibus dentium inſeruntur.

In maxilla ſuperiore arteria perreptat antitragum auris, ibi uritur, & huic loco, atque ſupra tempora emplaſtrum adſtringens admovetur ad venas fluxionis intercipiendas.

Arteria in maxilla inferiore prope angulum repit, & ubi pulſat urenda, vel topica admovenda in dolore dentium maxillæ inferioris.

Fungus oſſeus alveoli ut exſtirpadus. Interdum *Fungus Oſſeus* ex alveolo dentis enatus, ita excreſcit, ut os repleat, tandemque ſuffocet, niſi provideatur per exciſionem etuſtionem.

Obſervabis *Cerebrum* nocere dentibus deſtillatione, *Ventriculum* efflumatione, & ſaliva acriore: *Pulmonem* etiam aliquid conferre ad læſionem dentium.

Dentes an omni ætate renaſcantur? Palingeneſiam dentium fieri, & in quavis ætate renaſci *dentes certum eſt*: non eſt tamen fidendum huic regenerationi poſt ſeptennium.

Ad deterſionem *dentium* apud *Fernelium conſilio 96.* reperies aquam *mirabilem*.

CAP. IX.

De Gingiva.

Gingivarum conſtit. nat. GIngivæ ſunt carnes dentibus circumjectæ, quæ tegunt alveolos dentium foris & intus, ſed foris ſunt latiores, & tumentiores: *Luxuries* carnis integens quam par eſt dentes, dolorifica eſt, maſticationem impedit, *Lacciditas* quoque moleſta eſt, quia mobiles reddit dentes. p. n. *ut*

Parulis. Epulis. Cancer. Inflammatio Gingivarum *Parulis* dicetur: ſi ab ulcere excreſcat Caro, *Epulis* dicitur: interdum *Cancrum* patiuntur, & ſanguinem fundunt ſæpius immoderatum.

Aphtha. Gingivæ exeduntur ab ulceribus, quæ *Aphthæ* dicuntur: malignæ sunt in morbo scorbutico, sive *stomachace* veterum, sive oscedine.

Sunt adeo malignæ interdum aphthæ, ut erodant linguam, gargareonem & tonsillas, absque suspicione virulentiæ venereæ, quales descriptæ *ab Aretæo*, quales apparent in morbo hispanico strangulatorio, qui *Garotillo* hispanis appellatur, & Neapolitanis frequenter accidit, & appellant ulcus *Syrianem* faucium: forsan à commercio & contage Hispanorum, quibus strumæ familiares; ac proinde malignus humor strumarum talia symptomata in ore & faucibus producit.

CAP. X.

De Palato.

Palati structura. PAlatum [a] est oris fornix sive concameratum, quod est os tenuissimum, vestitum cute [b] nervosa, corrugata, ratione asperitatum sive crenarum quæ sunt ossi insculptæ: Ideoque tenaciter affixa est ossi, quod caret periostio.

Caries Istud os tenerrimum in lue venerea sæpe *carioſum* evadit, perforato palato, nisi mature prospiciatur, sive labes contracta fuerit in ore, sive intra nares: quod foramen masticationi, & loquutioni plurimum obest, nisi obturetur lamina, vel cotone, aut spongia.

CAP. XI.

De Gargareone & Isthmo.

Vvulæ Vſus. AB extremo [c] Palato dependet [d] *Gargareon*, sive *Vvula*, particula carnosa, quæ homini ad loquutionem, & quibusdam avibus, quæ hominis loquelam imitantur, concessa; ideoque ad sermonem tanquam vocis plectrum extremo Palato apposita, & appensa est: sic enim appellatur *à Paulo Æginetа*, *lib. 6. cap. 51.*

a, T 15. f 5. LL &c: * b, T 13. f 15. D. * c, T 13. f 15. D. * d, T 13, f 15. A. *

Impedit etiam liquidorum refluxum in nares, atque etiam depurat aerem Laryngem subeuntem; Unde quibus deest, vox rauca evadit, potus portio refluit in nares, & propter impuritatem aeris hausti, tabes succedit. Musculos [a] habet ad motum, quamvis obscurum, vel potius ad suspensionem, de quibus agitur *in Myologia*, *lib. 5.* *Musculi.*

Huic particulæ adjuncta sunt *ligamenta lateralia*, quæ expansa & dilatata à fluxione, alas vespertilionum referunt, & multum incommodant. Naturaliter debent esse sicca, & versus os palati revulsa: sunt duplicia, & includunt tonsillas [b] glandulas. *Ligamenta.*

Consideratio Medica.

HÆc particula nempe *Gargareon inflammatur*, *intumescit*, *elongatur* & *gracilescit.* Inflammata vuam refert, *& Staphyle* dicitur. Si columnam exprimat, *Columella*, & *Chion*; si laxior sit ab humore, *Chalasis* Gargareonis nuncupatur, tum contrahitur & revellitur, vel sale, vel pipere aspersa, quibus humor partis exsiccatur. Morbi. *Staphyle.* *Columella* *Chalasis.*

Si nimium propendeat, abscinditur ejus portio; si membranæ laterales relaxentur *Imantis* dicitur *ab Aretæo*, qui eleganter istorum ligamentorum relaxationem describit *lib. 1. de causis acutorum c. 8.* De Gargareone vide *Hipp. 3. progn. sent. 31.* *Imantis.*

a, T 13. f 15. BB CC. &c. * b, T 13. f 17. & 17. *

Isthmus.

Isthmus quid?

ISthmus est locus, sive spatium inter Laryngem & Pharyngen, in faucibus situm, tanquam arcta terra inter duo maria, quæ *Isthmus* dicitur.

Tonsillarum affectus. p.n.

Glandulæ ibi appositæ [a] *Antiades* dicuntur, & *Paristhmia*. *Tumor* istarum glandularum iisdem nominibus indigitatur, quibus tonsillæ inflammatæ: interdum ita *excrescent* & intumescunt, ut instar pomi utrimque descendant in fauces, & deglutitionem atque respirationem impediunt.

Sæpius *inflammantur & abscessum* patiuntur, tum scalpello profunde pungendæ, ut sanguis, aut pus exeat, alioqui suffocarent. Aliquando *Carcinosæ* evadunt, tumque nulla salus expectanda ex Medicina.

CAP. XII.

De Lingua.

Lingua

LIngua gustus, sermonis, & deglutitionis instrumentum: *substantia* [b] constat carnosa, & fungosa, tenui membrana succincta. Quamvis *Vnica* appareat, est tamen divisa in duas partes, quæ sunt ita separatæ, licet stricte connexæ; ut una pars resolvatur altera illæsa, & una pars affici & infici pravo colore potest, intacta altera.

Substantia.

Numerus

Sita est in ore & faucibus, basi [c] Ossis Hyoidis suffulta, & vinculo forti alligata. *Situm hunc* peroportunum obtinuit, ut morborum in tribus cavitatibus trunci corporis latentium esset index: Nam istarum partium, nempe Ventris, Thoracis & Capitis humi-

Situs.

a, T13. f16. & 17. * b, T13. f14. A. &c. * c, T13. f11. & 12. A *

dis

dis & fuliginosis excrementis imbuitur & inficitur, atque humoribus in corpore dominantibus concolor evadit.

Itaque cum sit gustus, loquutionis, & animi instrumentum, tribus istis regionibus, & principalibus visceribus respondere & communicare debuit: ideoque ut urina in omnibus morbis inspicitur & exploratur, sic lingua diligenter inspicienda, *ex Hipp. lib. 6. Epidem. sect. 3. text. 14.*

Lingua lotium significat: quod confirmavit *Galenus, Commentario ad hunc locum.*

Magnitudo linguæ consideranda; Nam secundum naturam debet esse oblonga medii digiti longitudine; Crassitie vix ejusdem digiti crassitiem æquare, latitudine duos digitos non debet excedere; Talis est naturalis magnitudo linguæ, ut sit expedita ad loquendum, alioquin crassa, oblonga, & lata multum incommodat loquutioni.

Magnitudo.

Pars [a] acuminata, quæ alliditur dentibus, *Prosgloßis* dicitur: pars lata imis faucibus abscondita *basis* [b] *linguæ*. Ne multum excurrat, vel oberret, vinculo suppositio retinetur, quod *Frænum linguæ* vocatur.

Prosgloßis.

Frænum.

Habet venas à Iugulari, arterias à Carotide, venæ sub linguæ, *Hypoglottides* sive *Ranulæ* dicuntur: & *duæ Glandulæ* ibi locatæ etiam *Ranulares* appellantur: In quibus globosis & duris rudimentum elephantiasis concipitur, ut declaratur in labris tumentibus, tuberculis faciei, linguæ crassitie. *Nervos* [c] habet ad sensum gustus, & ad motum. Nam licet ex se volubilis sit in loquutione, tamen ad motus validiores masticationis, deglutitionis, & sputationis, musculis [d] indiget, de qnibus tractatur *in Myologia*; *lib.* 5.

Vasa.

Glandulæ

Musculi.

a, T13. f14. A. * b, T13. f14. BB. * c, T13. f14. aa bb. * d, T13. f14. BCDE. *

Consideratio Medica.

Linguæ Morbi.

Lingua varios patitur morbos, similares, Organicos, & Communes. Nam intemperie afficitur qualibet, substantiæ laxitate sive mollitie, duritie, densitate, & raritate. Morbo organico tentatur, cum major apparet in omni dimensione, nec septo dentium potest coerceri. Inflammatione dum exoritur batrachium sub lingua, & abscessum facit: Ex quo aperto, muccus effluit, ovi candido similis, interdum verum pus; si sede sua aliquatenus dimoveatur, id pendet ab Osse Hyoide, vel ejus musculis, aut paralyticis, aut convulsis.

Similares

Organici.

Communes.

Sæpe *ulceratur* Aphthis simplicibus, interdum malignis, quibus putrescit, exeditur, & absumitur.

An substantia ejus regeneretur?

Ejus substantiam regenerari posse constat historiis quam plurimis, eaque adempta vocis articulatæ beneficium non prorsus adimi.

Visi fuere qui sine lingua loquerentur satis distincte, ut possent intelligi, sed forsan remanserat portio linguæ in imis faucibus, quæ cum glottide & gargareone voces articulabant.

Symptomata.

Linguæ symptomata primi generis duo sunt, loquelæ & gustus læsio. Loquelæ læsio triplex est, abolitio, imminutio, & depravatio. Abolitio loquelæ, ἀλαωδία dicitur. Depravatio loquelæ, distinguitur in Traulotim, Psallotin sive Balbutiem. *Traulotis* est cum littera aliqua non pronuntiatur, ut *Psellismos*, cum litteræ variæ non proferuntur. *Ischnophonia*, hæsitantia linguæ, cum non possunt in loquendo progredi, & sæpe eandem syllabam repetunt. *Anchylogloſſos* & *Mogilalia* dicitur, quando frænum linguæ vel strictius, vel laxius est.

Ἀλαωδία.

Traulotis

Psallotis.

Ischnophonia.

Mogilalia

Gustus læsio triplex, nullis distincta nominibus: abo-

aboletur enim, depravatur & imminuitur. *Depravatio* gustus est cum lingua aliquo pravo imbuta est humore. Inde fit ut quod deguſtat cum penetrat linguæ substantiam, simili sapore, quo perfusa est, percipit. *Aboletur* gustus, cum nullum saporem persentit;

Gustus vitiatus.

Motus totius linguæ aboletur in paralysi, imminuitur in dimidia linguæ paralysi, citra ullam gustus offensionem. In totali paralysi linguæ motus apoplexiæ gravis impendet, quamvis *Fernelius* viderit nullam consequutam fuisse; sed non est fidendum, *venienti occurrite morbo.*

Paralysis.

In totali paralysi obmutescunt ægri: in dimidia depravate loquuntur.

Affectus linguæ simplex est *color*, non tantum ab idiopathia, sed potissimum ex sympathia viscerum.

Color pravus.

Linguæ tremor, sive iectigatio observatur in morbis Cerebri, qui Phrenitidis. index est apud *Hippocratem in Coacis.*

CAP. XIII.

De Larynge.

Larynx est caput [a] arteriæ, modulandæ vocis instrumentum, atque canalis inspirandi atque exspirandi aeris.

Larynx

Situs est in parte anteriore Colli, quod *guttur* dicitur.

Situs.

In viris magis prominet, quam in mulieribus, quæ duas glandulas ipsi appositas tumidiores habent, collum adæquantes, sic enim adimunt istam protuberantiam deformem, quæ spectatur in viris.

Cartilagines.

Constat quinque Cartilaginibus, quarum duæ grandiores laryngis corpus constituunt: prima est [b] *Thyroides*

Thyroides

a, T13. f 9. & 10. EE. * b, T13. f1 & 2. f. 8, A*

des

Cricoides. des, secunda [a] *Cricoides:* hæ duæ sunt ampliores, & duriores. Tertia est [b] *Arytænoides*, quæ imposita est Cricoidi, & claudit laryngem. Intus observatur quarta, quæ [c] *Glottis* dicitur, præcipuum modulandæ vocis instrumentum, quæ constringitur & dilatatur cum Arytænoide, sed Arytænois cum Glottide in inspiratione, tam fortiter clauditur, ut obsistat contranitentibus musculis Thoracis & Abdominis, ad impediendam expirationem, qua laxantur omnes musculi, & cessat expulsio ab inferioribus partibus. *Glottis* sola agit in modulatione vocis.

Aristænoides.

Glottis.

Epiglottis. Ne quid autem solidi vel liquidi incidat in laryngem, operculum obtinuit, quod [d] *Epiglottis* dicitur. Semper patet elevata ad respirationem, nec deprimitur nisi pondere præterlabentis liquidi, vel solidi alimenti.

Totus larynx *mobilis est ascensu & descensu*, ad deglutitionis facilitarem ope musculorum.

Motus. Præterea *Cartilagines* duæ separatim moventur, *Thyrois & Arytænois.* Prima dilatatur & constringitur, Altera clauditur & aperitur. Sunt enim isti motus contrarii, qui perficiuntur à musculis [e] separatis, exortis à Cricoide cartilagine immobili, quæ cartilaginibus & musculis firmandis apposita est, pro fundamento, ad formandum circulum laryngis. De musculis dicetur in *Myologia.*

Musculi.

Larynx [f] quamvis sit cartilaginea, in senibus Ossea evadit, & in quibusdam talis observata fuit, qui strangulari non potuere in patibulo; nec tantum larynx, sed etiam Canalis asperæ [g] arteriæ cartilagi-

a, *T* 13. *f* 3. & 4. *f* 9. & 10. DD. * b, *f* 5. & 6. *f* 10. *aa.* * c, *f* 10. *infra* A. * d, *T* 13. *f* 7. 9. & 10. AA. * e, *f* 8. 9. 10. &c. * f, *f* 9. & 10. *inter* A & E. * g, *f* 9. & 10. EE. *

nosus,

nosus. Talem fuisse oportuit, aut chorda crassior fuit, quam potuerit in istis partibus vim facere, & dilacerationem.

Consideratio Medica.

Larynx *Intemperie* laborat, *Tumore*, & *Inflammatione*, quod dum accidit, loquelam & spirationem intercipit, atque strangulat sine tumore externo. Laryngis *Affectus p. n.*

Constante mente & sensibus integris, intra quindecim vel viginti horas hominem jugulat. Horrendum symptoma, in quo præter generalia remedia, si nihil proficiat, neque colli scarificatio, ad *Bronchotomiam* deveniendum. *Angina.*

Atque hic morbus est *Angina Hippocratis* perniciosissima: liquida penetrant in Ventriculum, sed spiratio omnimoda præcluditur, ac proinde cito moriendum.

Actio laryngis spiratio est, ac vocis modulatæ formatio. Vocis privatio *Aphonia* dicitur. Depravatio, *Raucedo*, vel vox clangosa. *Aphonia.* *Raucedo.*

Imminutio est ἰσχνοφωνία. Respirationis interceptio, ἀπνοία; imminutio δυσπνοία. Ἰσχνοφωνία. Ἀπνοία. Δυσπνοία

Utraque actio læditur, vel proprio affectu laryngis, vel partium vicinarum, vel remotarum, præsertim pulmonis, à quo vocis materia suppeditatur, & respiratio procedit. Nam larynx intercludit tantum vias respirationis.

Epiglottis suos patitur morbos, vel *laxatur*, vel nimium *constringitur*, & arctatur, vel *durior* evadit, unde deglutiendi difficultas. Sunt qui solida facilius deglutiunt, quam liquida, tum Epiglottis durior: nec deprimitur, nisi pondere solidi alimenti, cum quo profluunt liquida. Epiglottidis Morbi.

Cum laxior est à catarrho, non potest commode erigi

erigi, quando arctior, & anguſtior, non exacte operit *Arytænoidem*: ideoque micæ panis & liquidæ deerrant in laryngem.

Natura huic incommodo providit, dum ad latera glottidis, quæ fere ſemper connivet, appoſuit & finxit cavitates, quæ recipiunt portiones potulentæ & eſculentæ materiæ præterlabentis, & tuſſiendo extruduntur.

CAP. XIV.

De Aſpera Arteria.

Tracheæ Vſus.

IN collo antico *Aſperæ Arteriæ* [a] canalis ſitus eſt, reſpirationis & vocis inſtrumentum, quatenus traducit aerem ad pulmones & fuligines exeuntes, vox etiam ibi formatur, & articulari incipit.

Cartilagines

Conſtat ex pluribus cartilaginibus ſemicircularibus, quæ ſunt inter ſe diſiunctæ, nec parte poſtica circulum complent, quia imperfectæ, propter Oeſophagum ſubiectum, canalem alimenti liquidi & ſolidi.

Membrana.

Aſpera arteria intus oblita eſt membrana, quæ ab ore protenditur in hujus canalis & Oeſophagi partes penitiores.

Conſideratio Medica.

AFficitur aſperæ arteriæ canalis *intemperie* calida, aut frigida cum humore à Cerebro delabente, inde βράγχος, raucedo, quæ lædit vocem.

An vulnera ejus ſanabilia?

Vulneratus Canalis poteſt ſanari, atque ſecure poteſt incidi ſub larynge inter duas Cartilagines, in præfocante Angina.

An in ſtertore ſuffocante idem tentandum, cum æque tuto id adminiſtretur? ut liquor dulcis attenuans

a, T 13. f 9. & 10. EE. *

& in-

& incidens aſſumi, vel introduci queat, ad incidendum ſputum, & provocandam anacatharſim, ſi fieri poſſit, nec dolor tuſſiendo impediat?

CAP. XV.

Oeſophagus.

Pharinx quid?

OEſophagus [a] via cibi eſt ad ventriculum, ejus principium dicitur *Pharynx*, qui movetur ope muſculorum [b] ad detruſionem ciborum, ſive deglutitionem.

Oeſophagi Membrana.

Componitur ex membrana propria carnoſa, fibris rectis & circularibus contexta. Habet aliam tunicam internam [c] ab ore productam.

Intra Thoracem, ut cedat Aortæ relictâ ſpinâ paulum ad dextram inclinat, & contorquetur.

Glandulæ duæ iſtam inflexionem ſuſtinent, utrimque & ſiſtunt, quæ imbutæ & tumefactæ aliquo humore, magnum impedimentum adferunt deglutitioni. *Glandulæ*

Obſtructio.

Sæpe ejus extremitas, quæ jungitur ventriculo, & *ſtomachus* [d] *dicitur*, obſtruitur à tumore, vel œdematoſo, vel ſcirrhoſo, qui tandem exulcerat & lethum adfert.

Id vitium dignoſcitur ex difficili deſcenſu ſolidi alimenti in ventriculum, quod ibi aliquando moratum, ſæpe revomitur.

Finis Libri Quarti.

a, T 3. f 2. EE. f 3. EF. &c. * b, T 3. f 2 & 3. ABC. &c. * c, T 3. f 3. E. * d, T 3. f 3. H. f 4. A. *

JOAN-

JOANNIS

RIOLANI,

Profeß. Regii,

ENCHEIRIDII ANATOMICI ET PATHOLOGICI

LIBER V.

CAP. I.

De Artubus.

Ratio tractationis.

ABSOLVTO corporis Trunco, ad Artus progredior, quorum Musculos, Venas, Arterias & Nervos, & earum partium morbos explicabo, quod non potest fieri sine dissectione Anatomica.

Sed priusquam ad hoc opus accedam: contemplari convenit externam artuum conformationem, simulque venas, quæ secantur demonstrare, & quibus in locis cauteria apprimuntur.

Artuum partes componentes.

Artus componuntur ex Cuticula, Cute, Membrana adiposa, Carnibus musculosis, Venis, Arteriis, Nervis, Ossibus, Ligamentis, Cartilaginibus, Glandulis. Partes istas sic partiri lubet in Artubus, ut in trunco corporis feci, in *partes Continentes & Contentas.*

Continentes sunt Cuticula, Cutis, Membrana adiposa, Membrana communis musculorum. Reliquæ partes sunt *Contentæ*, quæ ab istis comprehenduntur. De *Cuticula & Cute* nihil repeto, quoniam ubique similes,

miles, & ædem spectantur. *Membrana adiposa* in manu ab Carpum extensa est, in pede fere ab inguine usque ad malleolos.

Postea succedit *Membrana Communis* musculorum, quæ comprehendit musculos in suo situ naturali. In Crure ejus locum occupat *Fascia lata.*

Consideratio Medica.

Morbi Cutis.

CUtis morbi universales sunt *Intemperaturæ* variæ, simplices, vel cum humore: si cum humore cutim exasperant, vel tumidam reddunt, unde *Scabies, Psora, Morphæa, Porrigo: Leuce*, sive alphus seu Vitiligo, *Lichen* sive impetigo, *Pruritus, Pustulæ, Phlyctenæ, Hydroa, Psydracia, Verucæ, Porri, Nævi, Terminthi, Epinyctides, Herpes Militaris, Phthiriasis, Fissuræ Cutis, Ecchymosis*, sive suggillatio, *Variolæ, Morbilli, Lues Venerea, Elephantiasis.*

Carnis.

Carnes vero infestant & occupant, omne genus tumorum, *Inflammatio & Carbunculus, Erysipelas, Oedema, Scirrhus, Cancer, Tumor aquosus, Flatulentus*, abscessuum omne genus, *Steatoma, Atheroma, Meliceris, Vlcus, Vulnus, Gangræna.*

Corporis habitus athleticus est periculosus, rationem adfert *Hippocrates, lib. 1. Aph. 3.* Ubi quis habitior est, suspecta debet habere bona sua, inquit *Celsus*, & ex *Hippocrate in Aphorismis*, Obesi vita brevior est, quam gracilis corporis. Atque sunt alsiosii, qui calido sunt ventriculo.

Vasorum.

Venæ & Arteriæ habent suos morbos peculiares: Nervi suos proprios; *Articuli* suos; *Ossa, Fracturam, Luxationem, Cariem, Exostosim, Ariditatem*, & alia id genus quæ in Ossibus explicabuntur.

Ossium.

CAP. II.

De Artubus Superioribus.

Artuum divisio generalis.

ARtus *tam superiores, quam inferiores* dividuntur in tres partes præcipuas, *Manus* in [a] brachium, [b] cubitum, & extremam [c] manum. *Pes* in [d] femur, [e] Tibiam, & extremum [f] pedem. Atque cum tota manus dependeat ab [g] Omoplata, ut totus pes ab Ischii [h] Osse, & isthæc Ossa non referantur ad spinam, satius est inde repetere artuum principia, scilicet manus à scapula, pedis ab Osse Ilium.

Specialis.

De Ossibus hic non ago, sed tantum de membris istis quatenus integra, & indivisa, priusquam anatomice secentur.

De Scapula & Brachio.

Glandulæ axillares.

SCapula [i] juncta cum [k] brachio articulum facit: in flexu articuli subtus collocatæ sunt *glandulæ*, quæ perhibentur emunctoria Thoracis, sive Cordis, ut *Parotides* Cerebri. Locus ubi jacent, *Axilla* dicitur.

Morbi *Glandularum.*

Glandulæ istæ frequenter *Intumescunt*, *Abscessum Patiuntur*, *Strumosæ fiunt* & *Bubonem* proferunt etiam venereum, ut in Inguine.

Articuli totius.

Articulus iste obnoxius est *Luxationi*, sed frequenter *Arthritidi*, *Rheumatismo*, aliisque fluxionibus tentatur. *Fœtor* axillarum ab istis glandulis procedit.

De quo lusit eleganter *Martialis*.

Lædit te quædam mala fabula, quæ tibi fertur
Valle sub alarum trux habitare caper:

a, T21. f1. C. * b, f1. DE. * c, f1. FGHI. * d, f1. K. * e, f1. MN. * f, f1. OPQ. * g, f1. A. * h, f 4. A. * i, f1. A. * k, f1. C. *

Hunc

Hunc metuunt omnes, neque mirum, nam
mala valde est
Bestia.

De Cubito.

Articulorum harum partium Morbi.

BRachii [a] cum [b] Cubito articulatio difficilius luxatur, fluxiones admittit, quæ varios ibi pariunt tumores curatu difficiles: Cui nisi diligenter provideatur ipsa ossa alterant, incurvant cubiti articulum ex Anchylosi intra cavitates facta, qui sic inflexum & incurvatum habent Cubitum, γαλιασγόνες dicuntur *ab Hippocrate*.

Si talis curvatura fiat à retractione musculorum, facilius curatur, quam à repletione cavitatum ab humore crasso, viscido, condensato & resiccato.

Articulus Cubiti cum Carpo multis morbis obnoxius est, *Arthritidi*, *Rheumatismo*, *Ganglio*, quod tendones musculorum occupat, *tuberculis pituitosis*, aliisque tumoribus.

De Manu extrema.

Manus extremæ Morbi.

EXtrema *Manus* dividitur in [c] Carpum, [d] Metacarpum & [e] Digitos: istis partibus communes sunt morbi jam commemorati, nisi quod morbus in numero frequenter accidit infantibus ab ortu, nempe sextus digitus pollici adnatus, vel minimo digito; Hic facile *sectione* extirpatur.

Vngues.

Morbi Vnguium.

DIgitos terminant Ungues, tanquam clausulæ, qui variis morbis sunt obnoxii in figura, magnitudine, dum *crassi* evadunt, *rugosi*, *inæquales*, *scabri*, &

a, T21. f1. C. * b, f1. DE. * c, f1. F. * d, f1 GH. * e, f1. I.

adunci incurvantur tanquam leprosis, *finduntur* etiam, *decidunt* ex morbis, & regenerantur; Unguium *color* in morbis mutatur, sed gravissimo affectu tentantur, qui *paronychia*, sive *panaritium* dicitur.

Humor serosus & acerrimus sub ungue juxta os generatur, qui acerbissimos & intolerabiles excitat dolores, atque inflammationem manus, tandem brachii accersit, nisi secta digiti pulpa usque ad os humor educatur.

Pulpæ digitorum.

Pulpa digiti sæpe *corrumpitur*, *putrescit*, & nonnunquam articulus postremus digiti ex sphacelismo ossis exscindendus.

Paronychia quid?

Paronychia Græcorum levis est affectus, qui *reduvia* dicitur, nempe fissura ad unguis radicem, quæ non afficit tendones & nervos extremorum digitorum, ut *Panaritium Arabum*.

Ex unguibus divinationem instituere veteres Philosophi, & Medici: qua de re *Camillus Baldus* nuper commentatus est.

CAP. III.

De Artubus inferioribus.

Inferiorũ artũm Morbi.

ARtus inferiores *dividuntur* vulgo *in* tres partes, *Femur*, *Tibiam* & *extremum Pedem*; Os Ilium adjungitur cruri, & ab eo mensura pedis, atque longitudo repetenda; In flexu ossis Ilii & femoris sitæ sunt plures glandulæ, supra & infra, in quibus bubones varii pestilentes, venerei, & à causa communi exoriuntur, de quibus actum est. *cap. de Peritonæo.*

Artus isti inferiores sunt obnoxii iisdem morbis quibus tentantur superiores, quos non repeto. Sarcoma frequens *in parte postica* ex contusione femorum à longa & dura sessione sive equitatione. Eleganter sar-

sarcomatis materiam exponit *Fernelius*.

Non ex humoris cujusquam fit affluxu, sed ex solo partis alimento, hæc enim quia aut intus, aut foris exulcerata est, ni cohibeatur, assiduo alimenti accessu diffunditur atque luxuriat, sæpe etiam venarum, & arteriarum instar ductus producit, per quos alimentum sumit. Sic integrâ cute cum subjecta caro contusa ruptaque est, ingens tumor sensim exurgit, qui cæterarum partium more alimentum capessit, nullo quidem dolore, sed exquisito sensu, & naturali calore præditus. *In articulo femoris* circum cavitatem ossis Ischii generatur Arthritis, quæ Ischias dicitur; si humor influat in acetabulum & exorbitare cogat caput femoris, morbus hic in situ curatu difficilis, claudicationem tandem adferet.

Ischias. Vera.

Si humor acerrimus putris erodat, & cariem inducat articulo, phthisim coxariam producit, quæ sensim ducit ad interitum. Si ad exortum magni istius nervi, qui posticas pedis partes perreptat, humor influat: *Notha Ischias* excitatur.

Phthisis Coxaria.

Ischias Notha.

Tumores genu sive ab humore pituitoso, sive ab inflammatione, sunt sæpe periculosi, vel diuturni, & ambulandi actionem impediunt, tandemque ad mortem præcipitant.

Tumores genu.

Pes dividitur in [a] Tarsum, [b] Metatarsum, & Phalangem [c] digitorum. Tharsi primum os [d] *Perna*, patitur morbum à frigore, vel fluxione, qui *Pernio* dicitur, & cum istud os excipiat tendonem crassissimum, si contundatur & vulneretur, mortem inevitabilem, ex ipsis convulsionibus accersit. Digiti pedum ex compressione & strictura calcei *Callos*, sive *clavos* contrahunt dolorificos, quorum incauta extirpatio, interdum *gangrænam* intulit.

Pernio.

Clavus.

a, Tzi. *f*1. O. * b, *f*1. P. * c, *f*1. Q * d, *f*5. B. *

Pedum. *Elephantiasis.*

Totus pes à flexu inguinis usque ad digitos, tumorem insignem durum & fœdum concipit, qui *Elephantiasis Arabum* dicitur, quia elephantis pedes refert. Sed potissimum *tibia & pes* obnoxii sunt *fluxionibus*, sive accidant convalescentibus ex decubitu humoris, *Tumores.* sive primario affectu ex cachexia istarum partium.

Præcipua materia tumorum est flatus, vel aqua, vel viscidus & pituitosus humor, qui producit Oedema.

Nonnunquam digiti in pede excrescunt est in manu, vel deficiunt. *Gemursa*, tuberculum sub minimo *Conformatio mala.* pedis digito, gemere faciens.

Morbi In Prava Conformatione tibiæ & pedis, sunt frequentes, inde nomina *Vari, Valgi, Compernis, Scauripedæ, Pansi, Attæ, Plauti*, idque in adultis & infantibus.

Quidam ab ortu contrahuntur, alii ab infantia, ex mala fasciatione infantium, vel gestatione, dum ulnis comprehensi circumferuntur interdum pes alter brevior est, alter longior, quod adfert *Claudicationem.* *Fœtor.*

Pedum *Fœtor* est intolerabilis ex nimio sudore & calore istarum partium; qui debet emendari. Frequenter *Paralysis.* *Paralysis* inferiorum artuum accidit ex defluxu humorum è mesenterio, in nervos Lumbares, sæpe notha Ischias totum crus ad talum usque infestat quocumque pertingit crassissimus ille nervus qui ab *Dolores Genu.* Osse sacro emanat. *Genu* dolores sunt acerbissimi, qui fortes lacrymari faciunt propter consensum genuum cum venis in Utero. Atque *ex Plinio*, Vitalitas ineat *Plin. l. 6. c. 21. fin.* ipsis genibus, fluxiones quæ fiunt ad istum articulum ex humore pituitoso sunt diuturnæ, periculosæ, curatu difficiles, judicio *Ambrosii Parei*, quod confirmat *Vulnera Tali.* experientia quotidiana, atque in *Talo* percussio aut Vulnus, læso, contuso, aut vulnerato illo magno tendine

dine mortem adferunt, non sine magnis convulsionibus, *ex Hippocrate.*

CAP. IV.

Quibus in locis communiter Cauteria admoventur.

NUnc quibus in locis convenit admovere Cauteria, tanquam fonticulos & emissaria ad expurgationem serosi humoris, fluitantis per vasa, vel intercutanei demonstrabo. Incipiam à Capite. *Locus Cauterii. In*

Inprimis ad concursum futuræ sagittalis, & coronariæ, apprimitur. Deprehenditur locus, si carpus ægri naso imponatur, quo pertinget medius digitus, ibi admovebitur Cauterium. *Vertice.*

In cavo occipitii si cavitas reperiatur apta, alioquin additamentis futuræ lambdoidis, utrimque applicatur. *Occipite.*

Item in cavo posticæ auris in affectibus oculorum & aurium. *Syncipite.*

Item utrimque ad angulos superioris omoplatæ admoventur juxta spinam. *Scapula.*

Interdum utrimque in collo ad tertiam vel quartam vertebram. *Collo.*

In brachio medio inter deltoidem & bicipitem applicatur. *Brachio.*

In pectore duo vel tria secundum ejus longitudinem in affectibus Thoracis & Pulmonum. *Pectore.*

In flexu natium ad extremitatē gloutiorum musculorum, ubi percipitur motio femoris supra articulum, admovetur pyroticum in perfecta Ischiade, quando humor occupat cavum articulationis. *Femore.*

Admoventur Cauteria interno femori duobus digitis supra genu, atque etiam internæ tibiæ duobus *Tibiâ.*

digitis infra poplitem.

Lumbis. Interdum ad avertendas fluxiones in femur, supra lumbos juxta spinam, utrimque Cauterium apprimitur.

CAP. V.

De Venis quæ secantur.

Venæ quæ secantur. PErgo ad Venas totius corporis, quæ communiter secari solent. Venæ quæ hodie inciduntur in Capite sunt in Fronte & in Occipite, & in Temporibus.

In Fronte. Vena Frontis dicitur [a] *Præparata*, quia evidens, nec deraduntur pili, ut in postica Vena Occipitii, quæ Vena *Puppis* nominatur.

Occipite. Antiqui secabant Venas pone aures, nunc ista sectio exolevit: Scythis sterilitatem induxisse notavit *Hippocrates*: forsan intelligit arterias. Modum secandi istas Venas docet *Albucasis*, *lib. 2. c. 97.*

Neque inutiles sunt Venarum Capitis sectiones propter venas externas quæ per foramina Calvariæ communicant cum Meningibus,

Scio *Hier. Fabritium ab Aquapendente*, improbare apertionem istarum venarum, quia sæpius non apparent. Sed si foveatur caput & deradatur capillitium, iterumque fricetur, evidentiores esse poterunt, modo leviter stringatur collum.

Temporibus. *Vena* [b] *Temporalis* etiam secatur ut arteria, in magnis & continuis doloribus capitis.

Naso. *Venas interioris nasi* resecabant antiqui, ut patet *ex Hippocrate*, in diversis locis, & apud *Gal. lib. 6. Epid.* Recentiores Græci, *Paulus Ægineta*, *Aretæus* mentionem faciunt sectionis venarum interioris nasi, & ipse *Aretæus* instrumenta proponit quibus utebantur vete-

a, TI. fi. H. * b, TI. fi. I. *

res, ad provocandum sanguinis profluvium. Quod si sanguis ex opinione *Fernelij* fluat à venis faciei, quæ perreptât interiores nares, non potest caput copia sanguinis oppressum sublevari, quia irritatio illa & apertio venarum debet fieri juxta Os Ethmoides, ut ductus longitudinalis ad nares prorepens referetur: ideoque infusâ multoties aquâ tepidâ, istas partes fovendas putarem: priusquam utamur instrumentis ab *Aretæo* propositis.

Modus secandi venas istas ab *Albucasi* propositus admitti potest, sed non penetrat ad intimas nares, usq; ad Os Ethmoides. *Ore.*

Venæ Sublinguales sive *Ranulares*, sæpius inciduntur utiliter in morbis faucium & Capitis. Solus *Aurelianus* adversus *Dioclem* improbavit, *lib. 1. acut. c. 12.* quod caput impleant, & fluxus sisti nequeat.

Verum est in quibusdam adeo copiose fluxisse sanguinem, ut difficillimè sisti potuerit, uti observatum fuit in Capucino, Patre Iosepho le Clerc, Politico, & familiari Cardinalis Richelii: ut mihi retulit D *Simeon Pimpernelle*, Chirurgus Parisiensis peritissimus, qui istam operationem administravit.

In Collo Jugularis [a] *Externa* secatur. *Trallianus* in curatione Anginæ feliciter secuit *lib. 4. c. 1. Et Soranus Ephesius in Isagoge*, *cap. 21.* commendat sectionem illius venæ. Similiter *Actuarius* laudat istud remedium in affectibus periculosis capitis. *Cæsalpinus*, *lib. 2. quæst. Med. cap. 12.* jubet secare venam istam in Angina, quia magis sunt oppletæ venæ Iugulares, quam clausum laryngis operculum & osculum. *Collo.*

Prosper Alpinus, *lib. 2. de Medic. Ægyptiorum*, *cap. 9.* hoc remedii genus in ea regione familiare esse scribit. *Iacobus Carpus in Isagoge Anatomica* modum ape-

a, TI. fi. K. *

riendi istas venas declarat. Legatur *Paulus Magnus, lib. de Phlebotomia, Italice edito, & Rondeletius in Meth. Med. Ludovicus Mercatus, c. 13. Meth. Med. & Albucas. lib. 2. c. 97.*

Dorso. In dorso Venam designat *Rondeletius lib. 1. Meth. Med. c. 37.* quam scribit extare in prima dorsi vertebra; Conspicitur elata per summum vertebrarum spinæ, usque ad Os sacrum perreptans dorsum. Videtur manare à Cerebro secundum longitudinem spinalis medullæ. Hanc utiliter secari monet in Tetano & Epilepsia, & si non extet ut possit aperiri, ad eum locum, affigendæ erunt cucurbitulæ cum scarificatu.

Ludovicus Mercatus, lib. 1. practicæ, c. 19. adversus convulsionem id remedii genus commendavit. *Hippocrates, lib. de Visu,* venas dorsi exurit & pungit: quod remedium proposuit *Alexander Benedictus, lib. 1. de Morbis curandis, c. 5. Et Gattinaria* in hæmorrhagia aperire consulit *Comment. in 9. Rhasis.*

Manu. In manu tres inciduntur *Cephalica* [a] comite arteria & nervo destituta, ideoque secure tunditur, Basilica, & Mediana secantur, sed [b] *Basilica* cum prudenti cautione tundenda, propter vicinam arteriam, & bicipitis tendonem subjectum: nec eodem periculo caret [c] *Mediana.* In extrema manu, inter annularem & minimũ digitum inciditur [d] *Salvatella,* Cujus apertionẽ superstitiosam esse multi credunt: nihilominus *Hippocrates* secabat venas manus: atq; istud remedium viris doctis non fuit improbatum, præsertim in diuturnis morbis & febre quartana, in conjunctione Solis & Lunæ: quod vidi feliciter aliis, & mihi successisse in antiquis quartanariis, post varia remedia usurpata.

a, T 1. f 1. L. T 24. f 1. BB. * b, T 1. f 1. M. T 24. f 1. C C. * c, T 1. f 1. N. T 24. f 1. ff. &c. * d, T 1. f 1. P. *

Apud

Apud nos non secantur Venæ inferni femoris supra genu, quas tamen aperiri in Lusitaniâ *Lazarus Sotus notat lib. 1. animadvers. cap. 4. §. 61.* ad intercipiendam fluxionem Arthriticam in pedes, & minuendas varices, antiqui secabant, ut legitur apud *Aëtium, serm. 12. cap. 24.* & *Platerus* commendavit istud remedium ad minuendas varices. Quod confirmari potest ex *Galeno lib. 2. meth. ad Glauconem.*

In pede secatur [a] *Saphena,* quæ est supra malleolum internum, vel ejus continuatio in Tarso. *Pede.*

Interdum [b] *Ischiadica,* quæ reperitur in malleolo externo, sed hæc secari non debet, nisi cum maxima loci perspicientia propter arteriam, nervum, & tendones proximos.

Veteribus familiaris erat sectio *Venæ* [c] *Popliteæ,* quæ nunc rara est, & penitus exolevit: quæ nihilominus æque conferret, ac venarum Cubiti sectio.

Commode tamen secaretur, si in doliolo aquæ calidæ immergeretur tibia supra genu, & fricaretur, ut fieri solet in sectione venarum pedis, atque duplex ligatura adhiberi poterit supra & infra genu. Reperitur & tuto secatur infra cavum poplitis ad principium gemellorum musculorum, & in lecto mulier jacens potest æque commode porrigere tibiam ac brachium, cum velamentis, aut tegmine linteorum, convenienti. *Venæ pedis an & quomodo secandæ?*

Quamvis vena Ischiadica, & Saphena sint propagines Venæ cruralis, attamen cum Ischiadica respondeat basilicæ, ut saphena cephalicæ in manu, certum est rectiori tramite educi sanguinem ab Ischiadica vena, quam è saphena *Galenus* tamen *lib. 10. secundum locos cap. 2.* permittit Ischiadica non apparente, Sa-

a, T 1. f 1. QR. T 24. f 4. aaa. &c. * b. T 1. f 1. SS. T 24. f 4. m. * c, T 24. f 4. ff. *

phenam

phenam tundere. Atque si in malleolo non appareat externo, in tarso ejus propago secanda erit, vel supra malleolum si appareat.

Posset etiam fieri, ut conspectior fieret ex ligaturâ, quam descripsit *Author Anatomiæ Vivorum*, cum longâ & latâ fasciâ à summâ coxa ad malleolum usque deducta.

CAP. VI.

De Arteriis quæ secantur.

Arteriotomia an instituenda?

PRæter venas, etiam arterias secabant antiqui Medici: attamen *Horatius Augenius, lib. de Missione sanguinis, c. 9.* dissuadet apertionem arteriarum, quod nullam viderit apertam conglutinatam. Fautorem habet *Aurelianum, lib. 1. Chronicorum, c. 5. Galenus* tamen *lib. de Venæsectione*, commendavit sectionem minorum arteriarum in doloribus capitis acutissimis & inveteratis.

Exoptavit *Heurnius*, ut in febribus ardentibus alicubi tuto secarentur arteriæ, quia vasculum istius sanguinis magis refrigeraret, quam decem venosi sanguinis. Et *comm. ad Aph. 23. lib. 1.* In febre Hungaricâ stillante sanguine è naribus rubicundo profuisse, si aliquantulum ab arteria eductus fuisset sanguis, sed quis audeat, *inquit*? Doctiores quæso hac de re cogitent.

Arteriæ quæ secantur.

Fronte

Itaque dico, & assevero Parisiis arterias *Frontis* & *Temporum*, ante & pone aures feliciter aperiri in doloribus antiquis vel acutissimis capitis, phrenitide, inflammatione magna oculorum doloribus acerbissimis, & Aurium.

Temporibus.

Quod spectat ad sectionem arteriæ temporalis *Thadæus Dunus Miscellaneorum, c. 12.* hujus remedii utilitatem declarat.

La-

Lazarus Sotus jam citatus, ibidem, arterias post aures in Lusitania utiliter secari notavit.

Ludovicus Mercatus, Hispanus, suspectam habet istam *arteriotomiam*, metu sterilitatis. Sed experientia quotidiana metum istum nobis sustulit.

Occipitio.

Arteria in *Occipitio* sita tunditur, deraso capillitio & aquâ calidâ foto capite, & manu, vel spongiâ fricato, ut compareat. Modus autem secandi non est dissimilis ab arteria temporali, ideoque repudiandus

rius

co-

Manu.

pol-

licem & indicem excurrit. Hoc usitatum esse in Ægypto notat *Prosper Alpinus, libro tertio de Medicina Ægypt. cap. 12. & Septalius, lib. 6. animadv. Medic. artic. 122.* ad palpitationem Cordis, arterias quæ per digitos excurrunt tuto aperiri posse judicavit. Quod etiam factitari potest in tarso pedis, vel metatarso. *Ex consilio Gal. libro tertio admin. Anatom. capite. ultimo.*

Pede.

Alibi nefas est aperire arterias, nisi Os subjectum habeant, ut possint arcte comprimi ad consolidationem. Ideoque in macilento corpore inopinate secta arteria Brachii, potest ferruminari, si mature & arcta fasciatione ut decet, constringatnr, ad evitandum aneurisma.

Experimentum Benedicti. ad Rheumatismũ.

Priusquam de sectione arteriarum in capite cogitetur ad fluxiones avertendas non inutile erit istud experimentum *Alexandri Benedicti*, administrare raso capite: ea medicamenta quæ epiphoras cohibent à superciliis usque ad verticem applicari debent: si sicci oculi esse cœperint, apparet per eas venas quæ sub cute sunt oculos rigari: quod si madent, manifestum

est

phenam tundere. Atque si in malleolo non appareat externo, in tarso ejus propago secanda erit, vel supra malleolum si appareat.

Posset etiam fieri, ut conspectior fieret ex ligaturâ, quam descripsit *Author Anatomiæ Vivorum*, cum longâ & latâ fasciâ à summâ coxa ad malleolum usque deducta.

CAP. VI.

De Arteriis quæ secantur.

Arteriotomia an instituenda?

PRæter venas, etiam arte- dici: atte- *guinis, c.* nullam v autorem habet *Aur* *rum, c. 5. Galenus* tamen *lib. de* *sectione*, commendavit sectionem minorum arteriarum in doloribus capitis acutissimis & inveteratis.

Exoptavit *Heurnius*, ut in febribus ardentibus alicubi tuto secarentur arteriæ, quia vasculum istius sanguinis magis refrigeraret, quam decem venosi sanguinis. Et *comm. ad Aph. 23. lib. 1.* In febre Hungaricâ stillante sanguine è naribus rubicundo profuisse, si aliquantulum ab arteria eductus fuisset sanguis, sed quis audeat, *inquit*? Doctiores quæso hac de re cogitent.

Arteriæ quæ secantur.

Fronte

Itaque dico, & assevero Parisiis arterias *Frontis* & *Temporum*, ante & pone aures feliciter aperiri in doloribus antiquis vel acutissimis capitis, phrenitide, inflammatione magna oculorum doloribus acerbissimis, & Aurium.

Temporibus.

Quod spectat ad sectionem arteriæ temporalis *Thadæus Dunus Miscellaneorum, c. 12.* hujus remedii utilitatem declarat.

La-

Lazarus Sotus jam citatus, ibidem, arterias post aures in Lusitania utiliter secari notavit.

Ludovicus Mercatus, Hispanus, suspectam habet istam *arteriotomiam*, metu sterilitatis. Sed experientia quotidiana metum istum nobis sustulit.

Occipitio.

Arteria in *Occipitio* sita tunditur, deraso capillitio & aquâ calidâ foto capite, & manu, vel spongiâ fricato, ut compareat. Modus autem secandi non est dissimilis ab arteria temporali, ideoque repudiandus ille modus *Pauli Æginetæ, Aëtii & Albucasis*, qui prius incidebant cutim, quam arteriam.

Manu.

Galenus libro de Missione sanguinis sub finem, in Jecoris inflammatione secuit [a] arteriam, quæ inter pollicem & indicem excurrit. Hoc usitatum esse in Ægypto notat *Prosper Alpinus, libro tertio de Medicina Ægypt. cap. 12. & Septalius, lib. 6. animadv. Medic. artic. 122.* ad palpitationem Cordis, arterias quæ per digitos excurrunt tuto aperiri posse judicavit. Quod etiam factitari potest in tarso pedis, vel metatarso. *Ex consilio Gal. libro tertio admin. Anatom. capite. ultimo.*

Pede.

Alibi nefas est aperire arterias, nisi Os subjectum habeant, ut possint arcte comprimi ad consolidationem. Ideoque in macilento corpore inopinate secta arteria Brachii, potest ferruminari, si mature & arcta fasciatione ut decet, constringatnr, ad evitandum aneurisma.

Experimentum Benedicti. ad Rheumatismū.

Priusquam de sectione arteriarum in capite cogitetur ad fluxiones avertendas non inutile erit istud experimentum *Alexandri Benedicti*, administrare raso capite: ea medicamenta quæ epiphoras cohibent à superciliis usque ad verticem applicari debent: si sicci oculi esse cœperint, apparet per eas venas quæ subcute sunt oculos rigari: quod si madent, manifestum

a, T24. f2. s. *

est

est humorem sub Osse defluere.

Est autem memorata mixtura Rheumatismos suspendens talis, ut ex farina similaginis, manna thuris, cum ovi albumine addito chalcantho, & alumine scissili, cataplasma paretur ad usum dictum.

CAP. VII.

De Musculis, at primum de Frontalibus.

Musculi Frontis rectius Superciliorũ musculi dicerentur.

OMnes musculos corporis explicaturus, exordiar à musculis [a] *Frontalibus*, quos potius ad motum superciliorum quam frontis dicatos esse puto.

Oriuntur à supernis partibus frontis, & supra Os frontale extensi, *desinunt* ad supercilia, ut attollant. *Disiuncti* sunt in media fronte supra nares: Et quoniam ad nutum nostrum deprimuntur & corrugantur *supercilia* unicuique eorum musculum assignare oportet, nec alium reperio, præter musculum [b] orbicularem utriusque palpebræ, quia non deprimuntur sine stricta clausura palpebrarum.

CAP. VIII.

Musculi Occipitales.

IN Occipitio *duo* reperiuntur *Musculi*, seu potius membranæ carnosæ, quæ cutim frontis, totiusque Capitis in posteriora revellunt, quibus cutis capitis mobilis est. *Musculi isti ut & frontales*, sunt portiones lati musculi, quem eleganter *Sylvius* capitio equitantium comparat, si tantum demas, quantum pileolo tegitur, ideoque obvolvit collum, faciem, anticas & laterales capitis partes.

a, T 15. f 1. EE. * b, T 15. f 1. FF. *

CAP.

CAP. IX.

Musculi Palpebrarum.

PAlpebræ duæ moventur *à musculis quatuor*, quorum tres sunt Orbiculares, unus *Rectus* [a] Palpebræ superiore dicatus, qui *oritur* ab interiore cavo Oculi, & musculo attollenti Oculum supertensus *profertur* ad Palpebram. *Primus.*

Orbicularium musculorum *primus*, *ciliaris* est, circumdat utrumque Cilium Palpebrarum. *Alter* est Palpebris subtensus, qui oritur à circumferentia orbitæ. *Secundus.*

Tertius [b] *Orbicularis* latitudine unius digiti, circumdat externam faciem orbitæ, & utrique palpebræ subjectus, atque ad supercilium pertingens, utramq; palpebram arcte constringendo, elevat inferiorem, & deprimit supercilium. *Tertius.* *Quartus.*

CAP. X.

Musculi Oculorum.

NUmerantur *sex*, *quatuor Recti*, *& duo Obliqui*, qui à situ & actione nomina sortiuntur. *Vnus* est [c] *supernus & attollens* Oculum, *Alter* [d] *infernus* & deprimens Oculum; *duo laterales*, *unus* ad angulum majorem, *Lectorius* [e] dicitur; alter ad minorem angulum situs, *Indignatorius* [f] vocatur. *Attollens* *Deprimens.* *Adducens*

Omnes *oriuntur* à cavo orbitæ & lata Aponeurosi, *inseruntur* in corneam sub conjunctiva. *Abducens*

Eorum antitasis necessaria est ad mobilitatem Oculi, quâ depravata in alterutrum latus distorquetur Oculus: Atque ut Oculus retrahatur versus majorem

a, T 19. f 1. AB. * b, T 15. f 1. FF. * c, T 19. f 3. A, 4. 5. A. * d, f 3. 4. 5. * e, f 3. 4. 5. C. * f, f 3. 4. 5. D. *

angu-

angulum, & sistatur in continuata lectione, vel inspectione, Natura alios duos musculos construxit, qui dicuntur Obliqui, quia motum Obliquum Oculi dirigunt, qui tamen nullus est, nec ipsi musculi talem motum edere possunt ratione originis, & insertionis, quæ deberent esse contrariæ & oppositæ.

Obliquus major. *Musculus obliquus* [a] *major sive Throcleator* continet in se mirabile artificium, quod in homine reperitur, detectum à Rondeletio, & observatum in quibusdam grandioribus piscibus: Exortus enim à cavo orbitæ producit tendonem gracilem, qui traductus per transversam [b] cartilaginem juxta & infra glandulam lacrymalem Ossi affixam, postea dilatatus, supra oculum expanditur.

Obliquus minor. *Obliquus* [c] *minor* juxta canthum majorem *externe eductus*, circa globum Oculi transversim revolutus, *pervenit* ad tendonem majoris Obliqui, ut amborum musculorum Obliquorum *aponeuroses invicem coeant*, ad revellendum & firmandum Oculum versus nares, ut amborum Oculorum intuentium una fiat pyramidalis linea ad objectum visibile.

CAP. XI.

Musculi Auris externæ.

Auris externæ SUnt *Communes & Proprij*, qui raro motum habent, quia raro motitatur auricula. Sunt ergo potius notæ musculorum, quam veri musculi, quales reperiuntur in brutis animantibus.

Communes tres. Itaque *portio musculi frontalis* ad Aurem pertingens, portio musculi *cutanei* sub trago deducta, portio musculi *occipitalis* pone aures protensa, constituunt musculos communes.

a, T19. f3. & 4. F. * b, f3. & 4. G. * c, f3. & 4. E *

Pro-

Proprius unicus existit sub ligamento auris latitans, à mammillari processu *oritur*, & in radicem auris *inserit*ur. *Proprius unicus.*

Auris internæ. Recentiores Anatomici Auris internæ *duos musculos* constituunt, *unum* [a] *externum* in poro auditorio, qui membranam retrahit: *Alterum intra* [b] *Concham* malleolo affixum. *1mus.* *2dus.*

In brutis internæ Auris musculus evidentior est, quam in homine.

CAP. XII.

Musculi Nasi.

SUnt *Proprij & Communes.*

Communis Vnicus est, nempe portio superna orbicularis [c] labia cingentis, quæ deprimit Nasum, cum labium superius deorsum trahitur. *Communis unicus.*

Proprij sex. *Erigunt Nares duo* [d] *musculi*, utrimque *Vnus*, ab intercilio *eductus* Ossi Narium attensus, ad pinnam narium *defertur*, eorum simul agentium motus facile deprehenditur, dum crispatur Nasus.

In Nasutis reperiuntur *duo* [e] *parvi* extremis cartilaginibus Nasi *instrati*, qui alas Narium *dilatant* sine elevatione.

Intra Nares sub tunica succingente reconditus est *Parvus musculus* membranosus internis partibus adhærens usque ad alas, Nares *Constringere* perhibetur.

CAP. XIII.

Musculi labiorum.

CUm sint duo labra *Vnumquodque* suos habet Musculos, & ambobus duo sunt *Communes.*

a, T20. f5. A. * b, T20. f5. CC. * c, T15. f1. NN. *
d, T15. f1. G. * e, T15. f1. I. *

Proprioru̅ *Primus.* *Labrum* ſuperius ſurſum *trahitur* à [a] Muſculo, qui à cavo maxillæ infra os malarum *eductus*, oblique deſcendit ad labium ſuperius.

Secundus Deorſum movetur à [b] Muſculo, qui à media maxilla inferiore; in idem labium profertur.

Tertius. Labrum inferius *ſurſum duciter* à Muſculo, qui ab inferna parte oſſis malarum *eductus*, in labrum inferius lateraliter *definit*.

Quartus. Deorſum movetur à [c] Muſculo, qui à *mento enatus*, in medium labium inſeritur.

Communium. Communes muſculi ſunt laterales, qui trahunt utrimque labrum ad latera.

1 *Zygomaticus.* *Primus eſt* [d] *Zygomaticus*, oblongus, gracilis, *à Zygomate prodiens*, & in commiſſura utriuſque labii *terminatur*.

2 *Buccinator.* *Alter Communis*, *Buccinator* [e] dicitur vulgo, rectius *Bucco* nominabitnr, quia Buccas agitat dum cibum huc, & illuc propellit.

Oritur à ſummis gingivis, vel oſſibus iſtius loci juxta ultimos molares, & in utrumque labrum *deſinit*. Laxus eſt ut intro cedat, & fungatur ſuo officio ad compellendum ut Muſculi abdominis; atq; ut obſequatur magnæ oris apertioni.

3 *Sphincter oris.* Additur Muſculus [f] orbicularis labiorum propriam ſubſtantiam conſtituens, ejus beneficio os conſtringitur, labia explicantur, introcedunt, & intumeſcunt. *Sphincter* oris poſſet nominari, ſive *pylorus*.

CAP. XIV.

Muſculi maxillæ inferioris.

Temporalis. SVnt ſex utrimque. Attollit maxillam *Temporalis* [g] Muſculus robuſtiſſimus, qui *oritur* à tota cavitate

a, T15. f1. K. * b, f1. M. * c, f1. n. * d, f1. L. * e, f1. O. * f, f1. NN. * g, T15. f1. PP. f2. AA. *

Tem-

Temporum, & ſub oſſe Zygomate delatus nerveo & validiſſimo tendine in maxillæ [a] coronim *inſeritur*.

Pterygoideus internus. Huic adjutor venit *Pterygoideus* [b] *internus*, à Cavo apophyſeos pterygoidis ortus ad angulum maxillæ inferioris *terminatur*. Maſſeter internus dicitur *à Galeno*.

Maxillam deorſum trahunt *Digaſtricus & Muſculus latus*.

Digaſtricus. *Digaſtricus* [c] in medio nervoſus, in extremis carnoſus, ab apophyſe ſtyloide *enatus*, & in medio circa ſtyloceratoidem reflexus, in mentum ſub maxillæ flexura *inſeritur*.

Latus. *Muſculus* [d] *latus oritur* à ſuperiori parte ſterni, clavicula, & acromio, & tenaciter adhæret baſi maxillæ inferioris: collum totamque faciem obvolvens, & propter *iſtam adhæſionem* dicitur trahere deorſum maxillam.

Pterygoideus externus. Maxillam antrorſum pellit *Pterygoideus* [e] *externus*, qui dum intumeſcit maxillam antrorſum leviter propellit: quod accidit dum dentes inferiores ſuperioribus ſupereminent in maxillæ diſtractione.

Maſſeter. Maxillam circumagit, atque etiam attollit [f] *Maſſetur in ortu ſuo biceps*, cujus caput alterum à Zygomate *oritur*, alterum infra Zygoma, uterque diverſis fibris in chiaſmum ſeſe interſecantibus donatus, in angulum maxillæ inferioris *inſeritur*. Poteſt in duas partes facile dividi.

CAP. XV.

De Muſculis Oſſis Hyoides,

QVoniam os [g] hyoides in Collo appoſitum eſt, ut ſit fulcrum & fundamentum linguæ, & laryn-

a, T15. f2. aa. * b, f2. DD. * c, f1. TT. f2. CC. * d, T10. f1. gg. T15. f2. F. * e, T15. f2. EEEE. * f, f1. S. f2. BB. * g, T13. f11. & 12. ABC. &c. *

gis,

gis, Musculos obtinuit præter ligamenta, quibus suspensum tenetur, ut cum lingua & larynge moveretur.

Itaque ejus Musculi sunt Communes linguæ & laryngi.

Habet Musculos decem os Hyoides, utrimque quinos, nam addo Musculum *Mylogloſſum* linguæ attributum, quem voco *Mylohyoideum*, quia nullomodo linguam attingit.

Geniohyoideus. Elevatur os Hyoides à [a] *Geniohyoideo*, ab interiore mento, in Hyoidis basim *inseritur*.

Mylohyoideus. Huic auxiliaris est subjectus [b] *Mylohyoideus*, ab interiore maxilla, qua parte sunt molares dentes *eductus* ad basim Hyoidis fertur.

Sternohyoideus. Deorsum trahit [c] *Sternohyoideus*, à summo sterno *enatus*, asperæ arteriæ attensus, in Hyoidis basim *inseritur*.

Stylocerathyoideus [d] *Stylocerathyoideus*, à styloide apophysi in Hyoidis cornua *producitur*.

CAP. XVI.

Musculi Linguæ.

Genioglossus. ANtrorsum ducitur â [e] *Genioglosso*, qui ab interno mento *enatus* ad radicem linguæ *terminatur*.

Basigloſſus. Retrorsum ducitur à [f] *Basigloſſo*, qui ab Hyoidis basi ad linguæ radicem *producitur*.

Styloglossus. Trahitur ad latera â [g] *Styloglosso*, qui ab apophysi styloide *profectus*, in mediam fere linguam *extenditur*.

CAP. XVII.

Musculi Laryngis.

TOtum corpus Laryngis *ex quinque cartilaginibus* compactum, movetur sursum, & deorsum.

a, T 13. f 13. BB. * b, f 4. EE. * c, f 13. DD. * d, f 1. EE. * e, f 13. CC. * f, f 14. BB. * g, f 14. DD. *

Trahit sursum [a] *Hyothyroideus*, ex basi Hyoidis *egressus*, in Thyroidis partem mediam & externam inseritur. *Hyothyroideus.*

Revellit deorsum [b] *Bronchius* ab interiore sterni parte *prosiliens*, & asperæ arteriæ canali sive broncho instratus, ad Thyroidis basim ascendit. *Bronchius*

Ex cartilaginibus Laryngis, duæ tantum sunt mobiles, [c] *Thyroidis*, & [d] *Arytænoidis*, & ad motum habent Musculos parvos, qui oriuntur, à [e] *Cricoide* cartilagine immobili. *Crycothyroideus Anticus.*

Thyroidem dilatat *Cricothyroideus anticus*, à parte cricoidis antica & externa, in thyroidis latera interne *desinit*.

Contrahit thyroidem [f] *Cricothyroideus* lateralis, à parte laterali cricoidis in latera thyroidis externe *inseritur*. *Lateralis.*

Arytænoidem aperit [g] *Tyroarytænoideus*, qui à parte interiore & anteriore thyroidis emergens, in latera arytænoidis desinit: vel potius à Cricoide & thyroide *enascitur*, cum sit utrique interjectus. *Thyro Arytænoideus.*

Arytænoidem cartilaginem claudit unicus Musculus, *Arytænoideus* [h] circumdans & claudens Arytænoidem, instar sphincteris, & basi sua constringit etiam Glottidem, ad vocis modulationem. *Arytænoideus.*

Epiglottis [i] nullos habet erigentes & deprimentes Musculos, ut in brutis animalibus.

CAP. XVIII.

Musculi Pharyngis.

PHarynx Oesophagi principium, septem Musculos obtinuit, quorum *tres sunt conjugati*, & quartus *sine*

a, T 13. f 8. BB. * b, f 8. CC. * c, f 1. 2. 8. A. * d, f 5 & 6. * e, f 3 & 4. f 9. & 10. DD. * f, f 9. CC. * g, f 9. BB. * h, f 10. BB. * i, f 9 & 10. A. *

pari, nimirum *Oesophagæus.*

Sphenopharyngæus. Primus [a] *Sphenopharyngæus*, *oritur* ab acuto quodam apice sphenoidis prope styloidem, & deorsum inclinans, ad faucium latera *desinit*, ut pharyngem superne trahat.

Cephalopharyngæus. Secundus [b] *Cephalopharyngæus prodit* ab ea parte, qua caput cervici jungitur, & descendens in pharyngem *expanditur*, ipsamque tunicam pharyngis effingere videtur.

Stylopharyngæus. Tertius [c] *Stylopharyngæus* à styloide apophysi *exortus*, in pharyngem lateraliter *inseritur*, ut eam dilatet.

Oesophagæus. *Oesophagæus* [d] pharyngem constringit: hic ab uno latere thyroidis enatus, posticam Oesophagi partem orbiculatim cingens, in alterum latus thyroidis implantatur; Vel utrique lateri Thyroidis externe affixus, sphincteris instar Oesophagi principium constringit.

CAP. XIX.

Musculi Gargareonis.

Pterystaphylinus Externus. GArgareon [e] utrimque *duos musculos* obtinuit. *Pterystaphylinus* [f] *externus* à Maxilla superiore infra ultimum molarem *eductus*, desinit in tendinem gracilem [g] qui transit per rimam in suprema pterygoidis sede exsculptam. Ibique veluti per Trochleam reflexus ad latera gargareonis *inseritur.*

Internus. *Alter Pterystaphylinus* [h] *internus*, ab inferna parte alæ internæ pterygoidis *ejectus*, cartilaginem habet peculiarem mobilem, dicatam ejus origini, & ascendens secundum longitudinem alæ internæ pterygoidis, ad gargareonem *desinit.*

a, T 3. f 2 & 3. BB. * b, f 2 & 3. AA. * c, f 2 & 3. CC. * d, f 2 & 3. DD. * e, T 13. f 15. A. * f, f 15. BB. * g, f 15. bb. * h, f 15. CC. *

Muscu-

CAP. XX.

Musculi Capitis.

SUnt *Communes, vel Proprij.*

Communes dicuntur qui cum Cervice caput movent; cujusmodi sunt Cervicis Musculi, *Proprij* dicuntur, qui immota cervice caput movent.

Sunt autem proprii quatuordecim, utrimque septem, quorum sex in parte postica collocantur.

Caput Flectens. Unus tantum parte anteriore, qui [a] *Mastoideus* dicitur, flectitque caput, à summo sterno, & media clavicula in apophysim mastoidem oblique *inseritur.* *Mastoideus.*

Interdum in parte anteriore colli, longo musculo alter proximus accumbit, qui cum Mastoideo caput flectit: hunc sæpius demonstravi, interdum abesse vidi.

Extendentes. Extendunt caput, sex musculi, duo Majores, quatuor Minores.

Splenius. Majorum primus [b] *Splenius*, à quinq; vertebrarum superiorum dorsi & quatuor colli inferioribus spinis *eductus*, in occiput inseritur.

Complexus. Huic venit adjutor alter [c] *Complexus*, qui ab earundem transversis apophysibus *emergens*, in occipite *terminatur.*

Rectus major. Minores musculi partim sunt Recti, partim Obliqui, ex utrisq; quidam Majores, Alii Minores.

Majores [d] Recti, à spina secundi spondyli in Occiput *inseruntur.*

Rectus minor. Sub iis *Minores* [e] *duo*, à parte postica primi spondyli in Occiput desinunt.

a, T 14. f 2. KK. f 3. H. f 4. FF. * b, f 2. HH. * c, f 2. II. f 3. EE. * d, f 3 & 4. II. * c, f 3. i. f 4 KK. *

Obliquus Major. *Minor.* *Obliqui* [a] *Majores* à ſpina ſecundæ vertebræ, ad apophyſim tranſverſam primæ *perveniunt*, ab eodem loco Minores [b] Obliqui ad Occiput *feruntur*.

CAP. XXI.

Muſculi Colli.

Collum Flectentes. SUnt *octo*, *utrimque quatuor*, ante & retro poſiti ad flexionem & extenſionem.

Flectitur *à Longo & Scaleno*.

Longus. *Longus* [c] ſub oeſophago ſitus, à corpore tertiæ dorſi vertebræ *emanat*, & aſcendens univerſis vertebrarum corporibus lateraliter adnexus, in anteriorem primæ vertebræ partem *deſinit*.

Scalenus. *Scalenus* [d] à prima Coſta Thoracis, in omnes cervicis apophyſes tranſverſas fibris obliquis interne *inſeritur*: per eum traducuntur vaſa in brachium diſtribuenda.

Extendentes. Extenditur collum à duobus muſculis.

Spinatus. *Spinatus* [e] *oritur* à radicibus ſpinarum ſeptem ſuperiorum Thoracis, & quinque cervicis, in ſpinam ſecundæ vertebræ cervicis *inſeritur*.

Transverſarius. *Tranſverſarius* [f] à tranſverſis apophyſibus ſex ſuperiorum vertebrarum dorſi *enatus*, externe in omnes tranſverſos cervicis proceſſus *implantatur*.

CAP. XXII.

Muſculi Omoplatæ.

Scapulæ *Levator.* SUnt quatuor. Attollit *levator* [g] *proprius*, *eductus* ab apophyſibus tranſverſis ſecundæ, tertiæ, & quartæ vertebræ colli ſuperioris, *deſinit* in angulum

a, T14. f3. L. f4. GG. * b, T14. f3. K. f4. HH. * c, T13. f18. AA. * d, T13. f18. BB. * e, T14. f4. DD. * f, T14. f4. EE. * g, T14. f2. DD. *

omo-

omoplatæ ſuperiorem.

Trapezius [a] *oritur* ab Occipite, apice quinque ſpinarum colli, octo vel novem ſuperiorum Thorocis, & *inſeritur* in omoplatæ baſim & ſpinam, uſque ad acromion: Diverſos edit Motus pro ratione originis & directione fibrarum. *Trapezius*

Trahitur antrorſum Omoplata: ab unico *Serrato* [b] *minore*, qui ex coſtis quatuor ſupernis *emergit*, & *terminatur* in Coracoide. *Serratus minor.*

Revellitur retrorſum à [c] *Rhomboide*, qui à tribus ſpinis inferiorum vertebrarum colli, & tribus ſpinis ſupernis Thoracis, in externam baſim Omoplatæ *inſeritur*. *Rhomboides.*

Quamvis pondere ſuo ad ſitum naturalem redeat: *Latiſſimi* [d] *tamen portio*, ad brachium excurrens, per tranſennam angulo inferiori Omoplatæ *adhæreſcit*, & ſcapulam deorſum trahere dicitur.

CAP. XXIII.

Muſculi Brachÿ.

Brachium Attollentes. SUnt *novem*: ſurſum movent *Deltoides & Supraſpinatus*.

Deltoides. Ille [e] *oritur* à media clavicula, acromio, tota ſcapulæ ſpina, & ad medium uſque brachium *porrigitur*.

Supraſpinatus. *Supraſpinatus* [f] Cavitati ſupra ſcapulæ ſpinam intruſus, & ſub acromio delatus, in brachii cervicem *inſeritur*.

Deprimentes. Deorſum movent *Latiſſimus & Rotundus major*,

Latiſſimus. Ille [g] *oritur* à ſpinis oſſis ſacri, lumborum, novem dorſi, in brachii partem paulo infra caput *inſeritur*.

a, T14. f1. AA. f2. AA. * b, T10. f1. E. * c, T14. f1. BB. f2, BC. * d, f1. CC. * e, T22. f1 A. * f, T22. f3. A. * g, T14. f1. CC DD. T22. f1. F. *

Rotundus major. Huic auxiliatur *Rotundus* [a] *major* â tota ima coſta Omoplatæ *naſcitur*, & in brachium fere medium *deſinit*.

Adducentes. Antrorſum trahunt, *Pectoralis*, & *Coracoidæus*.

Pectoralis *Pectoralis* [b] *educitur* â Coſtis ſeptima, ſexta, & quinta, veris, ſterno & clavi pluſquam dimidia, & acuto tendine in brachium medium *inſeritur*, inter deltoidem & bicipitem.

Carocoidæus. *Coracoidæus* [c] *prodit* â Coracoide apophyſi, & in medium fere brachium *ceſſat*; Brachium trahit verſus humerum ſiniſtrum.

Abducentes. Retrorſum movent tres Muſculi, *Infraſpinatus*, *Rotundus minor*, & *Immerſus*.

Infraſpinatus. *Infra ſpinatus* [d] inter rotundum minorem & ſpinam medius, *deſinit* in brachii cervicem, quam obvolvit.

Rotundus minor. *Rotundus* [e] *minor* ab eo ſinu *incipit*, qui ſub Omoplatæ ima coſta cernitur, & in brachii cervicem producitur.

Immerſus *Immerſus ſive* [f] *ſubſcapularis* cavam & internam Omoplatæ partem *occupat*, & in cervicem *profertur*.

Poſtremi Tres Muſculi ſimul agentes, brachium circumferunt, eo motu qui ἀνακλασίασμῷ dicitur, quando brachium inferne ſurſum ad exteriora celeriter obliquatur, ita ut geminatus motus appareat.

CAP. XXIV.

Muſculi Cubiti.

CUbitus duobus conſtat Oſsibus, quæ ut variis connectuntur articulationibus, ita diverſos regunt motus.

a, T22. f1 & 3. D. * b, T10. f1. AB. T22. f1. E. * c, T22. f1. H. * d, T22. f3. B. * e, T22. f2 & 3. C. * f, T22. f1. B. *

Cubi-

Cubitus flexioni & extenſioni præeſt. Radius pronationem & ſupinationem dirigit, ac proinde proprios habent ad motum muſculos.

Cubitum Flectentes

Flectunt Cubitum duo Muſculi in parte interna brachii ſiti, *Biceps*, & *Brachiæus internus*.

Biceps. *Biceps* [a] gemino *oritur* principio, uno ex ora cavitatis glenoidis per brachii fiſſuram delato, altero â Coracoide Apophyſi, quæ deinde unita, unicum tendonem efformant, qui in radium internum *inſeritur*, qua parte eminet.

Brachiæus internus. *Brachiæus* [b] *internus* bicipiti ſubjectus, â media parte Oſſis brachii, cui firmus adhæret, *eductus deſinit* inter radium & Cubitum qua parte colligantur ambo.

Extendentes. Extendunt cubitum quatuor muſculi, *Longus*, *Brevis*, *Brachiæus externus* & *Angoneus*, *ſive Cubitalis*.

Longus. Longus [c] *oritur* â coſta inferna Omoplatæ prope cervicem, ubi peculiarem ſinum obtinet, & *terminatur* in Olecrano.

Brevis. Brevis [d] *natus* â cervice poſtica brachii, in Olecranon quoque *ceſſat*. Ambo unicum robuſtum & nerveum tendinem efficiunt.

Brachiæus externus. Pro tertio muſcul *Galenus libro primo admin. anat. c. ult. molem carneam* recenſet, quæ cum duobus præcedentibus confunditur, & in eandem partem *inſeritur*. *Bracchiæum externum* appello, quia brachio externo inſtratus, duobus prioribus ſubjicitur. Ibidem monet *Galenus*, unicuique licere pro fibrarum rectitudine iſtos Tres Muſculos accurate ſeparare.

Anconeus Quartus [e] *Angoneus*, ſitus eſt in poſterioris cubiti flexura, quæ ἀγκῶν dicitur, & reſpondet Poplitæo. *Oritur* ab inferiore & poſtica brachii parte, radio & cubito interjectus, tendine nervoſo in cubiti partem

a, T22. f1. G. * b, T22. f1. II. f2. B. * c, T22. f3. E. * d, T22. f3. F. * e, T22. f3. α. f4. G *

late-

lateralem *inseritur* pollicis longitudine infra olecranon. Interdum adeo cohæret extremitati carnosæ brachiæi externi, ut ejus nullum discrimen appareat, tumque judicatur portio Brachiæi externi, eo usque protensi.

CAP. XXV.

Musculi Radij.

Radii *Pronator. Superior.*

PRonant Radium *duo musculi interiores*, quoniam in parte interna cubiti collocati, quorum alter *inferior Pronator*, Alter *superior Pronator* dicitur.

Superior [a] rotundus, *prodit* ab interna parte condyli interni brachii, & oblique in radium prope medium tendine membranoso *desinit.*

Inferior.

Inferior Pronator [b] *Quadratus*, ab ima parte cubiti in imum radium transversim fertur, eique carnosus totus *inseritur.* Ulnam etiam cum radio instar ligamenti connectit.

Supinator *Longus.*

Supinant *Radium* duo musculi exteriores.

Longus [c] *supinator* ab acumine brachii supra condylum externum *enascitur*, & per Radium protensus, imæ ejus epiphysi carnosus interne *inseritur.*

Brevis.

Brevis [d] ab externa parte interni condyli *prodiens*, oblique Radium fere medium petit, *& revolutus arcte comprehendit.*

CAP. XXVI.

Musculi Carpi.

CArpus flectitur, extenditur, & lateraliter movetur à duobus musculis, cujusque lateris *flexore & extensore* simul agentibus.

a, T22. f2. C. * b, T22. f2. D. * c, T22. f4. E. * d, T22. f4. F. *

Carpum flectentes

Flectunt Carpum duo musculi interiores, quorum *alter Cubitæus*, *alter Radieus*, à situ dici potest.

Cubitæus internus.

Cubitæus [a] *internus oritur*, ab interna parte condyli interni brachii, & cubito attensus, & ad os quartum Carpi primi ordinis supereminens *producitur.*

Radieus internus.

Radieus [b] *internus* ab eodem loco *eductus*, & per radium exporrectus in Os metacarpii indicem sustinens *inseritur.*

Extendentes.

Extendunt Carpum duo musculi externi, qui similem viam tenent, ac interni, propterea nominibus eisdem designantur.

Radieus exterior.

Radieus [c] *externus, sive Bicornis*, ab acumine Osseo, quod est in brachio supra condylum *emergit*, & radio innixus tendonem duplicem emittit, quorum Alter in Os Carpi radio subjectum, Alter in Os Metacarpii indici suppositum *inseritur.*

Nonnulli hunc musculum geminum constituunt, quia in origine & insertione omnino distinctus apparet: Nam is qui defertur ad Carpum, ab acumine Osseo brachii enascitur: Alter a condylo externo brachii oritur, & metacarpium cum carpo extendit.

Tendones suos habet peculiaribus thecis & vaginis Neurochondrodeis inclusos & separatos, extra ligamentum annulare Carpi.

Cubitæus exterior.

Cubitæus [d] *externus* ab externa Apophysi brachii ortus, & per cubitum delatus, in Os quartum metacarpii minimo digito subjectum *tendonem suum immittit.*

a, T22. f1. N. * b, T22. f1. M. * c, T22. f3. H. * d, T22. f3. G. *

CAP.

CAP. XXVII.

Musculi volæ manus.

IN vola manus duo notabiles musculi reperiuntur, qui *Palmares* dicuntur; unus *longus*, alter *brevis*.

Palmaris Longus

Longus [a] ab interna parte condyli brachii *enatus*, in volam *expanditur*, usque ad primum internodium digitorum.

In exortu suo carnosus est, mox in gracilem tendinem attenuatur, qui ligamentum annulare carpi supergressus, nec inclusus cum reliquis tendonibus, in nervosam membranam dilatatur, cuti adeo tenaciter affixam, ad tactus subtilitatem, & apprehensionis firmitatem, ut difficillime à cute secerni queat.

Palmaris Brevis.

Præter palmarem in vola, *Caro quædam quadrata* pollicem lata, rubicundior thenaribus, supra ligamentum annulare reperitur, quæ sæpius simplex interdum bifida, duorum musculorum effigiem refert, & musculo palmari subtensa & implicata, videtur *enasci* a radice thenaris, & ad Os illud octavum carpi extra ordinem positum *deduci*.

Illius munus est manum cavam reddere, & *Scyphum Diogenianum* efformare cum musculis pollicis, & hypothenare. Vocabitur Musculus iste, *Palmaris brevis*.

CAP. XXVIII.

Musculi Digitorum.

Digitos 4 flectunt.

PHalanx digitorum flectitur, extenditur, & lateraliter movetur.

Flectunt quatuor digitos, duo musculi, *Sublimis*, & *Profundus*.

Sublimis [b] ab interna parte Condyli interni bra-

a, T22. f1. K. * b. T22. f1. O. f5. A

chii

chii *oritur*, & circa Carpum quatuor [a] tendones producit, qui ad secundum digitorum articulum *terminantur*, perforanturque, ut viam præbeant tendonibus profundi. *Sublimis.*

Profundus [b] à partibus superioribus cubiti, & radii paulo infra articulum *emergit*, & [c] quadripartitus, ad tertium digitorum internodium, per foramina tendonum sublimis *porrigitur*. *Profundus.*

Sed observa naturæ industriam, quæ ut digitorum recta fieret inflexio secundum eorum longitudinem parte interna, ex durissimis & ligamentosis membranis *Canalem* effinxit, qui Tendones profundi, & sublimis arcte complectitur, ne flexis digitis tendones incurvati, a sua sede divellerentur, & tanquam funiculi exsurgerent, cutemque attollerent.

Et quamvis Tendones in isto canali sint arcte comprehensi, iter tamen & cursum liberum habent, quia pingui & oleoso humore canalis inunctus est.

Ex ipsis tendonibus profundi juxta Carpum, *Lumbricales* [d] *quatuor enascuntur*, tenaciter affixi, & ad primum internodium cujusque digitiferuntur, ubi coeunt cum interosseis. *Lumbricales.*

Musculi Extensores Digitorum sunt, *Communes* & *Proprij*. Extendit

Communes voco, qui digitis quatuor conveniunt. qualis est *Extensor magnus* digitorum, vel qui præter extensionem alios motus edunt, ut Lumbricales & Interossei simul juncti. *Extensor magnus.*

Proprij sunt, qui digitis tantum quibusdam conveniunt, & attribuuntur, ut Extensor Indicis, & Extensor auricularis.

a, T22. f5. aaaa. * b, T22. f1. P. f5. B. * c, T22. f5. bbbb. * d, T22. f5. CCCC. *

Magnus

Magnus [a] *Extensor* digitorum ab externo brachii Condylo prodit, & juxta [b] Carpum finditur in quatuor [c] tendones, qui in duos inferiores atticulos singulorum digitorum desinunt.

Digiti moventur ad latera, quod vulgo *adduci & abduci* nominant.

Ad latera moventes Comm.

Adducuntur cum ad pollicem trahuntur, Abducuntur cum ad eo recedunt. Motus autem ille ab *Interosseis* musculis perficitur: *Tres sunt* [d] *Externi, totidem* [e] *Interni*, spatiis Ossium metacarpii instrati.

Interossei.

Oriuntur ab eorum partibus supernis juxta Carpum, & in primo internodio gracillimo tendine, tria digitorum Ossa lateraliter perreptant, usque ad radicem unguium, ubi antrorsum, & superne tendones coeuntes *terminantur*. Idcirco Interossei simul agentes, Extensos digitos simul constringunt, quali figura tenentur dum natamus.

Proprii

Præterea duos obsérvabis Musculos tanquam Interosseos externos, primo & quarto Ossi metacarpii extrinsecus superstratos, quorum alter [f] *hypothenar, proprius est* parvi digiti, & in duos secari potest.

Abductor Minimi.

Oritur ab Osse tertio & quarto secundi ordinis Carpi, & in Phalanges ejusdem digiti lateraliter inseritur, ut eum abducat ad latus externum.

Abductor Indicis.

Alter Indici convenit, & Antithenari subjectus, ab interna parte primi Ossis pollicis *enascitur*, & in Phalanges indicis *inseritur*, ut hunc digitum ad pollicem trahat. Unde *Musculus Abductor* indicis potest appellari.

Extensores proprii Indicis.

Præter tendonem communis extensoris habet peculiarem musculum extensorem, qui [g] *Indicator* po-

a, T 22. f 3. K. * b, f 3. e. * c, f 3. ffff. * d, f 4. IIII. * e, f 2. ffff. * f, f 2. gh. f 1. S. * g, f 3. I. *

test

test appellari, quo motu indicandi causa utimur.

Oritur à media & externa parte Cubiti, atque bifido tendine in secundam articulationem inseritur: Alterque Tendo cum tendine majoris extensoris coalescit.

Auriculari digito *extensor proprius* tribuitur. *Enascitur* à superna parte radii interjectus cubito & radio, duplici tendine in auricularem digitum externe implantatur, sed altero tendone miscetur cum tendone majoris extensoris.

Minimi.

Interea notabis *Lumbricales musculos*; interdum tres; sæpius quatuor, raro quinque reperiri, qui licet tendonibus profundi musculi sint implexi, & ab his *oriri* constans sit opinio, existimo tamen à nervoso & orbiculari [a] ligamento Carpi *enasci*, ut ortum stabilem ac firmum obtineat.

CAP. XXIX.

Musculi Pollicis.

POllex, quia solus æquipollet aliis digitis, musculos habet peculiares, quibus seorsim flectitur, extenditur, & ad latera movetur.

Pollicem *Extendentes.*

Extendunt pollicem *duo musculi longiores*. Unus [b] à latere superiore, & externo cubiti *natus* radium adscendit, Carpumque prætervectus, in pollicis primum & secundum articulum duplici, interdum triplici tendone externe *inseritur*.

Alter [c] ab eadem parte cubiti, sed inferiore prope Carpum *exortus*, in tertium articulum pollicis desinit.

Flectitur pollex ab *uno* [d] *Musculo*, qui ab interna *Flectens.*

a, T 22. f 3. g. * b, T 22. f 3. M. * c, T 22. f 3. L. * d, T 22. f 2. D. *

parte cubiti *ejectus*, ad primum & ſecundum interno-dium pollicis iuterne *defertur*.

Ad latera moventes. *Movetur lateraliter* a duobus muſculis.

Thenar [a] oritur â parte interna Carpi ſub pollice, & in ſecundam pollicis Phalangem inſeritur, ut illum a digitis abducat.

Alter [b] *Antithenar* ad indicem pollicem trahit. *Naſcitur* a latere externo primi Oſſis metacarpii indicem ſuſtinentis, & in primam pollicis Phalangem deſinit.

Trahitur ad âlios quatuor digitos [c] muſculo, qui junctus & ſubjectus thenari ex tribus Oſſibus infernis metacarpii *enatus*, in ſecundam Phalangem pollicis inſeritur. *Hypothenar pollicis* dici poteſt, quia ſubſtratus thenari.

CAP. XXX.

Muſculi Thoracis.

Muſculi duplices. MUſculi Thoracis ſunt *Proprii vel Communes*. *Proprii* dicuntur qui ſpeciatim & proprie pertinent ad Thoracem, *Communes* ſunt qui certæ parti deſtinati, ſuam tamen Thoraci præſtant operam tanquam ſubſidiari, quales ſunt Muſculi ſuperiores Omoplatæ.

Thoracem Dilatantes. Dilatant ſive attollunt Thoracem *quinque Muſculi*. Tres ſunt Antici, *Subclavius*, *Serratus major*, *& Triangularis ſive pectoralis internus*. Unus poſticus *Serratus ſuperior: &* quintus *eſt Intercoſtalis externus*.

Subclavius. *Subclavius* [d] â Clavicula interna prope acromion carnoſe *exortus*, in primam coſtam prope ſternum *inſeritur*.

a, T 22. f 4. K. * b, T 22. f 1. & f 2. F. * c, T 22. f 1. R. f 2. G. * d, T 10. f 1. F. *

Serra-

Serratus major. *Serratus* [a] *major*, ab interna Omoplatæ baſi ad ſex, modo ſeptem coſtas *pertingit*, quarum quinque ſunt veræ coſtæ inferiores, & ſpuriæ duæ ſuperiores.

Serratus ſuperior. *Serratus* [b] *poſticus ſuperior* ſub Rhomboide *Situs*, à ſpinis trium vertebrarum inferiorum colli, & prima ſpina dorſi *enaſcitur*, atque in tres coſtas ſuperiores, interdum quartam *deſinit*.

Intercoſtalis externus. Intercoſtales *undecim* [c] *externi* unius Muſculi locum tenent, qui â coſtæ ſuperioris inferno latere in latus ſupernum inferioris coſtæ oblique antrorſum *fertur*. Iſtis Muſculis dilatantibus Thoracem oportet addere *Diaphragma*.

Triangularis. *Triangularis* â media & interna parte ſterni *enatus* in coſtarum inferiorum cartilagines *inſeritur* uſque ad ſecundam, vel tertiam coſtas nothas.

Contrahentes. Contrahunt Thoracem tres Muſculi, *Sacrolumbus. Intercoſtalis internus, & Serratus poſticus inferior.*

Sacrolumbus. *Sacrolumbus* [d] ab oſſe ſacro, & ſpinoſis apophyſibus lumborum *oritur*, & in ſuperiores Coſtas *deſinit* prope earum radicem ſingulis coſtis *duplicem tendinem*, ſive anſulam tendinoſam, internam, & externam tribuens, ideoque inſervit, & deprimendis coſtis, & erigendæ ſpinæ, ubi antrorſum inclinatur & incurvatur.

Intercoſtalis internus. *Intercoſtales* [e] *interni* undecim coſtarum ſpatia implentes pro unico habentur. Ab inferna coſta ad ſupernam oblique *ducitur*. Fibras habet externo contrarias, decuſſatim interſectas.

Serratus inferior. *Serratus poſticus* [f] *inferior*, a ſpinis trium vertebrarum extremarum dorſi, & prima lumborum *eductus*, in tres quatuorve infernas coſtas *terminatur*.

a, T 10. f 1. CD. * b, T 14. f 2. E. * c, T 10. f 1. GG. * d, T 14. f 1. LL. f 3. BB. * e, T 10. f 1. HH. * f, T 14. f 2. FG. *

Serratus iſte poſticus inferior eſt oppoſitus Serrato poſtico ſuperiori, & ambo per latam & membranoſam aponeuroſim ita coeunt inter ſe, ut fungantur officio faſciæ ad colligandos & conſtringendos ſpinæ Muſculos poſticos.

Alii addunt *Muſculos octo addominis*, quoniam ad exſpirationem violentam plures muſculi requiruntur.

CAP. XXXI.

Diaphragma.

Diaphragmatis uſus.

MVſculus [a] eſt admirabilis, tam in ſua compoſitione, quam actione continua, noctu diuque indeſinenter partes naturales & vitales flabellans, quas tamen tanquam ſeptũ tranſverſum diſcriminat.

Origo.

Oritur à circumferentia notharum coſtarum per quas oblique circumducitur uſque ad lumborum vertebras: *finis*, ſeu aponeuroſis eſt in centro nerveo.

Motus.

In inſpiratione contrahitur & tenditur, tumque deorſum adducit coſtas inferiores, & ex convexo rectum efficitur. In expiratione ſuperne revellitur ope Mediaſtini, & ex recto convexum redditur.

CAP. XXXII.

Muſculi Dorſi, & Lumborum, quibus Spina movetur.

Dorſum proprie non movetur.

DOrſum *non movetur*, ob coſtas interjectas, & Muſculorum, tam internorum quam externorum penuriam, Muſculos quidem habet extrinſecus ſupra ſe extenſos, ſed qui alio referuntur. Atque inter cervicem & lumbos immotum manet, dum extrema moventur.

Motus autem fit in ultima dorſi vertebra, quæ undique

a, T 10. f 1. II. f 6 & 7. tota.

dique excipitur à vicinis vertebris, & non excipit, & quia lumbis contigua; *Motus ille lumbis potius, quam dorſo adjudicatur*, quamvis pertineat ad totam ſpinam.

Itaque Spina, ſive *lumbi flectuntur, & extenduntur, & ad latera ducuntur.*

Spinam Flectens.

Flectunt duo Muſculi utrimque unus, [a] *Quadratus*, qui à parte poſtica oſſis Ilii, & laterali parte oſſis ſacri interne *proſiliens* in tranſverſas Lumborum apophyſes uſque ad ultimam coſtam carnoſus inferitur.

Quadratus.

Ego vero potius ab apophyſibus tranſverſis duarum vertebrarum inferiorum dorſi & ultima coſta *educerem*, ut poſſit cum Muſculis obliquis deſcendentibus & rectis agitare & movere antrorſum compagem oſſium Ilium.

Flexionem quoque Lumborum, totiuſque ſpinæ Muſculi abdominis inſpirationi inſervientes adiuvant, Thoracem enim deprimentes, Spinam etiam incurvant. Si ſupine jacens ſupra nates, truncum corporis erigas, aut in pedes recta ſalias abſque manuum adminiculo.

Extenden tes.

Extendunt Spinam ſive Lumbos *quatuor muſculi*, *utrimque duo*, qui adeo ſunt implexi ſecundum longitudinem Spinæ, ut tot paria, quot ſunt vertebræ, vel unum tantum par muſculorum, tendines vertebris omnibus tribuens ſtatuendum ſit, *Authore Galeno.*

Semiſpinatus.

Semiſpinatus [b] nervoſo principio *à Spinis omnibus Oſſis ſacri*, in apophyſes Lumborum totiusque dorſi tranſverſas deſinit.

Sacer.

Sacer [c] acuto & carneo principio à poſteriore parte Oſſis Sacri exortus in radices ſpinarum dorſi vertebrarum *producitur*.

Lateraliter Spina, ſive Lumbi moventur, cum al-

a, T 14. f 2. OO. f 4. CC. T 10. f 1. NN. * b, T 14. f 3. DD. f 4. AA. * c, T 14. f 4. BB. *

Ad Latera moventes.

terius lateris musculi seorsim agunt, tam flectentes, quam extendentes.

Si musculi Spinam extendentes, sunt oppositi, musculis abdominis obliquis descendentibus & rectis, qui mouent compagem ossium Ilium, *enasci* debent à partibus superioribus Spinæ, *ut inserantur* in ossa Ilium & Os sacrum. Et quamvis *oriantur* à partibus supernis Spinæ, inservient tamen erigendæ Spinæ, eruntque semper antagonistæ musculorum Spinam flectentium, nempe quadrati & musculi obliqui ascendentis.

Nervos etenim recipiunt in partibus superioribus, ut in mediis partibus.

CAP. XXXIII.

Musculi Abdominis

QUoniam Musculi [a] decem, qui reperiuntur extensi supra abdomen, *initio libri primi* accurate fuerunt explicati, non repetam, quia sunt exempti.

CAP. XXXIV.

De motu ossium Ilium & ossis Sacri simul junctorum.

A quibus musculis moveatur Antrorsum?

COmpages ossium Ilium cum Osse sacro movetur antrorsum, & retrorsum in congressu venereo ad procreationem.

Antrorsum movent istam compagem *Musculi abdominis* [b] *Recti* & *Obliqui* [c] *descendentes*, quiescente Thorace, & immotis Femoribus, nisi sequantur motum Ossium Ilium.

a, T2. f8. AB. f9. AD. * b, T2. f9. BC. * c, T2. f8. A. &c. *

Retrorsum movetur *à* [a] *Sacro* & [b] *Semispinato*, qui oriuntur à partibus supernis dorsi: pluribus rationibus & experimentis id demonstravi *in Anthropographia*.

A quibus Retrorsum?

CAP. XXXV.

Testis Musculi.

TEstis musculus, est *Proprius aut Communis*.

Testis Musculus proprius.

Proprius est cuique testiculo peculiaris, *Cremaster* [c] dictus. *Oritur* à spina inferna & antica Ossis Ilium: vel potius extrema pars est musculi obliqui ascendentis, Ossi pubi vicina, cujus caro rubicundior, tenuior, & veluti desiuncta â carne musculi obliqui ascendentis. Extrinsecus peritonæi productionem involvens, una cum Vasis spermaticis ad testiculum *producitur*.

Cremaster

Testiculum sursum retrahit ac suspendit.

Communis musculus est Scroti membrana [d] *Dartos*, continuatio scilicet panniculi carnosi. Musculus iste membranosus geminos Testes suspendit.

Communis.

Mulieres etiam habent suum *cremasterem*, breviorem, productioni peritonæi superjectum.

Membr: Dartos.

CAP. XXXVI.

Musculus Vesicæ.

NEvrina in Vesica collecta involuntarie prodiret, ejus cervicem *musculus* [e] *Orbicularis*, carnosus, supra prostatas revolutus claudit; Et cum sit latus vrinam expellit, atque constringendo prostatas, in

Sphincteris Vesicæ officium.

a, T14. f4. BB. * b, T14. f3. DD. f4. AA. * c, T6. f2. DD. * d, T6. f2. BB. * e, T6. f5. FF. *

congressu venereo semen elidit. Cervix autem Vesicæ cum sit carnosa, fungitur officio sphincteris musculi interni, & exacte claudit Vesicam.

CAP. XXXVII.

Musculi Penis.

Penis *Erectores.*

PEnis quatuor habet musculos, utrimque binos. *Erector* [a] nascitur ab interno tubere Ischii, & ligamento Penis attensus, lateraliter ad medium Penis corpus pertingit. *Accelerator* [b] non tantum ab Ani sphincter, sed etiam à tubere interno Ischii infra ligamentum Penis *exurgit*, & cum suo pari Vrethræ substratus, ad medium usque Penem *producitur.*

Accelera-tores.

Seminis ejaculationem accelerat, & guttas vrinæ protrudit. Ex quoniam in exortu suo duplex est, idcirco geminus posset constitui, sed cum portionem quæ à tubere Ischii prodit, tribuam podici quam *Levatorem externum Ani* voco, ideo *Verus Accelerator*, ex opinione Anatomicorum & mea, à solo sphincter externo Ani *enascetur.*

CAP. XXXVIII.

Musculi Clitoridis.

CLitoris in mulieribus Penem virilem repræsentat, propterea pares musculos obtinuit, non eidem officio inservientes, de quibus dictum fuit *lib. 1. cap. de Vtero.*

a, T6. f1. aa. f5. HH. * b, T6. f1. * bb. f5. II. *

CAP.

CAP. XXXIX.

Musculi Ani.

MVsculos Ani exposui satis accurate, *capite 33. lib. 2.*

CAP. XL.

Musculi Femoris.

Femur Extendentes

FEmur Extenditur, Flectitur, Adducitur, Abducitur, Oblique rotatur.

Extenditur nobis stantibus, cum ad perpendiculum suppositum est Femur Ischio, quod fit à tribus musculis qui nates constituunt; Ideoque *Gloutij*, natium Authores appellantur.

Maximus & extimus [a] *Gloutius* à Coccyge, spinis Ossis sacri, Ilium costa plusquam dimidia *enatus*, *inseritur* quatuor digitos infra Trochanterem magnum, ubi eminentia quædam Ossis apparet. *Glutæus major.*

Secundus & medius [b] *Gloutius*, *Ortus* ab exteriore parte Ossis Ilium, in Trochanterem magnum & externum *inseritur* *Medius.*

Tertius & intimus [c] *Gloutius* à facie Ilium Ossis externa, sed inferna, magis *eductus*, in verticem sive summam partem magni Trochanteris implantatur. *Minimus.*

Flectentes

Flectitur femur à tribus musculis.

Primus *Lumbaris sive* [d] *Psoas* in cavo abdominis vertebrarum lumbarium corporibus superiectus; *Nascitur* à transversis apophysibus duarum inferiorum dorsi vertebrarum, & supra faciem internam Ossis Ilium devectus, in parvum Trochantera *inseritur.* Sæpissime in Viris *parvum musculum* huic supertensum *Psoas.*

a, T23. f2. B. f3. A. * b, T. 23. f3. B. f4. C. * c, T 23. f4. B. * d, T 10. f1. OO. T23. f1. A. *

inveni, qui in exortu ſuo minimi digiti longitudine & craſſitie carnoſus, gracili & plano tendine ſuper Pſoam delatus, cum pervenit ad illiacum, in aponeuroſim latam ac firmiſſimam lateſcit, quæ Iliacum & Pſoam firmiter amplexatur. Ideoque in robuſtis hominibus additum fuiſſe puto, ut Pſoam arcte complectatur, & in ſua ſede firmiter contineat.

Parvus Pſoas dicitur, in mulieribus rarius reperitur, quam in Viris: & anno D. 1631. videre contigit in muliere robuſtiſſima Viragine, ob neces & latrocinia ſuſpenſa.

Iliacus. *Iliacus* [a] ab interna cavitate Oſſis Ilium *emergit*, & tendone ſuo junctus cum lumbari, inter magnum & parvum Throchanteras *deſinit*.

Pectineus Tertius [b] *Pectineus* manat â ſuperiore parte Oſſis pubis, & paulo infra cervicem femoris antrorſum *inſeritur*.

Adducens Trahitur femur ad latus internum *à Tricipiti* [c] *muſculo*, qui tres habet origines, totidem inſertiones diſtinctas.

Triceps. *Vnum caput* oritur â parte ſuperno Oſſium pubis. *Alterum* â media parte ejuſdem Oſſis. Tertium ab inferna parte ejuſdem Oſſis, *& inſeruntur* in lineam poſticam femoris, alternatim diſpoſiti.

Fortis & valida eſt hujus muſculi actio, introrſum trahendo femora, dum arbores & antennas ſcādimus, & equitamus. Hic *Muſculus Triceps, primus illuviem* corporis in tibias delabentem excipit ratione vaſorum illac tranſeuntium.

Abducentes. Trahunt femur ad latus externum exigui muſculi, quia tractio femoris extrorſum non eſt admodum neceſſaria.

a, T 23. f 1. B. * b, T 23. f 1. C. *infra b.* * c, T 23. f 1 & 2. CC. *

Qua-

Quadrigemini dicti Quatuor ſunt parvi muſculi, parte poſtica ſupra femoris articulationem alternatim collocati. *Quadrigeminus Primus.*

Primus *& ſuperior* [a] *quadrigeminus* cæteris longior, ac veluti pyriformis, *Iliacus externus* ab aliis nuncupatur. *Oritur* ab imo Oſſe ſacro & externo. *Secundus.*

Secundus [b] *quadrigeminus* à tubere Oſſis Iſchii.

Tertius [b] huic contiguus ab eadem parte *naſcitur* & illi tres in Trochanteris magni cavitatem *inſeruntur*. *Tertius.*

Tres iſti muſculi quadrigemini cavo Trochanteris magni incluſi, inſerviunt etiam propellendo deorſum ſive prolongando femori, dum paulum extra naturalen longitudinem exporrigitur, quod obſervabis reſupino & extenſo corpore.

Eam actionem perficiunt eo modo, quo *Pterygoideus internus* maxillis duabus interjectus, antrorſum pellit maxillam inferiorem.

Quartus quadrigeminus [c] *quadratus*, cæteris latior & carnoſior, à tertio quadrigemino duorum digitorum latitudine diſtans, *naſcitur* ab interna parte tuberis Iſchii, & in partem externam magni Trochanteris *affigitur*. *Quartus.*

Oblique rotant femur *Obturatores duo*, *Externus & Internus.* Oblique rotantes.

Internus [d] *naſcitur* ab interna circumferentia foraminis, quod eſt in Oſſe pubis. Ac per eum ſinum, qui eſt inter tuber Iſchii & Acetabulum devectus, trifido tendine in cavum Throchanteris magni *proſertur*. *Obturator internus.*

Ejus tendo ſecundo & tertio quadrigemino, qui marſupium referunt, obvolvitur & includitur, Rota-

a, T 23. f 3. C. f 4. D. * b, b, T 23. f 3. b. f 4. G. * c, T 23. f 3. D. f 4. E. * d, T 23. f 3. E. & 4. F. *

tionem

tionem externam dirigit.

Externus — *Externus* [a] *obturator* à circumferentia externa foraminis, quod est in pube, & per cervicem femoris veluti per trochleam revolutus, ad magni trochanteris cavitatem sub quarto quadrigemino defertur.

Rotationem internam gubernat; quando musculi quadrigemini, & obturatores humoribus serosis imbuuntur, dolores acerrimos inferunt, qui mentiuntur veram Ischiadem, & elongant femur, ac si dimidio luxatum esset, quod est diligenter notandum, & distinguendum.

CAP. XLI.

Musculi Tibiæ.

Tibiæ motus. TIbia jungitur cum femore per gynglymum, propterea tantum movetur flectendo & extendendo, sed quia laxa est articulatio, permittit etiam ad latera tibiam deducere, propterea *Laurentius, & alij posteriores Anatomici*, Tibiam adduci & abduci volunt â quibusdam musculis ad hoc opus destinatis.

Adducitur, sive ad alteram trahitur, â longissimo musculo sutorio. Abducitur, sive recedit ab altera per musculum membranosum, sive fasciam latam.

Tibiam Flectentes Vnicuique liberum relinquo sic partiri musculos, quos in flexores & extensores divido.

Flectitur Tibia â *quatuor musculis* posticis.

Seminervosus. Quorum *primus* [b] *Seminervosus* appellatur. *Oritur* â tubere Ischii, & in posteriorem ac interiorem tibiam *desinit*.

Semimembranosus. Alter [c] *Semimembranosus*, ab eodem tubere Ischii *egreditur* principio nervoso, ac membranoso, sed la-

a, T 23. f 4. s. * b, T 23. f 3. GG. * c, T 23. f 3. HH. *

tiore

tiore tendine ad internam tibiam ac posticam *producitur*.

Biceps. [a] ab eodem tubere Ischii prodit, & per femoris externam partem delatus, circa medium femur *Carneam molem* assumit, quam pro secundo musculo separatam vidi, usque ad caput, & unico tendine in externam tibiam *inseritur*.

Gracilis. Quartus vulgo *posticus* [b] *gracilis*, *oritur* â linea, quæ Ossium Ischii, & Pubis coalitum designat, & per internam femoris partem descendens, in partem internam tibiæ *inseritur*.

Poplitæus [c] ad flectentes referendus est, in cavo poplitis latitans, supra Caput solei, â femoris externo tuberculo in tibiam posticam ac superiorem oblique inseritur, quam arcte complectitur.

Extendentes. Extendunt Tibiam *musculi sex*. Primus occurrit [d] *Membranosus*, à spina superna Ossis Ilium *eductus* in tibiam anticam fertur, vel potius femoris, ipsiusque tibiæ musculos instar fasciæ [e] membranosæ succingit, excepto musculo *Sutorio*.

Membranosus.

Sutorius Hic [f] à *spina superna & antica costa* Ilium ortus, & per interiora femoris oblique delapsus, in tibiam internam *desinit*, quam adducere dicitur, & alteri superimponere more Sutorum.

Rectus. [g] *gracilis* ab inferna spina Ossis Ilium *natus*, & secundum longitudinem femoris recta protensus, in tibiam anticam infra epigonatim *desinit*.

Vasti externus. *Vasti* duo recto gracili utrimque adiacent, quorum *alter* [h] *externus* â radice Trochanteris magni *emergit*, & in tibiam paulo infra patellam externe *cessat*.

a, T 23. f 3. III. * b, T 23. f 3. FF. * c, T 23. f 4. H. * d, T 23. f 1 E. * e, T 23. f 1. ccc. * f, T 23. f 1. II. g, T 23. f 1, FF. * h, T 23. f 1. GG *

Alter

Internus. *Alter* [a] *internus*, â radice Trochanteris parvi *oritur*, & in tibiam internam paulo infra patellam *incidit*.

Crureus. *Crureus* [b] Vastis duobus subjectus, ab Osse femoris antico *prodit* inter duo Trochanteras, totique cruri adhærens, tendonem suum supra epigonatim ad tibiam anticam *producit*.

Quinque isti musculi Rectus, Gracilis, Vasti duo, & Crureus circa genu simul uniti, unicum efformant tendonem latissimum & robustissimum, quo patella obvolvitur.

CAP. XLII.

Pedis, sive Tarsi Musculi.

Pedis Motus. VT Manus in tres partes dividitur, sic pes in Tarsum, Metatarsum & Phalangem digitorum. Atque ut in manu Carpus movetur immoto metacarpio: Ita in pede Tarsus mobilis est, immoto metatarso. Ideoque *Tarsus flectitur*, cum movetur antrorsum, *extenditur* cum retrorsum agitur.

Interea notabis flexiones membrorum in toto pede plane contrarias esse, cum in manu sint consimiles, ad apprehensionem, in pede contrariæ, ad stationem firmam, & diversas actiones obeundas: nam *flexio* femoris fit antrorsum, *flexio* tibiæ retorsum, *flexio* pedis antrorsum, *flexio* digitorum retrorsum.

Pedem Flectentes Flectunt pedem duo Musculi antici, *Tibiæus & Peronæus*.

Tibiæus anticus. Tibiæus [c] *anticus* â tibiæ superna epiphysi prope fibulam *exortus*, toti tibiæ adhærens, circa medium Os in tendonem abit, qui sub ligamento [d] annulari pudis in duos tendones scinditur, quorum alter in Os primum innominatum *inseritur*, Alter ad Os metatar-

a, T23. f1. HH. * b, T23. f1. &c: * c, T23. f1. K * d, T23. f1. g. *

si pol-

si pollici propositum *protenditur*.

Peronæus anticus. *Peronæus* [a] *Anticus* junctus est Peronæo Postico in exortu suo, quamvis per fissuram malleoli externi ambo tendones traducantur, qui in fine & insertione sunt separati: *Anticus oritur*, â media & externa parte Perones, & per fissuram malleoli externi deductus, *inseritur* antrorsum in Os metatarsi, quod minimum digitum sustinet.

Extensores. Extenditur Pes â musculis posticis. Primi & extimi sunt [b] *Gemelli*, quia mole, robore, & actione pares, qui etiam *Gastrocnimij* dicuntur: quia ventrem suræ constituunt, quorum unus internus in latere interno tibiæ positus, alter externus, latus externum tibiæ occupat.

Gemellus internus. *Internus Gemellus* ab interno femoris Condylo *oritur*; Externus Gemellus, ab externo Condylo *nascitur*. In principio disjuncti, tandem in unum ventrem coalescunt, qui valida tendine ad calcem posticum *profertur*: singulis eorum principiis primus *Vesalius* observavit, singula Officula [c] sesamina apposita, ut levi, lubricaque sua superficiei, dum Ossi & musculo interjecta sunt, impediant ne in cruris directione musculi lædantur.

Externus. *Plantaris* [d] inter Gemellos & soleum latitans, *oritur* ab externo Condylo femoris superne carnosus, mox gracillimo & oblongo tendine sub Calcaneo, juxta malleolum internum traductus, in plantam pedis *diffunditur*.

Plantaris. In pede, ut in manu eodem officio fungitur, ut Pes respondeat manui, & dum Pes cavus efficitur, Cutis tendonibus subjectis firmiter agglutinetur.

a, T23. f1. LL. * b, T23. f1. dd. f2. DD. f3. KK. * c. T23. f3. oo. * d, T23. f3. M. *

Soleus

Soleus. *Soleus* [a] latus & crassus musculus à Tibiâ superna *originem sumit*, vel â Tibiæ & Perones superna & postica commissura, atque tendone cum gemellis mixto, in calcem posticum *inseritur*.

Sub soleo insignia vasa, venæ arteriæ, & nervi traducuntur: inde fit, ut dolores suræ sint profundi & diuturni.

Chorda Hippocratis quid? Ex gemellis & soleo parte inferiore simul confusis constituitur *Communis ille Tendo* crassissimus & robustissimus, quem *Hippocrates* chordam vocavit magnam, cujus læsiones, contusiones & sectiones mortem adferunt.

Tibiæus posticus. Pedem extendunt duo Postici musculi, *Tibiæus Posticus Oritur* [b] â superna tibia, & toti tibiæ affixus, per interni malleoli fissuram, duos producit tendones, quorum alter Scaphoide Osse *terminatur*, Alter ad primum Os innominatum *producitur*.

Peronæus posticus. *Peronæus* [c] *Posticus* â superna & postica parte Perones proficiscitur, & per fissuram malleoli externi cum antico Peronæo delatus, in Os metatarsi sustinens pollicem sub planta pedis, *suum tendonem latum, durum, ac veluti cartilagineum transmittit* sub capite tendinoso illius *massæ carneæ*, quæ producit interosseos suos internos.

Musculi *Peronæus Anticus, & Posticus*, ut origine sunt distincti; sic & insertione, quamvis per trochleam malleoli externi traducantur: sed alterius flexoris Peronæi tendo externe in Os metatarsi sustinens minimum digitum *inseritur*.

Alterius Peronæi extensoris & postici tendo ulterius interne sub Pediæo *profertur*, Isti duo tendones diversis vaginis neurochondrodeis inclusi separantur.

a, T23. f3. LL. * b, f2. EE. * c, f23. f2. FF. *

CAP.

CAP. XLIII.

Musculi Digitorum Pedis.

DIgiti Pedum proprios habent Musculos ad flexionem & extensionem, motumque lateralem comparatos: quorum Tendones annulari, sive orbiculari, ac transverso [a] *ligamento* infrà malleolos circumjecto comprehenduntur, ut in Carpo manus. *Ligamentum annulare.*

Digitorũ Tensores.

Extenduntur â *Longo & Brevi.*

Cnimodactylius. Longus [b] Digitum Tensor, sive *Cnimodactylius*, *Oritur* ab Antica Tibia, & interna, qua parte fibulæ jungitur, sub Tibieo antico reconditus, recta secundum longitudinem fibulæ descendit, & annulare ligamentum prætervectus, in quatuor [c] digitorum tres articulationes exporrigitur, ut quatuor digitorum tres articulos simul extendat.

Pediæus. *Brevis* [d] *Digitum Tensor*, sive *Pedieus*, à Pterna, Astragalique vicini parte externa & superna *emergit*, & superiori substratus, suis tendonibus in omnes internodii articulos *inseritur*.

Tendones horum musculorum, tam Longi quam Brevis, supra metatarsum decussatim sese intersecant.

Flexores. Digiti flectuntur à duobus, *Brevi & Longo*, qui respondent manus musculis, profundo, & sublimi.

Perodactyleus. Longus [e] Digitum flexor, sive *Perodactyleus*, à parte postica & superna Perones *enascitur*, & sub malleolo interno per calcis sinum peculiarem transvectus in quatuor tendones finditur, qui per fissuras tendonis Brevis Digitum flexoris traducuntur, ut in ma-

a, T23. f1. g * b, T23. f1. MM. * c, T23. f1. ff * d, T23. f2. G. * e, T23. f4. II. f6. C. *

nu, & in quatuor digitorum tertium articulum inseruntur.

Pedieus internus. Brevis [a] *digitûm flexor, sive Pedieus internus, nascitur* ab interna & inferna parte Calcis, & quadripartitus in secunda digitorum articulatione terminatur.

Ejus tendones perforantur, ut Longi digitum flexoris tendonem transmittant.

Obliquè moventes Præterea, Pedis digiti ducuntur ad latus *per interosseos*. Octo sunt, quatuor interni, totidem externi, qui non eodem modo se habent in Pede, ac in manu.

Interossei. *Externi* [b] orti à spatiis Ossium metatarsi: *Interni* [c] in cavo Pedis siti, Ossibus sunt attensi, & à *massa* [d] *carnea* quæ cavum illud Ossium metatarsi opplet, & occupat, videntur *enasci*: sed membrana detracta ab uno principio nervoso acuminato juxta Pternam interne affixo, & in quatuor tendines fisso educuntur, & desinunt in secundam articulationem, quibus Lumbricales musculi adhærescunt.

Itaque interossei externi spatia Ossium metatarsi occupant.

Lumbricales [e] musculi, non à tendonibus Longi digitum flexoris oriuntur, ut in manu, sed à mole carnea, quæ sub Brevi digitum flexore latitat. Hæc autem à Pterna nascitur.

CAP. XLIII.

Musculi Pollicis Pedis.

Pollicis Flexor POllicis [f] *flexor* Longo digitum tensori adiacens, carnosus, *prodit*, à superna parte fibulæ, qua cum tibia jungitur, & sub malleolo interno & planta pedis pro-

a, T 23. f 4. L. f 6. A. * b, T 23. f 2. aaaa. * c, T 23. f 5. dddd. f 6. ffff. * d, T 23. f 6. DD. * e, T 23 f 6. eeee. * f, T 23. f 4. K. f 6. B. *

progrediens, in Os primum Pollicis *inseritur*: & priusquam ad secundum Os perveniat, Sesamoides Ossiculum præponitur, atque tendo duobus Officulis Sesaminis grandioribus ad securitatem est interceptum.

Nonnunquam sub Planta Pedis in duos tendones dirimitur, unum pollici, alterum secundo digito suppeditat, Tum flexor Longus digitorum in tres tantum dividitur.

Extensor [a] *Pollicis enascitur* à tibiæ externo latere, ubi dehiscit à fibula, ac per Pedis superiora prorepens, in totum pollicem parte superiore *inseritur*. Interdum *Tendo bifidus* est, quorum alter in ultimum magni digiti articulum. Alter in Os metatarsi pollici substratum *desinit*. *Extensor*

Pollex & minimus digitus, duos habent notabiles Musculos extrinsecus sitos, qui digitos illos abducunt: Ita ut Alter Ossi metatarsi, quod supposítum est pollici, foris attensus, nominetur, *Abductor* [b] *pollicis*. *Abductor*

Alter quinto Metatarsi Ossi externe superjectus, *Abductor* [c] *minimi digiti* dicatur. Respondent Thenari & Hypothenari manus. *Abductor minimi.*

Præterea pollex in planta Pedis, *alium Musculum* habet [d] *Transversum*, antithenari similem, qui à ligamento Ossis metatarsi, quod minimo aut proximo digito subjectum est, *enatus*, oblique supra alia Ossa incedens, tendine robusto in primum pollicis articulum *inferne desinit*. *Pollicis Adductor.*

Hic opponitur Abductori, ut pollicem retrahat.

Detracta carne membrana trifida, vel quadrifida deprehenditur. Existimo esse massam illam Carneam, cavum illud plantæ pedis opplentem.

a, T 23. f 1. N. * b, T 23. f 3. O. f 5. bb. * c, T 23. f 3. P. f 5. c. * d, T 23. f 5. a. *

Massa carneæ situs.

In ima parte pedis quæ vestigium vocatur, *Carneæ* [a] *Massa* continetur, quæ illud primorum internodiorum spatium & cavum occupat: unde volunt produci tendones ad singulos digitos.

Vsus.

Hujus carnis, firmandis potius digitis, & eorum primis articulationibus, inter se colligandis, quam movendis, usum esse puto quinetiam mollis pulvinaris instar, Tendonibus aliorum musculorum substernitur.

CAP. XLV.

Manuductio ad Myotomen, sive accuratam dissectionem Musculorum Vniversi corporis.

Ratio ordinis.

QUi *Myologiam* accurate didicerit, facile *Myotomen* intelliget, & hanc partem doctrinæ Anatomicæ quam multi putant difficillimam, suo marte solus administrare poterit, si Methodum quam hic trado diligenter observaverit. Idcirco *Myologiæ* opportune succedet *Myotome*.

Frontalis Musculus.

Musculus *Frontalis.*

FRontis cute circulariter resecta supra supercilia, & evulsa usque ad futuram coronalem, vel ad exordium capillorum, occurrunt *Musculi* [b] *duo Frontales*, qui exactissime à subjecto osse Frontali separandi sunt, superne incipiendo & resecando usque ad supercilia. In media Fronte inter se disiuncti sunt.

a, T23. *f6.* DD. * b, T15. *f1.* E. *

Muscu-

Musculus orbicularis utriusque Palpebræ.

Orbicularis.

CUte superciliorum totiusque faciei industrie dissecta, *Musculus* apparet *Orbicularis* [a] *duplex*, qui totam externam oculi orbitam, ubique unius digiti latitudine circulariter contegit, utrique Palpebræ substratus est. Præterea, Tarso [b] subtensum orbiculatim invenies *Ciliarem Musculum*.

Ciliaris.

Musculi Labiorum.

Zygomaticus.

POstea tota facie nudata & sua cute spoliata, paulo infra orbitam occurrit Parvus Musculus gracilis & obl ngus transversim situs, *Zygomaticus* [c] nominatur. Nam â Zygomate, ad labiorum fissuram producitur. Hic ab adipe separandus est, multus etenim adeps Musculis etiam infarctus universam faciem obvolvit, quem unguibus apprehendes, vel forfice, aut scalpello acutissimo evelles, ut Musculosæ Carnes manifestius appareant.

Attollentes labia.

A Zygomate versus labia, *quinque Musculos*, sejuncto Zygomatico investigabis: *Duos* autem invenies supra labrum superius, quorum *unusquisque* ab altero exacte separandus est. *Qui ad Zygoma* [d] *propius accedit*, ad labrum inferius pertinet, nam ab eo attollitur.

Buccinator.

Alter [e] *naribus proximus*, ad labrum superius revocatur, *Lateralis* [f] *musculus* latus & carnosus buccas operiens efformansque, ideoque *Bucco dictus*, a sua sede non est dimovendus.

Deprimentes labia.

In maxilla inferiore usque ad medietatem labri inferioris, *duos Musculos* perquires prius detracta cute;

a, T15. *f1.* FF. * b, T19. *f1.* CC. * c, T15. *f1.* L. * d, T15. *f1.* K. * e, T15. *f1.* H. * f, T15. *f1.* O. *

qui mento [a] *vicinior est* labrum inferius deprimit. *Qui ultra* [b] *jacet* Masseteri proximus, vel oris angulo affixus labrum superius deorsum trahit. *Hi duo Musculi quamvis sint exactissime uniti*, varia tamen positione fibrarum ab invicem discernuntur; quod nimirum *prioris Musculi fibræ* à mento ad labrum assurgere videantur, ac veluti pyramidalem Musculum constituant, cujus basis infra consistat, apex ad labrum pertingat: *Alterius Musculi fibræ* ad commissuram labiorum ascendunt.

Nasi Musculi.

Nasum *Attollentes.*

NAsi cute acutissime directa, *duo* [c] *Musculi* ossibus & pinnis narium attensi deprehendantur, qui ab intercilio educti, in pinnas narium producuntur. Alii addunt, sed in nasutis tantum, *duos Parvos* [d] *Musculos, extremitatibus alarum Nasi transversim superjectos*, qui dilatant Nares, ut præcedentes Musculi Nares attollunt. Interea notabis omnes *istos Musculos adeo strictim conjunctos esse*, ut unum labrum, vel Nasus seorsim moveri nequeat, sine vicinarum partium motione. *Musculi interni Narium* raro reperiuntur; & in nasutis duntaxat.

Dilatantes.

Temporalis Musculus.

Temporalis.

MInori cantho oculi, & auriculæ interiecta caro, crassa & fibrosa *Musculus* [e] *Temporalis dicitur*, cujus tendo sub Zygomate traductus, in coronim maxillæ infernæ [f] terminatur.

a, T15. *f*1. *n.* * b, T15. *f*1. M. * c, T15. *f*1. G. * d, T15. *f*1. I. * e, T15. *f*1. PP. *f*2. AA. * f, T15. *f*2. *aa.* *

Mas-

Masseter Musculus.

Masseter.

AB inferna parte Zygomatis enascitur *Masseter* [a] *Musculus*, latera carnosa faciei constituens. Inseritur in angulum maxillæ inferioris, potestque in duos secari, fibris internis & externis decussatim intersectis.

Parotis glandula.

Parotidis constitutio

SUpra articulum maxillæ infernæ pone aures, *Glandulæ* sunt circumjectæ, ex quibus una magna conflatur, quæ *Parotis* dicitur: hanc non datur inspicere nisi directo Musculo lato qui ad aurem exporrigitur. Istâ Glandulâ extirpatâ, ad auriculæ Musculos accedes.

Musculi Auriculæ.

AUricula quamvis in homine firma & immota maneat, Musculos [b] tamen habet proprios parte postica collocatos. *Primus est exilis* in duas vel tres fibras carneas sectus, arctissime comprehendens auriculæ ligamentum: Ad radicem auriculæ est investigandus. *Alii Musculi auriculæ, sunt tantum portiones musculi Frontalis, musculi Lati, & musculi Occipitalis*, qui quidem omnes à panniculo carnoso producuntur.

Musculi Oculi.

Palpebræ Levator.

INtra orbitam Oculi, septem Musculi continentur, quales sunt *Attollens palpebram*, *Recti quatuor*, *& Obliqui duo*. Horum sex è profundo orbitæ emanant; *Bi-*

a, T15. *f*1. S. *f*2. BB. * b, T15. *f*1. QR. T20. *f*1. HI. &c.

nos invenies ſupra globum Oculi, quorum *alter ſitu primus, Attollens* [a] eſt palpebræ ſupernæ; Alter *Attollens* [b] Oculi dicitur. Tres alios *Muſculos* [c] *Rectos*, ſuo quemque ſitu pro actione quam edit inveſtigabis.

Oculorum Recti. 4.

Sed diligenter obſervabis *Sextum Muſculum Obliquum* [d] *Majorem*, qui ad majorem canthum, ſive juxta intercilium ſupra foramen lacrymale, circa cartilaginem velut ad trochleam, ſive ut habena circum annulare ligamentum reflectitur.

Obliquus major.

Hanc connexionem cave diligenter ne diſrumpas. Propterea Muſculorum Oculi adminiſtrationem, ab eo loco, id eſt à majore Cantho inchoabis, ut conſervare queas [e] *Trochleam, & inſertionem Tendonis*, incluſi ligamento Nerveo exili, quod ipſum Tendonem excipit & comitatur ad oculum. Caro iſtius Muſculi affixa eſt oſſeis parietibus foſſæ ocularis ad majorem canthum.

Septimus Muſculus Obliquus [f] *minor* enaſcitur ab ora interna infernæ orbitæ prope Glandulam [g] Lacrymalem, & ſupra [h] Humilem, ſed infra [i] Indignatorium Muſculos revolutus, parte ſuperiore ſupra globum Oculi juxta [k] Superbum Muſculum terminatur.

Obliquus minor.

Hic in adminiſtratione anatomica Oculi *ſecundus eſt* inveſtigandus, & ſollicite cuſtodiendus, ne alios perquirendo laceretur.

Si cuſpide ſcalpelli conjunctivam revellas, videbis *Muſculos omnes Oculi* per tenuem & membranoſam aponeuroſim deſinere in Corneam. Nec *Membranam peculiarem* conſtituere, ut cenſuit *Columbus*, quoniam cujuſque Muſculi aponeuroſis ſejuncta eſt.

a, T 19. f 1. AA. * b, f 3. 4. 5. A. * c, f 3. 4. 5. BCD. * d, f 3. & 4. F. * e, f 3. & 4. G * f, f 3 & 4. E * g, f 1. D * h, f 3. 4. &c. B. * i. f 3. 4. &c. D. * k, f 3. 4. &c. A. *

Sed

Sed non licet intuere, vel demonſtrare Muſculos Oculi, niſi forfice adipem illis circumjectam auferas, atque ubi levatorem Muſculum palpebræ ſuperioris, Quatuor Rectos, & Obliquum minorem demonſtraveris.

Ut manifeſte compareat Obliquus Major cum ſua revolutione ad trochleam, bulbum Oculi eximes, relicto illo Muſculo Obliquo majore, aliis tamen forfice reſectis.

Muſculi in Collo ſiti

COllum quod metimus à baſi capitis uſque ad claviculas, ſeptem ſpondylos comprehendens, parte anteriore *plures habet Muſculos*: quorum alii ad Caput, alii ad Os Hyoides, alii ad Laryngem, alii ad linguam, alii ad pharyngem pertinent.

Primus occurrit Muſculus [a] *latus* totam cervicem obvolvens. Enaſcitur à clavicula & ſterno, & affixus baſi maxillæ inferioris ad auriculam lateraliter producitur; exactiſſime ſeparari debet à ſubjectis carnibus, quia tenuiſſimus eſt.

Latus.

Revulſo Muſculo Lato, in colli anteriore parte ſub mento, *Novem uſque ad Laryngem, & infra Laryngem Sex invenies.*

Verſus exteriorem colli partem craſſior muſculus & rotundus apparet [b] *Maſtoideus*, obliquè à clavicula ad Maſtoidem aſcendit: hic in exortu ſuo ſeiungi debet, ut alii compareant. Interim notabis hunc *muſculum* ſæpiſſime diſrumpi à laqueo ſtrangulatorio.

Maſtoideus.

Sub Maſtoideo latitat [c] *Coracohyoideus gracilis & oblongus*, à ſcapula oblique ad os Hyoides protenſus, cui retrahendo dicatus eſt.

Coracohyoideus.

a, T 15. f 2. F. T 15. f 1. g g. * h, T 14. f 2. KK. f 3. G. * c, T 13. f 13. FF. *

Tum postea videbis *Arteriam Carotidem*, *Venamque Iugularem Internam*, *& duobus illis vasis interjectum Nervum sextæ coniugationis*. Mox ad musculos infra Laryngem sitos accedes.

Sternohyoideus. Bronchius

Primus occurrit [a] *Sternohyoideus* à summo sterno enatus. Huic subjacet [b] *Bronchius* ad Laryngem pertinens.

Deinde Musculos supra Laryngem, & sub mento collocatos administrabis.

Digastricus.

Primus est *Digastricus* [c] *maxillæ infernæ*, qui media parte gracilis & nervosus, ut circa Styloceratoidem reflectatur, in mentum interne desinit.

Illi assident sub mento *duæ Glandulæ*, quæ sæpius in rheumatismis intumescunt. Nescio cur *à Vesalio Animellæ* dicuntur. Istas Glandulas removebis, ut reliqui pateant Musculi, atque *ipsum Digastricum* à mento seiunges.

Mylohyoideus.

Sub eo jacet Musculus [d] *Mylohyoideus cum suo pari* arctissime vinctus & unitus; sed linea à fissura menti usque ad medium Ossis Hyoidis interne protracta, sectionis viam indicabit.

Geniohyoideus.

Sub *Mylohyoideo* reperiuntur *insignes duo Nervi*, *septimæ coniugationis propagines*, *&* Musculus [e] *Geniohyoideus*, ab interna parte menti in os Hyoides cessans, sed cum suo pari adeo strictim implexus, ut non nisi linea candida interne manifesta distinguantur.

Geniogloss. Basigloss.

Sub his [f] *Geniogloss.* latitat. Geniogloss. lateri externo adjacet *Mylogloss.* Huic subjectus est [g] *Ceratogloss.*, vel potius *Basigloss.*

Postea accedes ad cavum colli sub angulo inferiore maxillæ, ubi sedebat Glandula prius extracta. Hoc

a, T 13. f 13. DD. * b, T 13. f 5, CC. * c, T 15. f 1, TT. f 2. CC. * d, T 13. f 14. EE. * e, T 13. f 13. BB. * f, T 23. f 13. CC. * g T 13. f 14. CC. *

in loco

in loco consistit Musculus [a] *Styloglossus*, qui in Ceratoglossum inseritur. *Styloglossus,*

Infra duo Musculi conspiciuntur, quorum unus gracilis totusque carnosus *Stylohyoideus* dicitur; Alter illi proximus & contiguus in exortu suo ad Styloidem carnosus, & in medio instar chordæ attenuatus [b] *Digastricus* dicitur. Primus fuit in collo observatus sub mento. *Stylohyoideus.* *Digastricus.*

Sub Styloglosso latitat [c] *Stylopharyngeus*. Sub angulo maxillæ inferioris interne & immediate affixus est Musculus *Pterygoideus* [d] *internus*, à cavo Pterygoidis prosiliens, in angulum maxillæ inferioris interne desinit, non debet a suo situ divelli. *Stylopharyngeus.* *Pterygoideus* *Internus.*

A basi ossis Hyoidis extrinsecus occurrit Musculus brevis [e] *Hyothyroideus*, qui inseritur in partem mediam Thyroidis, hic fere totus semper effractus à laqueo strangulatorio reperitur. *Hyothyroideus.*

His omnibus Musculis administratis & revulsis apparet [f] *Oesophagæus*, latus & membranosus Musculus Oesophago substratus, quem amplexatur, & in alis Tyroidis cartilaginis externe terminatur. *Oesophagæus.*

Musculi Laryngis, Pharyngis, Gargareonis.

OEsophageo inspecto & separato, exime totum Laryngem, ut *Musculos ejus Parvos* intuearis *proprios*, *octo*, *vel decem* observabis, quorum *alij* destinati sunt movendæ Tyroidi, *alii* pertinent ad Arytænoidem.

In parte anteriore & ima Tyroidis collocantur *duo Musculi Cricoarytænoidei* [g] *antici*; Ad latera & angulos *Cricoarytenoidei.*

a, T 13. f 14. DD. * b, T 15. f 1. TT. * c, T 3. f 2. & 3. CC. * d, T 15. f 2. DD * e, T 13. f 8. BB. * f, T 3. f 2 & 3. DD. g, T 13. f 8. DD. *

infer-

infernos Tyroidis positi sunt *Cricoarytænoidei* [a] *laterales*. In parte postica Cricoidis & externa, consistunt duo Musculi [b] *Cricoarytænoidei*; Separata Tyroide intus, & ad latus, apparet *Musculus* [c] *Tyroarytænoideus*. His adiicitur Musculus [d] *Orbicularis* cingens totam Arytænoidem.

Tyroarytænoideus.

Aritenoideus.

Sed omnes istos Musculos non licet intueri nisi exempto Oesophageo, & *Glandulis* [e] *Paristhmiis* evulsis, quibus Cartilago Thyroides contegitur.

Epiglottis [f] in homine caret *Musculo*; in brutis *duo* reperiuntur elegantes, in Larynge bovino observandi. At in homine tantum reperitur *Ligamentum Nerveum*, quod Epiglottida semper erectam tenet, nisi pondere transeuntis alimenti deprimatur.

Deinde alios duos Pharyngis Musculos [g] *Sphenopharyngeum &* [h] *Cephalopharyngeum* investigabis.

Pharyngei.

Consequenter *alios duos* [i] *Musculos Gargareonis* facile perquires, si origines & insertiones *ex Myologia* didiceris.

Pterysta phylinii.

Musculi postici Capitis, & Colli.

ADempta cute, & adipe colli postici, totiusque dorsi, usque ad Os sacrum revulso, plures Musculos animadvertes; quorum primus *Trapesius est sive Scapularis*, qui junctus cum musculo latissimo, collum dorsum, & lumbos vestis instar operiunt.

Trapesius

Scapularis [k] autem ad scapulam pertinens, lata sui portione ad Occiput protensus, omnes colli capitis musculos succingit, parte inferna separandus *à Latissimo* [l] *musculo*, & prorsus à radicibus spinarum totius

a, *T* 13. *f* 9. CC. * b, *f* 10. CC. * c, *f* 9. BB. * d, *f* 10. BB. * e, *f* 16 & 17. * f, *f* 7. 9 & 10. A. * g, *T* 3. *f* 2. & 3. BB. * h, *f* 2 & 3. AA. * i, *T* 13. *f* 15. BBCC * k, *T* 14. *f* 1 & 2. AA. *f* 2. AA. * l, *f* 1. CC. *

racheos

racheos evellendus usque ad occiput, à quo secernetur, sed in omoplata relinquetur.

Hoc adempto [a] *Rhomboides* omoplatæ musculus à spinis racheos resecandus. Huic subjectus est *Serratus* [b] *supernus minor posticus*.

Rhomboides.

Serratus minor.

His revulsis musculis usque ad suam insertionem, apparent Musculi Capitis. Primusque occurrit [c] *Splenius*.

Splenius.

Huic assidet ad latus colli, *Levator* [d] *proprius scapulæ*, cujus exortus non potest detegi, nisi revellatur Mastoideus jam administratus; Splenio musculo versus radices spinarum colli exempto, subjectus est [e] *Complexus*, Huic ad latus colli accumbunt *portiones musculi Spinati, & Sacrolumbi assurgentes* ad secundam vertebram colli.

Levator scapulæ.

Complexus.

Complexo detracto infra secundam vertebram colli *duo Musculi* collo dicati conspiciuntur. Primus est [f] *Transversarius* interjectus transversis & spinosis apophysibus cervicis & dorsi.

Transversarius.

Huic substernitur [g] *Semispinatus* immediate contegens corpora vertebrarum.

Semispinatus.

Supra primam & secundam vertebram *cervicis octo musculi parvi*, utrimque *quatuor*, apparent, quorum duo *Obliqui* [h] *Majores*, à transversa apophysi secundæ vertebræ ad transversam primæ deferuntur. *Duo Recti* [i] *Majores* à spina secundæ vertebræ in occiput desinunt.

Obliquus major.

Rectus major.

Sub earum extremitatibus supernis consistunt *Musculi duo minores, Rectus, & Obliquus. Minor* [k] *Rectus* sub majore Recto latitat, quem à capite revelles,

Rectus minor.

a, *T* 14. *f* 1. BB. *f* 2. BC * b, *f* 2. E * c, *f* 2. HH * d, *f* 2. DD * e, *f* 2. II. *f* 3. EF * f, *f* 4. EE * g, *f* 4. DD * h, *f* 2. L. *f* 4. GG * i, *f* 3. & 4. II * k, *f* 3. i. *f* 4. KK *

ut Mi-

ut Minor Rectus appareat.

Obliquus minor. *Musculus Obliquus* [a] *Minor* ab occipite juxta Minorem Rectum, in apophysim transversam primæ vertebræ profertur. Sed istos musculos *tam Rectos quam Obliquos*, ab adipe liberare ac denudare oportet, ut sint evidentiores, atque musculorum capitis & colli sectionem *à spinis* inchoabis.

Pterygoideus externus. His observatis musculis *quendam* [b] *alium supra articulationem maxillæ infernæ sub Zygomate illatebratum* investigabis; consistit supra externam alam pterygoidis, & totus carnosus ac veluti rotundus inseritur in illam fissuram, quæ coroni & condylo maxillæ infernæ interjecta est.

Pterygoideus externus dici potest, ad differentiam alterius interni supra descripti.

Musculi Brachij.

Pectoralis His administratis musculis ad alios perges. Imprimis [c] *Pectoralem*, vel â sterno, vel ab ima sui parte qua junctus est Serrato majori separabis.

Serratus minor. Interim notabis *Pectoralis subjectum esse Serratum* [d] *Minorem* immediate costis affixum: ne hunc laceres aut evellas, Pectoralem resecando, quam usque ad claviculæ medietatem rescindes. Quo cum perveneris â Deltoide musculo cui firmo & obscuro nexu hæret, secernes. Deinde Deltoidem ab exortu suo liberabis.

Infraspinatus. Ab eo, ad Musculos Omoplatæ superstratos accedes. *Unus* supra spinam jacet, *tres* infra spinam consistunt. Proximus spinæ, *Infraspinatus* [e] dicitur.

Rotundus duplex. Huic succedit *Rotundus* [f] *Minor*, Cui subjectus est

a, T 14. f 3. K. f 4. HH. * b, T 15. f 2. EEEE. * c, T 10. f 1. AB. T 22. f 1. E. * d, T 10. f 1. E. * e, T 22. f 3. B B. * f, T 22. f 1. & 3. C. *

Rotun-

Rotundus [a] *Major*, inferiori costæ Omoplatæ subtensus.

Immersus Sub scapula *Immersum sive* [b] *Subscapularem* invenies, cavum omoplatæ opplet.

Istorum Musculorum origines & insertiones intactas relinques, sed tantum lateraliter ab invicem secernes, ut inter se distinguantur.

Musculi siti supra Dorsum & Lumbos.

Latissimus. AB Omoplata descende ad Dorsum & Lumbos, quæ partes *amplissimo & Latissimo* [c] *Musculo* operiuntur. Hic ab osse sacro & costa externa ossis ilium secernendus, usque ad angulum inferiorem omoplatæ, & suam insertionem ad os brachii paulo infra cervicem.

Serratus inferior. Dum ad spinas vertebrarum resecatur, conservare oportet illi subjectum *musculum parvum Serratum* [d] *Posticum infernum.*

Quem ubi ab exortu juxta Os sacrum, usque ad suam insertionem evulseris, *Tres alios musculos* ab osse sacro secundum spinæ longitudinem exporrectos administrabis.

Sacrolumbus. Quorum primus & lateralis ad costas inclinans, *Sacrolumbus* [e] *dicitur*: Cujus sectionem incipies à parte superna juxta radicem costarum: Linea candida adiposa superne deorsum te deducet, ubi à [f] *Quadrato* lumborum musculo separabitur: sed difficilime in exortu suo à Spinato rescindi potest. *Quadratus.*

Interim notabis *Sacrolumbum* ad occiput usque pertingere, & singulis costis geminum tendonem impertire.

a, T 22. f 1 & 3. D. * b, T 22. f 1. B. * c, T 14. f 1. CCDD. T 22. f 1. F. * d, T 14. f. 2. FG. * e, T 14. f 1. LL. f 3. BB. * f, T 14. f 2. OO. *

Spinatum

Spinatus. *Spinatum* [a] autem ab osse sacro separabis, leniter & subtiliter auferendo duram aponeurosim sacro musculo supertensam, qua detracta si sectionem superne protrahas, *Spinati &* [b] *Sacri discrimen* deprehendes.

Sacer.

Quod cum fueris assequutus, scalpello intus & directe adacto usque ad transversas apophyses, musculos istos facile separabis.

Spinatus usque ad secundam colli vertebram ascendit, inter Transversarium & Complexum medius.

Spinatus ipsis apophysibus transversis attensus, etiam ad cervicem usque assurgit.

Musculi Pectoris.

Serratus major. INverso ac resupinato cadavere musculum *Serratum* [c] *Majorem* lateraliter secernes, & manu subtus introducta sub omoplata ad claviculam exporrectum observabis. Deinde [d] *Subclavium* clavi & primæ costæ interjectum videbis.

Subclavius.

Triangularis. *Pectoralem internum sive Triangularem* in parte interiore evulsi sterni perquires. Postea *Musculum Intercostalem* [e] *Externum* ab [f] *interno* subtiliter separabis: Utriusque discrimen fibræ decussatim interjectæ demonstrabunt.

Intercostalis.

Musculi Cubiti.

HIs peractis *ad Brachium* redibis, observaturus Musculos Cubiti, qui in brachio siti sunt.

Quinque totum brachium obvolvunt, *duo* sunt in parte anteriore, *tres* in posteriore. *Duos flexores* cubiti in parte anteriore & interiore separabis.

a, T 14. f 3. DD. f 4. A. * b. T 14. f 4. BB. * c, T 10. f 1. CD. * d, T 10. f 1. F. * e, T 10. f 1. GG. * f, T 10. f 1. HH *

Primus

Primus occurrit [a] *Biceps* qui ab origine usque ad suam insertionem facillime in duos dividi potest. Sed animadvertes *Bicipitis caput alterum*, quod nascitur è coracoide, carnem adjunctam habere, musculum pectoralem lateraliter perreptantem, usque ad medietatem brachii, cui tenacissime affigitur, *eaque portio Carnea Musculum constituit* brachio antrorsum trahendo dicatum, quem ab exortu [b] *Coracoideum* voco.

Biceps.

Coracoideus.

Observavi *Bicipitem* in robustissimo & nervosissimo homine *Tricipitem*, in tres partes exquisite separatum tam in exortu quam in fine: Tertiumque caput à tendone Pectoralis enascebatur.

Bicipiti subjectus est *Brachieus* [c] *internus*, cujus principium est ad finem [d] Deltoidis. Hic lateraliter à finitimis secernendus erit.

Brachieus internus.

In parte exteriore Brachii *tres musculi collocantur. Longus, Brevis, & Brachieus Externus, & infra Olecranum Angoneus* consistit.

Longus

Exteriores sunt [e] Longus, & [f] Brevis, Massam Carneam sive Brachieum externum amplexantes. In exortu suo [g] distincti sunt interventu tendonis musculi latissimi: sed in ipsa insertione firmo & nervoso tendine inter se coalescunt. Itaque superne à Brachieo externo facile separantur, sed parte inferiore versus olecranum à Brachieo difficillime secernuntur.

Brevis.

Brachieus externus.

Sic autem procedes: Tendonem nerveum juxta olecranum subtiliter auferes, & sensim superne progrediendo, hac & illac leniter secabis, etiam introrsum observata diligenter linea, quæ Longum à Brevi distinguit, donec Brachieum Externum à superjectis musculis liberaveris. Tum illum à brachii osse paulo

a, T 22. f 1. G. * b, T 22. f 1. H. * c, T 22. f 1. II. f 2. B. * d, T 22. f 1. A. * e, T 22. f 3. E. * f, T 22. f 3. F. * g, T 22. f 3. *supra* E. *

infra cervicem carnoſe enaſci videbis.

Angoneus — *Angoneus* [a] non apparet niſi revulſa membrana nervoſa qua contegitur; ab ima parte brachii juxta olecranon natus inter radium & cubitum abſtruſus, inſeritur in cubitum, indicis digiti longitudinem & craſſitiem æquat.

Muſculi Radij, Carpi, Digitorum, Pollicis.

IN cubito muſculos Radii, Carpi, Digitorum & Pollicis invenies, & cubiti parte interna uſque ad carpum *novem*, in parte externa *ſeptem muſculos* reperies.

Supinator radii longus. — Parte interna hoc ſitu & ordine diſpoſitos offendes. Primus occurrit *Longus* [b] *Supinator Radij*, ab apophyſi externa brachii ſupra radium extenſus.

Flexores *carpi.* — Huic proximus eſt *Radieus* [c] *Flexor Carpi*, cui ſuccedit [d] *Palmaris*, tenuiſſimo & longiſſimo tendine cæteris ſupereminens.

Palmari aſſidet [e] *Sublimis Digitorum flexor*, & huic contiguus adiacet [f] *Cubiteus Flexor carpi.*

Pronatores *radii.* — Parte ſuperiore cubiti juxta articulationem, inter Longum Supinatorem & Radieum flexorem, emicat *caput rotundum Pronatoris* [g] *radij*, qui breviſſimus, oblique ab apophyſi interna Brachii in radium traducitur.

Flexores *digitorum* — Radieo ſubjectus eſt *Flexor* [h] *Pollicis.*

Sublimi ſubjacet *Profundus* [i] *Flexor Digitorum* & inferna parte cubiti juxta carpum tendonibus muſculorum ſubſtratus eſt, *Quadratus* [k] trium digitorum la-

a, T22. f3. α. f4. G. * b, T22. f4. E. * c, T22. f1. M. * d, T22. f1. K. * e, T22. f1. O. f5. A. * f, T22. f1. N. * g, T22. f2. C. * h, T22. f2. D. * i, T22. f1. P. f5. B. * k. T22. f2. D. *

titudinem æquans, immediate radio & cubito attenſus tranſverſim

Extenſores *Carpi.* — Parte externa cubiti ſupra radium porrectus eſt *extenſor* [a] *carpi.*

Huic proximus eſt *Alter* [b] *extenſor* oblique petens cubitum; cui attenſus deorſum fertur.

Digitorū — Inter radium & cubitum medium conſiſtit *Extenſor* [c] *digitorum*, qui portionem carneam adnexam habet, ſubſtratam muſculo extenſoris pollicis.

Huic ſubjacet prope cubitum *Extenſor parvi digiti* juxta carpum.

Sub tendonibus Extenſoris digitorum *duos alios parvos muſculos* invenies, quorum alter *eſt Extenſor* [d] *pollicis*, *Alter* [e] *Indicator, digito indici deſtinatus*, cujus tendo unitur per fibras cum tendone Extenſoris digitorum.

Diſſectio optima horum muſculorum. — Omnium iſtorum muſculorum *facilis eſt diviſio parte ſuperiore* cubiti tam externa quam interna, & ab ea ſectionem ordiri oportet. Nam *ſi à tendonibus incipias, muſculos multiplicabis*, & tot efficies quot ſunt tendones. Ita juxta carpum parte interna cubiti, *tendones Sublimis & Profundi diſtingues: quatuor unicuiq; tribues*, deinde ſurſum progredieris.

Radieus Externus extenſor carpi, *dicitur etiam Bicornis*, à duplici tendine; hunc muſculum in duos, origine & inſertione diſtinctos poſſes dirimere, ſed præſtat unum conſtituere.

Muſculi Manus. — In Manu *Muſculos ſeptem decim* invenies.

In Vola ſunt *tredecim, Lumbricales* [f] *quatuor*, [g] *Hypothenar*, [h] *Thenar*, [i] *Antithenar*, *Abductor indicis*,

a, T22. f3. H. * b, T22. f3. G. * c, T22 f3 K. * d, T22. f3. M. * e, T22. f3. I. * f, T22. f5. CCCC. f2. ffff. * g, T22. f1. S. f2. h. * h, T22. f4. K. * i, T22. f1. R. f2. G. *

Massa Carnea, *Interossei* [a] *interni quatuor*. In parte externa Manus duntaxat *Interossеos quatuor* [b] *externos* reperies cum tendonibus extensorum digitorum & extensoris indicis, atq; minimi digiti.

Musculi Abdominis.

MUsculorum Abdominis administrationem Anatomicam sic institues. Primus occurrit evellendus, *Musculus* [c] *obliquus descendens*, quem videbis [d] digitatim implexum Serrato [e] majori: ex lineis candidis, & varia fibrarum positione, Serrati & Obliqui discrimina cognosces. Ab his digitationibus musculum Obliquum parvo & acuto scalpello separabis. *Obliquus descendēs.*

Prima digitatio Recto musculo & Serrati portioni interjecta est. Secunda & tertia digitatio difficilime separantur. Reliquæ quatuor sub portione Latissimi delitescunt, nec productiones carneas Serrati excipiunt.

Ut igitur in conspectum veniant, portionem latissimi musculi evellere convenit usque ad spinam posticam ossis Ilium, postea quatuor illas digitationes à costis auferes, deinde â tota Ilium costa musculum resecabis.

Si fueris industrius & laboris patiens observabis secundam, tertiam & quartam digitationem sub Serrato altius prorepere, quam vulgus putat, ibique caput nerveum tendinosum acquirere, quod adhæret inferno lateri costæ. Ejusmodi caput tendinosum portionem intercostalis nervi recipit.

a, T22. *f2. ffff.* * b, *f2.* IIII. * c, T1. *f2.* HH. T2. *f8*, A. * d, T2. *f8*, *aa.* * e, T1. *f2.* FF. T 10. *f1.* CD. *

Ner-

Nervus enim ubi eo pervenit, in duas partes dirimitur, quarum altera in caput nerveum digitationis sese insinuat: altera costæ adhærens nervosas musculi recti [a] intersectiones facit, sic resectus musculus, in alterum ventris latus reclinabitur.

Interim observabis [b] aponeurosim hujus musculi, prope os pubis esse pertusam, ut Obliqui [c] ascendentis, & [d] Transversi [e] aponeuroses juxta spinam anticam & infernam ossis Ilium sunt perforatæ, ideoque foramina utriusque musculi Obliqui, non sunt directe opposita, sed alternatim disposita, ne tam facile Intestinum in inguen aut scrotum devolveretur.

Hæc foramina in herniis scroti effringuntur, lacerantur aut dilatantur, quæ diligenter observanda, in reductione Intestini in inguine strangulati.

Et si quando in inguine fiat incisio ad reducendum intestinum, istud foramen incisione dilatari debet, ut facilius ventrem subeat intestinum.

Supra Obliquum ascendentem versus hypogastrium, nervulum offendes, qui sese insinuat & introducit in apophysim Peritonæi, ut ad Testiculum deferatur quia penetrat transversum musculum: à lumbaribus nervis enascitur, & est portio nervorum qui in Obliquum ascendentem & Transversum dissemi-nantur.

Obliquum autem [f] *ascendentem* à costa Ilium, cui tenaciter affigitur, resectum, ad lumbos perduces, ubi à Transversa liberabitur. Deinde sursum remeantem ab ipsis costis separabis. Hunc more primi obliqui in latus oppositum reflectere convenit, & cum ad *Obliquus ascendens.*

a, T2. *f9. ddd.* * b, T2. *f8. bb.* * c, T2. *f8.* B. * d, T2. *f9.* A. * e, T2. *f8. dd. f9. bb.* * f, T2. *f8.* B. *cc.* *

Musculum Rectum perveneris, notabis istum Obliquum duplici tendine Musculum Rectum amplexari supra umbilicum, infra vero umbilicum, simplicem tendonem sub Recto transmittere, qui tamen juxta marginem Recti adeo contumaciter adhæret aponeurosi Obliqui descendentis, ut nulla arte disiungi & divelli queant absque laceratione.

Dum tendones Obliquorum ab ossibus pubis resecantur, cave diligenter, *ne apophysim* [a] *Peritonæi* per istos tendones traductam vulneres, atque Cremasterem [b] *Musculum* huic apophysi superjectum, & Tendonem Transversi subjecti laceres.

Cremaster quomodo ab his distinguatur?

Cremasterem Musculum distingues colore, & consistentia.

Est enim caro rubicunda, tenuis, fibris rectis consperſa, intervallo quodam â carne Obliqui descendentis disiuncta, & secundum inguinis ductum, Peritonæi apophysi circumjecta, similem carnem in mulieribus invenies, sed breviorem & angustiorem, Peritonæi productioni superjectam.

Inter Obliquum ascendentem & Transversum versus lumbos multiplices Venæ à lumbaribus & hypogastricis productæ spectantur, sed insignes duos nervos diligenter observabis, qui præter intercostales nervulos digitationibus Obliqui descendentis insertos, ab internis duabus dorsi vertebris nascuntur, & oblique supra nothas costas prorepentes, juxta ultimam costam in carnem hujus Obliqui & Transversi disperguntur.

Rectus. *Rectum* [c] *Musculum* in linea candida commode separabis, intactis illius extremis; si diligenter & lente resecueris illius extrema lineæ candidæ opposita, de-

a, T2. *f*9. EE. * b, T6. *f*2. DD. * c, T2. *f*8. *ee*. *f*9. C. *

pre-

prehendes nervos intercostales, Peritonæum perforantes, ut Musculi nervosas [a] intersectiones adeant & constituant, quæ interdum absunt, ut in quibusdam observavi: sæpe duas deprehendi imperfectas supra umbilicum; tertia, si reperitur, semper directe opposita est umbilico rarissime quartam intersectionem invenies: versus Recti finem interne notabis Epigastricam [b] ascendentem, & Mammariam [c] descendentem circa medium Musculum [d] concurrere, & stricte per anastomosim coalescere.

Rectorum intervallum, vera est Linea [e] *Candida*, à Xyphoide usque ad commissuram pubis exporrecta; & inepte coalitum aponeuroseon Obliqui descendentis *lineam candidam* vocant, quum ipsæ aponeuroses sint continuatæ, nulla apparente linea desiunctæ. *Linea Candida vera quæ?*

In mulieribus gravidis cum ultimis gestationis mensibus valde distenditur abdomen, ex divulsione Rectorum, linea quædam sublivida à Xyphoide usque ad symphysim Ossium pubis per duos vel tres menses à partu remanet, quæ sensim obliteratur, Musculis Rectis inter se junctis & coalescentibus.

Rectorum inferiori extremo *parvus Musculus* [f] *Pyramidalis* incubat, quem curiose dirimere oportet, unoque exempto, videbis Recti Musculi tendonem robustissimum & nervosum ossi pubis affixum. *Pyramidalis.*

Sinister Pyramidalis sæpissime dextro brevior & angustior apparet.

Transversus [g] *Musculus* Peritonæo adhærens, non facile divellitur; hunc tamen si cupias dirimere, à lumbis resectum solis digitis leniter à Peritonæo liberabis. *Transversus.*

a, T2. *f*9. *dd*. * b. T2. *f*8. *e*. * c, T2. *f*8. *d*. * d, T2. *f*8. *f*. * e, T1. *f*2. KK. * f, T2. *f*9. DD. * g, T2. *f*9. *Aaa*. *&c*. *

Musculi Penis.

IN pene virili utrimque in inguine & Peritonæo *duos Musculos* perquires, detracta prius multa pinguedine, qua sunt obducti. Unus est *Erector* [a] *penis*, â sphincter Ani natus, & ligamento cavernoso & spongioso penis attensus.

Erector penis.

Alter Urethræ superjectus dicitur [b] *Accelerator*, ab eodem tubere infra [c] ligamentum spongiosum penis emergit, quamvis carnea quadam portione ipsi sphincteri podicis sit affixus, ut podicem sustineat, quam quidem portionem carneam, pro Levatoribus externis ani demonstro.

Accelerator penis.

Musculi Ani.

ANi *musculi sunt sex externi. Duo Sphincteres, Levatores quatuor externi, Levatores interni intus latitant.* In muliere *Quintus* adest coccygi peculiaris musculus.

Imprimis administrabis *Sphincterem* [d] *Cutaneum*, *dein alium latiorem* rubicundum, postea lateraliter ante & retro musculos, [e] Levatores â tubere Ischii eductos, â coccyge retrorsum & supra acceleratores antrorsum, perquires subtus introducta manu, vel immisso scalpello buxeo, sed amplitudinem Levatoris ani evidentius inspicies, si vesicam & intestinum rectum, & in mulieribus adhuc uterum auferas, & Ossium pubis symphysim disiungas.

Sphincteres Ani externi.

Levatores Ani.

Tum enim videbis *carnem latam, sed tenuem*, ab Osse sacro usque ad spinam Ossis Ischii protensam, sustultam firmo ligamento, quod est in eo spatio, &

a, *T6. f1. aa. f5.* HH. * b, *T6. f1. bb. f5.* II.* c, *T 6. f5.* KK. * d, *T3. f4.* O. * e, *T6. f3.* NN. *

ad

ad ipsum Os Ischii productum: quæ *membrana carnosa pro Levatore accipi debet*: nam sub ea *obturator Internus* jacet.

Præter istos Levatores reperitur ab extrema parte Ossis sacri, & coccyge alter enatus, Caro scilicet tenuis acuminata, rectis fibris consperſa, coccygis laterales partes utrimque comprehendens, quæ sphincterem suspendit, & sic dilatatur orificium pudendi in mulieribus, retrorsum trahit coccygem, ut in partu retrocedat.

Coccygi peculiaris in mulieribus.

Raro vidi in viris *similem musculum extare*, & si reperitur, ad faciliorem fæcum excretionem confert, ut retracta coccyge fæces liberius exeant.

Sphincter Internus, si tertium adiicere & admittere oporteat, non alius existit, quam *caro sublivida membranosa, vaginæ instar rectum intestinum comprehendens*, rectis fibris adornata, paucis circularibus intertexta, quæ si [a] carnosa est intestinorum tunica, differt ab illa communi intestinorum, quæ internam partem oblinit, sic intestinum rectum ab aliis distinctum est, nec membranarum situs immutatus est.

Sphincter internus.

Musculus Vesicæ.

MVsculus [b] *Sphincter Vesicæ*, in viro supra prostatas consistit, quos comprehendit latitudine duorum digitorum, & extra urethræ canalem facile deprehenditur. Si forsice à balano usque ad prostatas canalem dissecueris.

Sphincter vesicæ, in Viris.

Examinabis, *an duo Sphincteres Vesicæ reperiantur, unus infra, alter supra prostatas*, quod nunquam observavi.

Pars autem cervicis Vesicæ, Ossa pubis respiciens,

a, *T2. f5.* Q. * b, *T6. f5.* FF. *

Sphincteris duplicis demonstratio.

est manifeste carnosa, inter duas glandulas prostatas: & ibi posset duplex constitui Sphincter: unus carnosus superjectus prostatis, & sic erit supra prostatas, sed sub prostatis erit membranosus musculus cervicis Vesicæ: Alter musculus latus supra prostatas, & infra revolutus, erit secundus musculus sphincter, quoniam orbiculatim supra & infra prostatas amplexatur.

Sphincter vesicæ in mulieribus?

Collum Vesicæ in mulieribus ferme pollicis longitudinem æquat, nervosum & spongiosum, intus nigricans, instar Vrethræ virilis, *& carne rubicunda* circumdatum, quæ pro Sphincterе habetur; dumque Vesicæ collum tumefactum est, indito in sinum pudoris digito, tumor durus & longus percipitur, & superna pudendi Carnositas, quæ Vesicæ extremitatem claudit & obturat, tam in puellis, quam in mulieribus, semper cæteris major apparet, & reliquis glandulis ex frequenti partu laceratis & obliteratis, hæc semper usque ad extremum vitæ permanet.

Musculi Clitoridis.

Latus.

Gracilis.

Clitoridis Musculos sic investigabis, detracta sensim multa pinguedine donec rubicunda caro appareat, *Latissimum musculum* profunde secernes, à Sphinctere podicis natum, & ipsis labris pudendi muliebris affixum, quibus movendis vel constringendis dicatum esse puto. *Alter est gracilis, ligamento* Clitoridis attensus.

Musculi Femoris.

Psoas.

IN cavo Abdominis exenterari supra lumbos *Musculus Longus & rotundus* observatur, *Psoas* [a] *dictus*,

a, T10. f1. OO. T23. f1. A. *

quem

quem ab origine usque ad insertionem, quæ est in trochantere parvo, separabis,

Huic superjectum *alium gracilem musculum* in viris sæpius, interdum Viraginibus in mulieribus observavi. Videtur adjunctus ut instar ligamenti carnem Psoæ mollem & laxam corroboraret, ac veluti constringeret.

Iliacus.

Cavum Ossis Ilium opplet *musculus latus* [a] *Iliacus*, qui cum Psoa supra Os pubis traductus, & tendine suo junctus cum Psoa, in trochantere parvo terminatur.

Inverso cadavere *ad Musculos natium authores*, *Gloutios* perges. Tres *sunt sibi mutuo incumbentes.*

Gloutius major.

Primus & Major [b] *Gloutius* versus suum tendonem prius tersum, & adipe liberatum, tam ante quam retro separabis.

Mox sursum sectionem protrahes, donec totus undique resectus fuerit usque ad insertionem, quæ est in trochantere magno & ibi relinques. Vel istum musculum fascia lata prius evulsa, parte anteriore rescindes.

Medius.

Huic subjacet *Gloutius* [c] *Medius*, cujus facilis est divisio parte superiore & laterali versus Os sacrum.

Minimus

At infra medietatem secundi Gloutii, *Tertius* [d] *subjectus est*, immediate Ossi Ilium affixus: Hunc non oportet eximere.

Inter medium & minorem Gloutium *duæ insignes Venæ* ab hypogastrica supra Obturatorem Internum repentes, cum arteria conjuge, & portione nervi majoris postici numerosa sobole disseminantur, inde manant *dolores acerbissimi in profundioribus natium partibus circa acetabulum, qui mentiuntur Ischiadem.* An non

a, T23. f1. B. * b, T23. f2. B f3. A. * c, T23. f3. B. f4. C, * d, T23. f4. B. *

hæ-

hæmorrhoides provocatæ ad exonerandas illas venas conferrent?

Quadrigemini Postea accedes *ad Quadrigeminos, & Obturatores*, qui conspiciuntur inferne, revulso majore Gloutio. *Primus superior, & omnium longior* [a] *Pyriformis* dicitur, cui *duo* [b] *Parvi* ordine succedunt simul juncti, ut intra se ac veluti sinu suo tendonem Obturatoris interni comprehendant.

His duobus seriatim adjunctus est *Quartus* [c] *Quadrigeminus, cæteris latior & carnosior.*

Obturator internus. *Obturatores duo sunt* [d] *Internus, &* [c] *Externus:* Ille à circumferentia foraminis ovalis educitur, ejusque tendo inter duo ligamenta traductus, & intra sinum secundi & tertii quadrigemini absconditus, in cavum trochanteris magni fertur. Ut igitur appareat Secundum & Tertium Quadrigeminum inter se dvellere oportet.

Ligamenta vero per quæ Obturatoris Interni tendo traducitur, *duo sunt, Vnum externum* ab Osse sacro in tuber Ischii producitur; *Alterum internum* priori subjectum, ab eodem Osse sacro in spinam Ischii porrigitur.

Externus. *Obturator Externus* detegi non potest, nisi Quartus Quadrigeminus latior revellatur, atque ut evidentius illius propago appareat, Tricipitem musculum auferes.

Interdum supra Primum Quadrigeminum, *Iliacum externum gracilem* observavi, qui à spinis infernis & transversis Ossis sacri in apicem trochanteris magni desinebat. Itaque *undecim femoris musculos* administrabis, supra Os Ilium collocatos.

a, T23. f3. C. f4. D. * b, T23. f3. b. f4. G. * c, T 23. f3. D. f4. E. * d, T23. f3. E. f4. F. * e, T23. f4. E. *

In

In parte postica *novem sunt, Tres Gloutij*, quibus revulsis apparent *Quatuor Quadrigemini, & Obturatores duo.* In parte anteriore, & cava Ossis Ilium *duo* reperiuntur, *Psoas* altius quidem exortus, quam ab Osse Ilium, *& Iliacus.*

Musculi Tibiæ.

IN Femore à coxendice usque ad genu & poplitem, *undecim musculos* observabis & administrabis.

In parte anteriore *septem* invenies, *Longum, Fasciam latam, Rectum gracilem, Vastos duos, Crureum, & Tricipitem*, qui eo situ sedent, ut primus occurrat *Longus sive Sutorius*, deinde *Membranosus, sive Fascia lata.* Secundum rectitudinem & longitudinem femoris exporrigitur *Rectus gracilis* Huic accumbunt *Vasti duo*, quibus subjectus est *Crureus* immediate os femoris contegens. Vasto interno conterminus est *Triceps*, intra femur latitans.

In parte postica femoris *quatuor* invenies, hoc situ dispositos. Tricipiti affixus est parte interna *Gracilis Posticus*: huic adiacet *Seminervosus*, cũ *Semimembranoso* & inter hunc & Vastum externũ consistit *Biceps musculus.* *Sutorius.*

In parte antica femoris à [a] *Longo* musculo incipere oportet, quo resecto *Fasciam* [b] *latam* subtiliter auferes, vel totam vel quantum libuerit, & perduces usque ad genu. *Membranosus.*

Deinde Gracilem [c] *Rectum* rescindes. *Rectus.*

Postea ad *Vastos duos* perges, quos ut facile queas à Crureo separare, media quadam linea inter se distinguuntur, quam resecabis. *Vasti duo.*

Dein *Vastum* [d] *Externum* per latus externum rescindes; *sed Vasti* [e] *Interni difficilior est separatio.* Hunc

a, T23. f1. II. * b, f1. E. ccc. * c, f1. FF. * d, f1. GG. * e, f1. HH. *

autem

autem à parte inferna prope Patellam separare incipies, & manu introducta cum scalpello subtiliter adacto, versus superiora incides: sicq; à [a] *Crureo* Vasti duo secernentur. *Crureus.*

Ab his ad [b] *Tricipitem venies*, quem verius *Quadricipitem* dixeris, aut potius *Qradrigeminum*, propter quatuor capita totidemq; insertiones distinctas. *Triceps.*

In parte interiore femoris collocatus est, ejusque prima & superna portio ab Osse pubis enata, videtur esse *Musculus separatus, qui Pectineus* à situ dicetur. *Pectineus.*

Interdum præter Pectineum *quatuor alias portiones planè distinctas reperi*, postremaque portio longissima Seminervoso musculo similis, & tendine nervoso ad tibiam usque producitur.

Hunc esse musculum puto, qui in mulieribus ab aliis distinctus, in parte postica femoris observatus fuit, & quatuor posticis, *ut quintus adscriptus ac annumeratus.* Nam oriebatur â tubere Ischii, & in tibiam posticam inserebatur.

In mulieribus reperitur, quia nates ampliores & femora latiora habent.

Seminervosus. *Semimembranosus.* *Biceps.* *Gracilis.*

In parte postica femoris *collocatos quatuor musculos*, *nempe* [c] *Seminervosum*, [d] *Semimembranosum*, [e] *Bicipitem*, *Gracilem* [f] *Internum* facile est separare: *Bicipitem* sæpius origine & inserrione distinctum inveni.

Musculi Tarsi.

IN Tibia â genu usque ad Tarsum *tredecim musculi* reperiuntur, in parte postica *quinque* deprehendes, hoc situ collocatos.

a, T 23. *f* 1. *&c.* * b, T 23. *f* 1 *&* 2. CC. * c, T 23. *f* 3. GG. * d, T 23. *f* 3. HH * e, T 23. *f* 3. III. * f, T 23. *f* 3. FF. *

Pri-

Primi sunt [a] *Gemelli*, sub eorum capitibus latitat [b] *Popliteus*, inter Gemellos & Soleum absconditus est [c] *Plantaris*. *Gemelli.* *Popliteus.* *Plantaris* *Soleus.*

Soleus [d] Gemellis subjectus immediate Os Tibiæ contegit.

In parte laterali & externa Tibiæ juxta spinam *Peroneus* [e] *flexor pedis* apparet. Huic vicinus est *Longus* [f] *Extensor digitorum.* *Pedis partium Flexores.*

Succedit *Extensor pedis Tibieus & posticus*: Extensori longo digitorum subjectus est *Extensor* [h] *pollicis*; & flexori pedis Peroneo substratus est *Extensor* [i] *Peroneus.* *Extensores*

Partem internam & lateralem Tibiæ occupat *Flexor* [k] *pollicis*. In ima Tibia inter hunc & Tibieum posticum *Flexor* [l] *digitorum medius* consistit.

Facilis est Musculorum, qui Tibiam undique obvolvunt, separatio, modo *Fasciam* [m] *Latam* ad pedem usque productam prius evellas. Gemellorum capitibus inter se divisis *Popliteum* supra caput Solei obliq; situm perquires: deinde *carnosum plantaris Caput* inter Gemellos & Soleum latitans observabis, *Plantaris* similis est Palmari. *Horum musculorum separatio.*

In parte anteriore Tibiæ *Peroneus externus, & Peroneus internus* videntur unum Musculum constituere, quoniam ab eodem loco nascuntur, & per fissuram malleoli externi traducuntur.

Sed *Alter* inseritur interne in Os Metatarsi, quod minimum digitum sustinet. *Alter* sub planta pedis porrectus, in Os metatarsi quod pollicem sustinet, profertur.

a, T 23. *f* 1. *dd. f* 3. KK. * b, *f* 4. H. * c, *f* 3. M. * d, *f* 3. LL. * e, *f* 1. LL. * f, *f* 1. MM. * g, *f* 2. EE. * h, *f* 1. N. * i, *f* 2. FF. * k, *f* 4. K. *f* 6. B. * l, *f* 4. II. *f* 5. C. * m, *f* 1. E *ccc.* *

In

Musculi Pedis.

In pede *septemdecim musculos* notabis. In externa parte pedis *quinque, nempe* [a] *Pedieum, & quatuor Interosseos* [b] *externos*: In planta pedis *duodecim* observabis, *brevem digitum* [c] *flexorem, Lumbricales* [d] *tres, ex Massa* [e] *Carnea productos, Interosseos quatuor externos, totidem* [f] *internos.*

Cuique lateri pedis superjectus est *Musculus unus, nempe Pollicis* [g] *Abductor; Alter minimi digiti* [h] *Abductor.*

In cavo pedis *est altera* Massa Carnea *primæ substrata, & immediate Ossibus adhærens, in quatuor aut quinque portiones exquisite dirimi potest*, quamvis in mediis Ossium metatarsi spatiis *Musculi Interossei* contineantur.

Præterea in planta pedis *Internum Musculum* deprehendes Abductori Pollicis oppositum, qualis est in manu *Antithenar*, *Musculus* [i] *Transversalis* dici potest.

CAP. XLVI.

De Venis & Arteriis Artuum, atque Nervis.

Artuum superiorum Venæ

VEnæ Artuum in manu incipiunt ab axillis, in pede ab inguinibus.

Axillaris. *Cephalica*

Vena [k] *Axillaris* prope axillas producit Humerale, quæ [l] *Cephalica* dicitur, caret conjuge & Comite arteria, per totum radium excurrit.

Thoracica

Paulo post emittit [m] *Thoracicam*, quæ in partes externas thoracis expanditur, & occurrit ramulis *Venæ* [n] *azygos*.

Basilica.

Postea [o] *Basilica* dicitur, & juxta cubitum, in duos ramos finditur. Quorum [p] unus longitudinem

a, T23. f2. G. * b, f2. aaaa. * c, f4. L. f6. A. * d, f6. eee. * e, f6. DD. * f, f5. ddd. * g, f3. O. f 5. bb. * h, f3. P. f5. c. * i, f5. bbe. * k, T24. f1. A. * l, f1. BBB. * m, f1. lmm. * n, T12. f1. aaaa. * o, T24. f1. CC. * p, f1. tt &c.: *

cubiti

cubiti interni perreptat, Alter [a] externus sub cute descendit ad manum.

Mediana

Ramus internus vocatur *Mediana* [b] *Vena*, & excipit ramum [c] cephalicæ, infra flexum cubiti, ubi vocatur, *vel Cephalica, vel Basilica.* Tres istæ Venæ infra flexum cubiti inciduntur.

Sed Basilica subjectam vel propinquam habet [d] Arteriam, & [e] Nervum, atque tendonem [f] bicipitis musculi, flectentis cubitum, Quas partes vitare oportet, quia sectæ magnis incommodis afficiunt brachium.

Cephalica [g] radio attensa, juxta Carpum ad manus metacarpium divertit, extremam manum, id est, volam irrigatura.

Salvatellæ.

Inter annularem & auricularem digitum in metacarpio collocant [h] *Salvatellam*, quæ secatur; inter pollicem, & indicem Altera inciditur, quæ *Vena* [i] *pollicis la. dicitur.*

Mediana [k] vena tota est externa & subcutanea, ad palmam excurrit.

Basilica [l] interiores partes & exteriores cubiti bicipiti ramo perreptat.

Anastomoses vasorum.

Venæ autem hoc habent peculiare in artubus, quod manifeste communicent cum arteriis. Id probat *Galenus, libro tertio de natur. facult. capite ultimo & passim alibi.* Id adeo manifestum est, ut in dubium non debeat revocari.

Valvulæ Venarum

Præterea Venæ in [m] Artubus & Iugularibus internis habent *Valvulas*, In majoribus canalibus & in dimidio canalium minorum sunt [n] binæ, utrimque u-

a, T24. f1. xy &c. * b, 1. tt &c. * c, f1. ff. * d, f2. A. juxta L. * e, f3. ii. &c. * f, T22. f1. G. * g, T24. f1. ii. &c. * h, f1. a. * i, f1. h. * k, f1. g. * l, f 1. ooxy &c. * m, f7. tota. * n, f8. tota. *

una, Alteri oppoſita, & alternatim diſpoſita.

Earum uſus. *De earum uſu* nunc dubitare licet, poſt inventam ſanguinis circulationem. Nam appoſitas fuiſſe artubus, & jugulari internæ vulgo credebatur, ut ſiſterent vehementem affluxum ſanguinis ad iſtas partes extremas, quæ ſunt in perpetuo motu, ſed *Circulatores ſanguinis* aſſeverant, ſanguinis ſuperne aſcendentis ad Cor, refluxum ſiſtere *ex opinione Harvæi*, cui lubenter adſtipulor meo ſuffragio.

Arteriæ A Venis ad Arterias manus progrediamur, *Ramus ſuperclavius* ad axillas progreſſus, *Axillaris* [a] dicitur.

Axillaris. Venam baſilicam comitatur cum nulla ſit arteria Cephalica.

Prope axillas [b] *Thoracicam* profert, & in progreſſu ſuo vicinis partibus ramulos largitur, & ad cubi-

Thoracica ti flexuram productus, in duos [c] ramos finditur, qui ad manum internam producuntur.

Externa ſiquidem manus ſupra metacarpium, ut carnibus muſculoſis, ſic arteria caret.

Alter [d] *ramus* attenſus radio interno, in carpo tactu

Rami minores. percipitur.

Alter [e] ulnam recta percurrens, cum ſuo congenere in manum diſpergitur, ſecundum longitudinem pollicis & minimi digiti, ſingulis digitis ramulos impertiunt.

Nervi. Eadem fidelia *Nervos* totius manus expediam.

Ex foraminibus quatuor vertebrarum inferiorum [f] colli, & duabus primis [g] dorſi vertebris, [h] *quinquevel ſex* Nervi ſcaturiunt, qui ſcaleno immerſi traducuntur ſub clavicula uſque ad axillam, ubi inter ſe [i] implicantur inſtar funiculi Galeti Cardinalitii.

a, T24. f2. A. * b, f2. cd. * c, f2. CB. * d, f2. B. * e, f2. C. * f, f3. 4. 5. 6. 7. * g, f3. i. * h, f3. abcde. * i, f3. xx. *

Poſtea

Poſtea *quatuor ſuperiores* ſub deltoide ſparguntur in partem internam, Venam baſilicam & arteriam brachii comitantes, inter bicipitem & brachiæum externum repentes.

Quintus [a] *& ſextus* [b] *Nervus* ſub Rotundo majore muſculo ſcapulæ reflexi in muſculos poſticos capitis diſſeminantur.

Superſunt itaque quatuor primi jam deſcripti, qui per brachium & cubitum delati in ipſum cubitum, & manum diſperguntur.

Primus [c] *Nervus* infra caput humeri Coracoidæo *Primus.* immergitur, & traductus ſub interno latere bicipitis, atque ſub tendone ejuſdem muſculi latitans, Venæ Cephalicæ ſe adjungit, ubi gracileſcit, eiq; venæ ſubſtratus eſt, infra cubiti flexuram.

Secundus [d] *Nervus* indiviſus & craſſior, ad flexu- *Secundus* ram cubiti deſcendit, adipe tantum contectus, & in flexu cubiti arteriæ venæque baſilicæ ſubjectus eſt.

Vena tamen baſilica paulo infra cubitum verſus interiorem partem recedit ab eo nervo, ut Venæ Cephalicæ uniatur.

Sed quatuor digitis infra flexum cubiti, ſemper baſilicæ ſupertenſus indiviſus ad Carpum excurrit, ubi vena ſupereminet.

In Carpo finditur in *decem Ramulos* unicuique digito *duos* [e] ſuens *ſurculos*, lateraliter perreptantes.

Interim notabis infra flexum cubiti trium digitorum latitudine, contegi à muſculis flexoribus Carpi & cubiti, qui naſcuntur à tubere interno brachii.

Tertius [e] *Nervus* indiviſus ad Angona perducitur, *Tertius.*

a, T24. f3. ff. * b, T24. f3. ll. * c, T24. f3. gg. * d, T24. f3. KK. * e, T24. f3. hh. *

ubi per fissuram inter Olecranon & Condylum internum brachii devectus, secundum longitudinem cubiti, & superstratus cubitæo externo ad Carpum defertur, versus minimum digitum. Proinde cum cubito innitimur, tota manus torpescit. Juxta manum in quatuor ramos fissus, in partem externam manus expanditur.

Quartus — *Quartus* [a] *Nervus* Crassissimus Venis & arteriis implexus, & immersus brachiæo externo, ab antica parte in posticam brachii deducitur, & per eam descendens ad radium, secundum ejus longitudinem productus, Venæ Cephalicæ sociatus, in Carpum obliteſcit.

Artuum Inferiorū Venæ. — Pergo ad vasa artuum Inferiorum. *Cruralis* [b] *Vena* in inguine insignem ramum, nempe [c] *Saphenam* producit, quæ secundum longitudinem sutorii musculi ad poplitem descendit. Infra poplitem *Venam* [d] *Popliteam*, quæ olim secabatur, in Sura constituit. Ibi ramulum superne remeantem supra poplitem transmittit ad crurales venas, vel ab istis cruralibus ramulum istum saphena admittit.

Poplitea.

Postea bifida delabitur ad utrumque malleolum externum, sed major portio excurrit ad internum malleolum, ubi *veram* [e] *Saphenam* effingit, quæ secari solet.

Saphena.

Saphena dicitur corrupte, quasi σαφαὶς novum nomen à Græcis posterioribus introductum Galeno ignotum.

Ubi cruralis vena produxit Saphenam, mox in quatuor ramos scinditur, quorum bini [f] exteriores, & laterales, atque breviores in musculos superiores

a, T24. f3. ii. * b, T24. f4 A. * c, T24. f4. aa a. * d, T24. f4. fff. * e, T24. f4. a. inferius. * f, T24. f4. bb. &c. *

fe-

moris, tam internos nempe bicipitem, quam externos videlicet vastos, & Cruræum disseminantur.

Ischias. — Ramus *Tertius* [a] Interiora penetrans *Ischiadicus* dicitur.

Musculæ. — Quartus [b] *musculares* appellatur.

Iis eductis propaginibus, *Truncus* venæ cruralis *bifidus* descendit ad genu, bifida stipatus arteria crurali, sed alter [c] ramus est sublimis, externas partes irrigans, Alter [d] profundior: ambo vicinis partibus ramulos suppeditant, & cum pervenere ad poplitem, inter soleum & gemellos traducti, ad utrumque malleolum descendunt.

Ramimiores.

Sed externus malleolus potissimum rigatur à ramo profundiore crurali, ita tamen ut in ambitu malleoli occurrant duæ notandæ venæ.

Quæ supra malleolum internum consistit, soboles est saphenæ: Quæ infra malleolum excurrit, supra tarsum expansa, propago est Cruralis Venæ.

Utraque Vena non potest securè secari nisi tumeat, ratione vicinarum arteriarum, quibus caret Vena saphena in malleolo interno sita. Atque hæc scinditur in omnibus affectibus tam Virorum, quam Mulierum. Cum tamen in Ischiade, Vena infra malleolum externum majore emolumento tunderetur, quia majorem habet communionem cum parte affecta nempe Coxendice.

Arteriæ. — *Arteriæ* [e] *Cruralis* distributio, non est æqualis Venæ Crurali, quia nullam producit saphenam. Nam paulo infra inguen *duas* [f] intra tricipitem musculum transmittit, quæ ad Gloutios usque producuntur.

Cruralis — Postea [g] *binas* emittit in partes femoris anteriores.

a, T24. f4. cc. &c. * b, T24. f4. dd. * c, T24. f4. hh * d, T24. f4. gg. * e, T24. f5. AA. * f, T24. f5. cc. &c. * g, T24. f5. dd. &c. *

Ejus rami Deinde Cruralis indivisa ad poplitem descendit. Ubi in duos secatur *Ramos*; quorum [a] unus partem tibiæ exteriorem lateraliter perreptat supra musculum Peroneum. *Alter* [b] soleo intrusus, & ad pternam delapsus, in plantam pedis disseminatur, & Alter in partem pedis exteriorem dispergitur. Saphena Vena caret *conjuge Arteriâ*, & Nervus ab ea Vena remotus est, ideoque securè pertundi potest.

Nervi partis anticæ. *Nervi* anterioris femoris *Duo* sunt, in exortu suo distincti, mox coalescentes, unicum funem constituunt, qui indivisus ad inguen fertur. Ubi in quinque [c] furculos communiter membrana obvolutos dirimitur, qui quoquoversum dispersi in Musculos Antici femoris ad molam usque disseminantur. *Primus.*

Exortus autem Nervorum est in [d] tribus infimis lumborum vertebris, nec apparet nisi musculo Psoa lacerato, intra quem latitant.

Secundus. Tum præter illos commemoratos, videbis *Alterum Nervum* gracilem per ovale foramen pubis traductum, in musculos propinquos nempe tricipitem absumi.

Partis posticæ. Posticum femur perreptat *Magnus & Crassissimus* [e] *Nervus*, ex tribus, & sæpius quatuor portionibus in exortu suo conflatus, quæ nascuntur à tribus vel quatuor foraminibus supernis [f] Ossis sacri, & derectus per sinum Ossis Ischii interiectum spinæ ejusdem Ossis Ilium, per interiores & posticos femoris musculos indivisus, interdum geminatus & solitarius absque comitatu Venæ & Arteriæ, ut fit in cæteris nervis corporis, ad poplitem producitur: ubi *bifidus*, interdum, [g] *quadrifidus* Ramulos exiguos pro mole *Primus.*

a, T24. f5. ii. * b, T24. f5 ll. * c, T24. f6. BCD. &c: * d, T24. f6. 3. 4. 5. * e, T24. f6. EE. * f, T24. f6. 6. * g, T24. f6. ikl. &c: *

sua

sua Vicinis partibus impertiens.

Alter [a] *Ramus* per Gastrocnimium sive ventrem Tibiæ ad Pternam descendit, obiter Nervulos impertiens, & per fissuram malleoli interni traductus, in plantam pedis dirimitur in tot ramos, quot sunt digiti. *Rami ejus*

Alter [b] in anteriorem partem pedis defertur, perone attensus, atque ad malleolum externum delabitur, quo cum pervenit in superiorem partem pedis, ut dictum est de altero, dispergitur.

Hoc ingenti & crassissimo Nervo male affecto *Ischias notha* oritur, quæ tota in eo consistit, dolor atrox non solum in coxendicem, sed in femur, & suram atq; extremũ pedem exporrigitur, quocunq; nimirum affecta coxendice deductus nervus pertingit, *inquit Fernelius, cap. 18 lib 6. Pathol.* Ideoque in notha hac Ischiade pyrotica ad flexuram natium apprimi debent, & partes illæ illini & emplastro epispastico inungi. *Ischias Notha quid?*

Notabis obiter in notha Ischiade, Nervos istos rigari ab hypogastricis venis & arteriis supertensis, quare non possunt exsiccari nervi nisi exinanitis vasis Hypogastricis, per multiplices Venarum sectiones brachiorum & pedum, sanguisugis marginibus Ani sæpius admotis.

Cur autem Nervus ille cum aliis anterioribus non commiscetur ut in nervis brachii, sed per posticum femur profertur; hanc rationem adducit *Galenus cap. 8. lib. 16. de usu part.* quia brachii articulus longius distat à vertebris cervicis quam articulus femoris à lumborum vertebris & Osse sacro.

Circa principium hujus magni nervi *Alter* adjunctus est, qui à tertio foramine Ossis sacri prosiliens, *Secundus*

a, T24. f6. ii. * b, T24. f6. g. *

&

& ſupra pinam Oſſis ſacri traductus, ramulatim ſectus in muſculos Gloutios & flexores tibiæ, uſque ad poplitem diffunditur.

Conſideratio Medica.

Varices quid?

MOrbi Venarum in artubus potiſſimum inferioribus ſunt *Varices*, quæ ſunt dilatationes nodoſæ, in quibus tanquam loculis ſanguis collectus eſt, quæ quidem Varices adſtringentibus curantur, cum ligatura *arcta* & convenienti, vel ſanguis cumpunctis Venis exhauritur, vel ad principium varicis Vena amplior tanquam nutrix aliarum, vel principium varicis religatur & præſcinditur. Venas reſciſſas regenerari multi putant; In exemplum adferunt venas quæ extant in ſarcomate prægrandi: ſed recte notat *Fernelius* non eſſe venas, ſed canales intercutaneos, tanquam rivulos quos natura creavit ad rigationem & nutritionem ſarcomatis

Earum Curatio.

An vena reſciſſa regeneretur?

Multi putant venas reſciſſas filo religatas coaleſcere, quod non credo.

Hippocrates Venas appellat ſpiracula corporis, quibus apertis diffiationem corpus admittit, & ex ipſo Authore cum Venulæ arefactæ fuerint acres & biliosos humores attrahunt in febribus ardentibus. Ex eodem Venæ magis trahunt quam carnes *lib. 1. de morbis*, potiſſimum, ſi calefactæ fuerint & reſiccatæ.

Sudores cruenti unde proveniant?

Ubi venæ nauſeabundæ ex affecto Hepate debilitatæ fuere, ſinunt effluere ſanguinem, non tantum per oſcula ſuperiorum vel inferiorum Venarum, ſed etiam per Univerſam corporis cutim, inſtar ſudoris cruenti, quod mihi bis aut ter obſervatum.

Venarum & Arteriarum interceptio ſæpe accidit in plethoricis corporibus, ita ut in omnibus locis, quibus

quibus deprehendi ſolet pulſus, pereat motus arteriarum, in quo affectu commendat *Hippocrates* Venæſectionem ad curandam ἀποπλῆξιν Venarum.

Motus abolitus Vaſorum unde?

Interdum intercipitur pulſus in omnibus arteriis etiam Inguinalibus ſive cruralibus, perſeverante motu cordis, quod ſi diu perſeveret, lethale eſt. Quod ſi motus cordis pereat, brevi moriendum eſt. Vidi duos ſine ullo pulſu, ſaliente adhuc corde, per ſex & decem annos vixiſſe cum ſumma Virium imbecillitate. Talem vidit *Balduinus Ronſæus, ut teſtatur in epiſtolis Medicis.*

Qua ratione intercipiatur pulſus in arteriis perſeverante motu Cordis.

Unde hoc quæri poteſt, ſi cor rite ſaliat, quamvis lento gradu, deficiente aut abolito motu arteriarum, neceſſum eſt obſtructam eſſe aortam juxta Cor, & interceptam eſſe irradiationem, & influxum ſanguinis arterioſi; Tumque ſanguis Venoſus appellit ad Cor, attractus in diaſtole ut ſigillum vitalitatis in dextro ſinu accipiat, moxque repulſus in ſyſtole cavan ad Venam ſpiritus vitales in ejus canalem longitudinalem impetuoſe feruntur, atque per mutuas anaſtomoſes Venarum, & Arteriarum ipſis arteriis communicantur cum ſanguine. Vidi in quibuſdam ſequenter motum arteriarum intercipi vel ſumme inæqualem fieri per aliquot dies, poſtea ſublato impedimento, quod erat juxta Cor, eandem inæqualitatem deprehendi in Cœliaca arteria, vehementer admodum palpitante, quamvis æqualis, & bene ordinatus appareret in reliquo corpore pulſus. Id ut credo emanabat à fruſtulo aliquo carneo, vel adipoſo, quod aſcendens ad portas Cordis, talem pulſum inordinatum procreabat, repulſum ad Cœliacam, quæ propago eſt Aortæ, talem irregularitatem producebat.

Cruralis arteria cum ſit in Inguine evidens, & tactu

Cruralis arteriæ pulsus extremò sentitur.

ctu manifesta, ejus pulsus facile deprehenditur, vehemens propter arteriæ magnitudinem, isque remanet extremus extincto pulsu in aliis partibus externis ubi arteriæ micare solent, & explorantur. Ideoque tangendus est hic locus, etiam in mulieribus, modo honeste id fiat, quando nulla pulsatio arteriarum deprehenditur, Atque pulsu deficiente in hac parte, sæviente morbo, mors est in propinquo.

Aneurisma quid?

Morbus arteriæ dilatatæ vel sectæ in partibus externis potissimum accidit, ubi sunt minores arteriæ trunci majoris propagines. Isque morbus *Aneurisma* dicitur. Raro in aortæ trunco propter crassitiem accidit.

Finis Libri Quinti.

JOANNIS

RIOLANI

Profess. Regii,

ENCHEIRIDII ANATOMICI ET PATHOLOGICI

LIBER VI.

OSTEOLOGIA NOVA.

In qua de ossibus, ligamentis, & cartilaginibus universi corporis, quibus compages corporis extruitur, remotis musculis, atque de omnibus morbis & symptomatis quæ ossibus accidunt, tractatur.

CAPVT I.

Ratio ordinis.

CONtrarius est Naturæ & Medici scopus in humani corporis fabrica. *Natura* ut corpus extruat, à simplicissimis partibus sensim ad compositiores progrediendo, suum opus absolvit. Medicus verò ut opificium istud cognitum habeat, à compositioribus partibus ad simplicissimas sensim procedit, ita ut in resolvendo postremæ sunt partes, quæ fuerunt primæ ad ejus ædificationem. Sic ædes cum destruimus, tectum prius, postea parietes, postremò fundamenta eruimus. Similiter nos in distructione corporis per administrationem anatomicam, ossa quæ sunt fundamenta corporis, & aliis partibus præposita, nunc postrema considerabimus, per *novam quandam Osteologiam*,

Cur de ossibus in cadavere ultimò agatur

non minus neceſſariam quam alteram ſceleti humani.

Itaque explicatis ac demonſtratis mollioribus cadaveris partibus ordine analytico, ad ſolidiores & ultimas partes quæ ordine ſynthetico ſunt primæ, progredior, cujuſmodi ſunt *Oſſa*, quæ nunc aliter conſiderantur quàm dum elixatione præparata & ſiccata demonſtrantur.

CAP. II.

Quanta ſit utilitas hujus Oſteologiæ Novæ.

Oſteologia in cadavere demonſtrata melior eſt magisque neceſſaria.

OSteologia duplex eſt, *Vna* quæ in oſſibus aridis & per elixationem præparatis docetur. *Alia* quæ in oſſibus cadaveris adhuc inter ſe naturaliter cohærentibus oſtenditur. Vtraque valde neceſſaria eſt, ad uſum medicinæ, & humani Corporis perfectam cognitionem.

Ad Corporis humani cognitionem perfectam.

Nam in oſſibus aridis ut vulgò demonſtratur Oſteologia, oſſium tantum externa conformatio, poſitus, & inter ſe compages cognoſcuntur: ſed oſſium cadaveris inter ſe revinctorum diligens obſervatio, ad uſum medicinæ magis eſt conducibilis. Quia oſſium inter ſe colligationes per cartilagines & ligamenta, quin etiam per articulationum ſpecies, ſunt in quibuſdam oſſibus aridis prorſus ab humidis oſſibus differentes, quaſdam enim cavitates in aridis corporibus judicares eſſe Cotyloides, vacuis & ſpoliatis ſua cartilagine cavitatibus, quæ tamen ſunt in Cadavere Glenoides, oppletis cartilagine cavitatibus, & viciſſim quaſdam glenoides diceres in aridis oſſibus, quæ ſunt cotyloides in Cadavere, ſupercilio cartilagineo adauctis cavitatibus.

Præterea

Præterea externa conformatio & qualitas oſſium evidentius conſpicitur in oſſibus cadaveris, quæ multum deperiit in oſſibus per elixationem præparatis, Cujuſmodi ſunt extremorum incruſtationes cartilaginoſæ, membrana perioſtios, mucus oſſibus interjectus; interna quoque ſubſtantia ſive medulla, aut ſuccus medullaris in oſſibus cadaveris manifeſtè deteguntur, quæ nulla ſunt in oſſibus aridis & ſiccis.

Vſum Medicum.

Itaque ad praxim Medicinæ, & curationem oſſium vitiatorum, fractorum & luxatorum, neceſſum eſt diligenter inſpicere & ſedulo explorare in cadavere naturalem oſſium conformationem, & interſſe compagem. Non improbo tamen oſſa arida, ad docendam, atque demonſtrandam Oſteologiam vulgarem à quibus auſpicandum ut fecimus, modò poſtea oſſium in cadavere demonſtratio ſubjungatur

Quam vulgaris.

A quâ tamen inchoandum.

Hac enim oſſium repetitione & repræſentatione, Naturæ ordinem & inſtitutum imitabimur quæ in generatione partium, oſſa quidem primò formare ſolet, ſed ultima perficit & abſolvit, tamdiu enim creſcunt quamdiu corpus augetur *ex Ariſtotele*. Et ſi credimus *Hippocrati lib. 6. Epid.* in mulieribus purgationum circuitus perſeverant, donec ſuam perfectionem oſſa fuerint adepta.

CAP. III.

Quid in Oſſibus cadaveris non elixatis ſit obſervandum.

IN primis naturalem oſſis conſtitutionem obſervabis, ut vitium oſſis affecti diſcernere queas. Os in viventibus naturaliter ſe habens debet eſſe 1. durum

Ossiũ naturalis cõstitutio in quibus cõsistat.

rum ad corporis stabilitatem, 2. foris unctuosum quia nutritur, 3. Velatum membrana periostio, ut sit sensus particeps, nam si spoliatum fuerit periostio, est sensus expers, 4. Candidum, mediocri rubore perfusum quia spermaticum & sanguinis rore nutritum, 5. Excavatum, vel spongiosum, ut medullam, aut medullarem succum contineat ad sui nutritionem, 6. In extremis cartilagine incrustatum, 7. Humore unctuoso delibutum ad motus facilitatem, 8. Præterea debet os naturalem suam figuram præ se ferre, 9. Substantiam habere continuam & æquabilem. Quaptopter os male affectum judicabis, *si fuerit molle*, ut quondam, *Ruellius, Fernelius & Hollerius* in quibusdam ossa corporis adeo mollia, & flexilia ex morbo reddita observarunt, ut ceræ modo facile sequerentur, quocunque torqueres. Nullum os flexile, aut fissile, sed frangi tantum potest, inquit *Arist. lib. 3. de hist. animal. Scaliger in Com.* addit, : nos è morbo Venereo, aut ex medicamentis nescio quibus, femoris os vidimus flexum quasi cornu. Scribunt *Geographi* in quadam Æthiopiæ parte incolas nasci toto corpore flexiles, ut in omnem positionem se queant contorquere. Legimus *apud Hippocratem* natum puellum exossem præcipuis partibus discretum. *Foreſtus* similem puerum in quibusdam membris eo modo conformatum vidit.

In quibus præter naturalis.

Propterea *si Os foris aridum fuerit*, partis intemperiem indicat: *candidus*, caloris defectum, rubrum inflammationem, nigrum Cariem & sideration em arguit. *Si sensile* fuerit os, vitium in ejus substantia latet, vel in ejus membrana periostio. *Si solidum & concretum*, corpus gravius & pigrius reddit, nec medullam continet. Narrat *Plinius* quosdam concretis ossi-

ossibus, ac sine medullis vivere, qui sunt rari admodum, & *Cornei* vocantur. Signum eorũ esse, nec sitim sentire, nec sudorẽ emittere. *Cornei* dicũtur quia Cornui masculæ arbori nulla est medulla *ex Rhodigino*. Talis fertur *Syracusanus Lygdamus*, qui tertia & trigesima Olympiade primus ex Olympiaco certamine Pancratii coronam reportavit: ejus ossa deprehensa sunt medullas non habere, *referente Solino cap. 4. Antigonus in mirabilibus cap.* 8. scribit ossa Leonis adeo esse solida, ut iis percussis ignis exiliat tanquam è silicis venis. Negat tamen *Columbus* ejusmodi ossa medullæ expertia. Quod apud *Athenæum lib.* 8. Deipnosophistarum Epicurus contra *Aristotelem* fieri posse demonstrat. Observavit *Aldrovandus* inter animalia volatilia struthiocamelum ossa habere solida sine medulla. *Si* vero *crusta cartilaginosa & periostio privatum* fuerit os, difficilius movetur & omnino sensu tactus destituitur. *Si* fuerit *inæquale*, ac prominens exostosim designat, Luis venereæ confirmatæ, ac inveteratæ proletariam & consectariam, quamvis ab alia causa possit enasci. Denique *depravatum* & *male conformatum*, atque *sua sede dimotum* sive luxatum, totius corporis, vel partium actionem labefactat; atque in sua substantia divisum, continui solutionem, fissuram, vel fracturam adesse testatur, & quamvis fractum os calli interventu foris ferruminatum fuerit, intus tamen manet divisum.

CAP. IV.

De nutritione, sensu & medulla Ossium.

OS autem dum vivens nutriebatur duplicem *nutritionis materiam* habebat, Aliam remotam, Aliam conjunctam & proximam *ex Aristotele, lib. de partib. animal.* Remota erit sanguinis pars crassior ac

Materia nutritionis ossium Remota.

Proxima. terrestrior. *Proxima* erat Medulla, aut medullaris succus in cavitatibus ossis adhuc conclusus, *Medulla alimentum ossis, inquit Hipp. lib. de alim.* Propterea callo glutinantur. Qui fieri potest, dicet aliquis, ut sanguis ossa nutriat cùm venis careant, quæ sunt instrumenta sanguinem deferentia? Scripsit *Hipp. lib. de ossium natura*, solam maxillam inferiorem ex omnibus ossibus venas habere. *Gal. quidem lib. 8. de placitis* unicuique ossi Venam tribuit majorem, vel minorem, secundum ossis proportionem, & *Comm. ad lib. 1. de humoribus* tradit quoddam vasculum sanguinem distribuens singulis ossibus attributum fuisse: *sed lib. 16. de usu part. c. ult.* fatetur ossium Venas tam exiles & tenues esse, ut ne quidem appareant in magnis animalibus, quia natura pro necessitate & indigentia partium Venas modo majores modo minores largitur. Deinde foraminula quæ circum extrema ossium reperiuntur, manifeste demonstrant, aliquid intro subire: At nihil nisi Venulæ os ipsum ingrediuntur. Arteriæ nusquam in ossa inferuntur si credimus *Platero*, cùm spiritus citra ipsarum vehiculum facile Ossa quæque pervadat. Neque existimo nervulos in Ossium substantiam diffundi ad sensum, quia duntaxat sentiunt, periostii velaminis interventu. Nihilominus testatur Deum *Nicolaus Massa* se vidisse hominem, qui habebat ulcus in crure, cum detectione Ossis, in quo sensus erat dolorosus, neque permittebat illud tangere instrumento aspero, propter dolorem, & erat denudatum à Panniculo. Imò perforavit Os, & intus erat sensus dolorosus, quod dixisse voluit, ut videant Anatomistæ, nunquid aliqua seminatio nervorum penetret ad substantiam Ossis.

An Ossa habeant venas?

An arterias.

An Nervos?

Medulla Ossium triplex.

Cavitates & Medullas Ossium non datur intueri, nisi

nisi fracta fuerint ossa. Triplicem observo Ossium Cavitatem & medullam.

In majoribus Cavitatibus grandiorum Ossium, *medulla rubicunda* est; in minoribus Cavitatibus minorum Ossium *medulla candida* est. In Ossibus spongiosis *succus medullaris* continetur.

Interea notabis medullam intra Cavitatem Ossium, nullâ membranâ cingi, neque sensilem reddi ex nervulis Ossium substantiam penetrantibus, ut *Paræus* imaginatur. Ipsemet *Hippocrates, libro de Principiis*, id primus animadvertit. Spinalis medulla alteri medullæ non est similis, quæ in aliis Ossibus inest, sola enim membranas habet, quas alia medulla non habet.

An medulla ossium, membranâ cingatur?

CAP. V.

De Articulationibus Ossium.

Ad Ossium Articul. requiruntur.

PErgamus ad Ossium conjunctiones.

Concurrunt ad Ossium articulationes Caput, Cavitas, Cartilago, Pituitosus humor, & Ligamentum.

Caput.

Caput omne natura sua & origine est Epiphysis, progressu temporis in apophysin degenerat.

Intrinsecus Caput est rarum & spongiæ modo cavernosum, sanguine sive medullari succo refertum, extrinsecus tegitur cortice durissimo, tenuissimo, ac densissimo, quem cartilago polita incrustat.

Caput verò est [a] magnum & longum, vel breve ac depressum, quod [b] *Condylos* vocatur.

Cavitas.

Cavitas Ossis caput excipiens *Cartilagine* etiam in-

a, T21. f1. dd. f4. a * b, T21. f1. & 2. II. *

Cartilago. cruſtatur, quæ ſi profunda fuerit, [a] *Cotyle*, ſi ſuperficiaris, [b] *Glene* dicitur. Nonnunquam augetur ſupercilio cartilagineo, ne Oſſa tam facile ſede ſua dimoveantur & elabantur.

Humor Pituitoſus. In ipſis verò cavitatibus *Pituitoſus humor* viſcidus, craſſus, & oleaginoſus continetur, ad faciliorem & expeditiorem Oſſium motionem, ſic curruum & plauſtrorum axes ſucco pingui, & vſcido inungimus, quo facilior ſit, ac celerior rotarum circumactio. Defectu iſtius humoris in tabidis & ſummè reſiccatis corporibus, oſſa dum corpus incedit, & artus moventur, invicem colliſa reſonare obaudiuntur: ut memorabili hiſtoria, ex *Symphoriano Campegio* probatur *in hiſtoriis Medicinalibus Galeni*, & multoties vidi.

Ligamentum. Vt autem nectantur Oſſa ad efficiendam Articulationem, intercedere debet *Ligamentum*, ſubſtantia ſua latum vel rotundum, colore ſuo candidum, vel cruentum, quale eſt ligamentum rotundum [c] femoris & tibiæ [d] cum femore, [e] Aſtragali cũ [f] Pterna, & ejuſdem Aſtragali cum tribus Oſſibus tarſi, quæ [g] Æneiformia dicuntur. Hæc enim ligamenta cruenta, vel ſubcruenta ſemper interjecta ſunt Oſſibus, atque duriſſima, quæ verò articulationibus circumjecta ſunt, candida ſemper apparent. Sic obſervant ligamenta neurocartilaginea interjecta Oſſibus ſacro & Ilio cruenta in puerpera recenter enixa.

Oſſa cur articulentur? Omnis verò Oſſium conjunctio à natura facta eſt, aut *motus gratiâ*, aut *perſpirationis*, aut *tranſitus cujuſdam ſubſtantiæ*, aut *partium diſcriminis*, aut *ſecuritatis*, *ac patiendi difficultatis*.

a, T21.f4.B.* b, T21.f4.F.* c, T21.f7.aa.* d, T21 f8.a* e, T21.f5.A* f, T21.f5.B* g, T21.f5.EEE.*

Motus

Motus quidem gratia ſpectatur in digitis, carpis, gibbis cubitorum, humeris, coxis, tibiis, aſtragalis, coſtis, ſpondylis, ut ſummatim dicam in omnibus mobilibus articulationibus.

Perſpirationis cauſa in futuris cranii:

Tranſitus cujuſdam ſubſtantiæ cauſa, in pericranii productione, & quorumdam vaſorum transitu, quæ partim extra, partim intra feruntur, quo fine factæ ſunt futuræ capitis.

Patiendi difficultatis ac ſecuritatis causâ omnibus iis adeſt, quæ ex multis Oſſibus conflantur.

Ob diſcrimen partium Oſſium conjunctiones factæ apparent in Oſſibus maxillæ ſupernæ.

Hoc poſito fundamento *ex Galeno lib. 11. de uſu part. c 18.* Facile eſt articulorum ſpecies ac differentias, ex ipſius Galeni doctrina probare.

Oſſium conjunctio dupl. Oſſa junguntur inter ſe, Alia per Articulum, Alia per Symphyſim.

Articulus quid? *Articulus* eſt Oſſium commiſſura, quæ vel eſt propter motum, vel alterius rei cauſa.

Ejus differentiæ. Ratione motus, articuli duæ ſunt ſpecies. Alia ad motum evidentem, & validum comparata, quæ *Diarthroſis* nuncupatur. Alia ad motum obſcurum & difficilem, vel nullum deſtinatur, & *Synarthroſis* appellatur.

Differentiarum ſpecies. Prioris Oſſium Conjunctionis, nempe *Diarthroſeos* tres ſunt ſpecies, *Enarthroſis*, *Arthrodia*, & *Gynglymos*.

Secundæ Articulationis, nempe *Synarthroſeos*, tres ſunt ſpecies conſimiles, Enarthroſis, Arthrodia, & Gynglymos, quia *Synarthroſis*, & *Diarthroſis*, motus dumtaxat quantitate inter ſe differunt, uti docet *Galenus libro de Oſſibus*, quod etiam apertè declarat, *lib. de diſſect. muſcul. c. 22. ſub finem*, & *c. 13. lib. de Oſſibus.*

Verum quia Synarthrosis, non tantum propter motum facta est, sed etiam alterius rei gratia, ut perspirationis, transitus cujusdam substantiæ, partium discriminis, & Dispathiæ, Tres alias sub se complectitur species, *Suturam, Harmoniam, & Gomphosim.*

Exempla specierũ. Sex illæ differentiæ Synarthroseos exemplo & sensu probari possunt. Costæ [a] sunt per Arthrodiam [b] sterno articulatæ, quæ ratione motus pertinet ad Synarthrosim. Carpi [c] Ossa cum metacarpii [d] ossibus sunt coarticulata, *lib. 2. de usu part. c. 8.* At Synarthrosis illa fit per Arthrodiam. [e] Astragalus cum [f] Scaphoide articulatur cum obscuro motu, qui est Enarthrosis, *c. 24. lib. de Ossibus.* Gynglymos in vertebris [g] dorsi reperitur, referendus ad Synarthrosim, aliarum vertebrarum gynglymos pertinet ad Diarthrosim. *Galenus libro secundo de Compos. med. secundum locos, & 12. de Vsu part.* Suturas [h] capitis Synarthroses appellat. Harmoniam quoque maxillæ [i] inferioris Synarthrosim vocat *comment. ad part. 9. lib. 2. de fracturis.* Sterni [k] Ossa immobilia inter se per Synarthrosim copulantur. *Ex Galeno libro de Ossibus*, & aliis locis probarem maxillam & sterni Ossa per symphysim jungi, quia coalescunt processu ætatis, antiquæ divisionis pereunte vestigio. *Sic Galenus lib. de Ossibus.* conjunctionem maxillæ inferioris ad mentum Symphysim vocat.

Symphysis quid? Symphysis est Ossium unio immobilis, quæ fit cum medio, vel sine medio.

Ejus species. Ratione triplicis medii, quædam symphysis est *Synchondrodis* ex cartilagine, Altera *Syneurodis* ex nervo, Tertia *Syssarcodis* ex carne. Quarta posset addi *Neurochondrodis*, quoniam ossa quædam junguntur per medium, partim Nerveum, partim cartilagineum, quod Νευροχονδρωσις dicitur. Sed de his plenius agetur in *Osteologia Galeni.*

a, T 10. f 2. 1. 2. 3. & c * b, f 2. AA. * c, T 21. f 1 & * 2. F * d, f 1. HH f 2. G * e, f 5. A * f, f 5. C * g, T 10. f 3. * h, T 15. f 1. a a b b & c * i, T 8. f 4. D. * k, T 10. f 2. AA *

vo,

Exempla specierum. Symphyseos differentiæ apparent in Ossibus maxillæ [a] infernæ, corporibus [b] vertebrarum, ossibus [c] pubis inter se, & ossibus [d] Ilium cum Osse [e] sacro: Ejusdem Ossis [f] sacri vertebris inter se, & epiphyseos coalitu, & in conjunctione Ossis [g] Sphenoidis cum occipitis coronis, & aliorum Ossium commissuris, quæ in pueris divisæ erant, sed progressu ætatis coalescentibus per Symphysim sine medio investigabis. Quales *à Galeno lib. de Ossibus* describuntur.

Ligamenta quæ connectunt Ossa invicem, & pituitosus humor quo peruncta sunt Ossa, & cartilagines sive interjectæ Ossibus articulatis, ideoque communes, sive propriæ cuique Ossi extremum incrustantes, in particulari Ossium lustratione & examine tradentur.

Consideratio Medica.

Affectus Ossium generales. GEnerales Ossium affectus sunt *Caries*, sive Ossis putredo, quæ proficiscitur à causa communi vel ab extraordinaria, qualis est lues Venerea,

Caries. *Exostosis* sive Nodus ab Osse tumefacto, nascitur ab iisdem causis commemoratis.

Exostosis. *Κήδματα* dicuntur ab *Hippocrate*, ex defluxione diuturni affectus, cum in omnibus articulis, tum

Κήδματα.

a, T 8. f 3. D. T 15. f 3. L * b, T 2. f 2. *supra* a. T 8. f 9. A B C & c * c, T 3. f 3. 4. 7. CC. T 8. f 12. DD * d, T 2. f 3. & 4. AA T 8. f 12. CC * e, T 2. f 5. & 6 * f, T 8. f 12. B. * g, T 15. f 5. B. f 6. F *

præ-

præcipuè circa coxendicem. De quo affectu legendæ *Gorræi definitiones Medicæ*, & *Foësius in œconomia Hipp.*

Hydarthrosis. Huic affinis est *Synovia Paracelsi*, sive Hydarthrosis, quæ est assidua fluxio serosi humoris vel sanioſi ex articulis exulceratis, potissimum si nervi & ligamenta fuerint affecta. Hanc Synoviam à *Paracelso* sic primùm appellatam, probat *Hildanus* peculiari libello, esse meliceriam *Cornelii Celsi*, *lib. 5. cap. 26.*

Ossa male affecta medullitus stillare sanguinem certum est, & notavit *Galenus.*

Fractura. Ad Ossa pertinent *fractura*, & *luxatio.* Est autem *Fractura* in Osse divisio ab externa causa incidente vel contundente.

Fracturæ duplex est species, Recta, & Obliqua, quippe fit in longum assulatim, σχυδακηδὸν, vel in transversum ῥαφανηδὸν sive καυληδὸν.

Ejus species.

Obliqua verò distinguitur si credimus *Galeno*, nimis curiosè à recentioribus post *Hippocratem.* Alia dicitur in Vnguem fieri, cum fractura parte quadam recta est, alia verò parte Circularis, Græcis καλαμηδὸν vel arundinatim facta. Alia fracturæ species cum Os in minutissimas partes comminuitur, ἀλφιτηδὸν Græcis dicitur.

Alia species est quæ ἀποτρῶσις sive detractio vocatur, qua Ossis fragmentum ita ablatum est, ut ejus vestigium in superficie maneat.

Alia fracturæ species est apud *Hippocratem* ἀποκλασμα quod à *Galeno* dicitur ἄπαγμα, quando os frangitur qua parte cum altero jungitur.

Luxatio *Luxatio est* morbus Ossis in situ, quando è sede sua dimovetur

Luxatio duplex est, Vna completa, quando caput Ossis exorbitat, sive è sinu suo excidit, ἐξαρθρήμα Græcis dicitur.

Altera

Altera est incompleta παράρθρημα dicta, quando aliquatenus dimotum est Os ac veluti elongatum, quod potissimum apparet in subluxatione femoris. Nam in exarthremate tibia brevior est, in pararthremate tibia longior apparet. *Ejus species.*

Luxationis & subluxationis causæ sunt Externæ vel Internæ: Externæ sunt percussio, distorsio violenta, Casus, membri Extensio. Internæ causæ sunt humor tenuis, qui ligamenta relaxat, vel humor crassus qui paulatim cavitatem articulationis replens tandem Os extrudit, ob anchylosim factam. *Causæ.*

Est autem ἀγχύλωσις Vitium articulationis, quando repletur cavitas Ossis quod excipit alterius caput, sive sit ἔναρθρωσις, sive ἀρθρωδία, sive γύγλυμος. Inde os subjectū articulationi vitiatæ, vel inflexum tenetur ἀγχυλωδοτὸν, vel rectum & rigidum manet ἐρρόχωλον. Quod si sine Anchylosi in artubus tendones unius lateris præsecti fuerunt, ossa recta vel incurva, non amplius inserviunt flectendis, vel extendendis ossibus. Ἀγχύλωσις,

CAP. VI.

De Ossibus Cranii.

Observanda præcipua sunt.

DIligenter observatis articulationibus, quid in singulis ossibus notandum quod in aridis non conspicitur; à capite ad Calces percurram prout partes illas administrare consuevi, quam quidem operationem Anatomicam, duplicem facio, Vnam quam *Osteotomen* voco, qua separantur ossa ab invicem; Alteram quam appello *Ossifragium*, quæ frangit cuncta ossa, ut interior structura compareat.

Impri-

Tabula duplex. Imprimis contemplare *duplicem* Calvarię *Tabulam*, in mulieribus tenuiorem, quam in Viris.

Superior est inferiore crassior ac durior, magisque polita, Inferior verò aspera, sulcis exarata sive striata, ut sedem præbeat vasis duram meningem perreptantibus, à qua nonnulla insignia vasa prosiliunt, quæ juxta aures intra geminas illas cranii laminas sese insinuant, meditullium interjectum irrigatura.

Meditullium interjectū. Est autem id *Meditullium*, spongiosa quædam substantia medullarem succum ad istorum ossium nutritionem excipiens; Succus ille rubicundus est, propter sanguinem è Venis tenuioribus illâc discurrentibus scaturientem, qui tum emanare solet, cum viventis hominis cranium terebra perforatur.

Cur Cranium duplicatum. Est autem Cranium *ex Hippocrate, lib. de Vulneribus capitis, Duplicatum*, διπλοον, in Capitis medio, id est cavum intra duas laminas seu tabulas, ut medullarem succum contineat ad nutritionem ossium. Addit *Hippocrates*, Universum caput exigua parte excepta, spongiam refert plenam carunculis humidis, quas si digito premas, sanguinem stillare cernes: Etiam tenues venulas discurrentes videbis sanguine abundantes.

Ex istis Carunculis vehementiore ictu collisis, sanguis expressus & putrescens, os corrumpit, foris integro apparente, sed exudans sanies ab interiore tabula Cerebrum ipsum corrumpit ac putrefacit. Quod si in rasione cranii sanguinem stillare videris, ne putes ideo fracturam penetrare secundam tabulam, quoniam ex eo meditullio sanguis ille profluit.

Fungi capitis unde nascantur? *Fungosa Hypersarcosis*, quæ in vulneribus capitis succrescit ex ossis diploe nascitur, u[illegible] notavit *Hippocrates.*

rates. De fungis Cerebri an ab osse fracto, vel dura meninge nascantur vide *Sennertum lib.* 1. *Pract.*

Sed in hoc meditullio frustra quæruntur *Carunculæ Hippocraticæ* quicquid argutetur *Fallopius Comment. in lib. de Vulneribus capitis*, nisi velis spongiformen ossium substantiam ex officio σάρκια, Carunculas appellare.

Meditullij Nomen. Meditullium hoc duplici tabulato Cranii interjectum διπλοὴ vocatur *ab Hippocrate*, *Galenus* tamen contra veterum Medicorum opinionem secundam & internam laminam cranii διπλοὴν vocat *lib.* 6, *Meth. Med.*

Usus. *Hujus diploes* sive spongiformis substantiæ *triplex Usus* est: Primus ut sanguinem excipiat ad nutritionem cranii; Secundus ut porus Sarcoides in cranii fracturis ex ea progerminet; Tertius est ut Cerebri fumi facilius exhalent.

Nonnunquam inter duas tabulas transcolatione quadam humor colligitur, qui tractu temporis vitiatus, acerbissimos cruciatus inducit, quod sæpius accidit in lue Venerea inveterata, dum exostosi quadam cranium protuberat.

Cur Tabula duplex condita? Duplex hæc tabula admirabili naturæ consilio facta fuit, ne in omnibus capitis percussionibus, ictus totam ossis substantiam penetraret, hinc fit ut interdum una tabula findatur, illæsa altera.

Externam laminam sæpissime lues Venerea exedit, & utramque interdum vita diu superstite, attestante *Palmario lib. de lue Venerea c.* 4. Exemplum simile leges apud *Antonium Benivenium lib. de abditis morborum causis, c.* 18. Et nos sæpius id observavimus.

Suturæ. Suturæ [a] quamvis sint arctissimè consertæ in viventibus, tamen facile interdum hiant, & dolorem

[a] *T* 15. *f* 3, *aa. bb. f* 4. *bb &c.*

movent

movent *referente Galeno ſub finem Comm. 3. in officinam Hippocratis.*

An vertici cauterium admovere liceat?

Sed non apparent laxiores circa concurſum ſagittalis & coronalis in adultis, ubi *Fontanella* a collocatur, propterea ſæpius expertus ſum ſine ullo detrimento partem illam appreſſo pyrotico inuri poſſe. Quam capitis uſtionem commendat *Fabricius in Chirurgia*, alii velut periculoſam improbarunt, *ut Matthæus de Gradis, Veſalius lib. 1. c. 6. Anat. Baptiſta Montanus conſil. 36. Zechius in Conſil. & Baptiſta Carcanus lib. de vulnerib. capitis. Vide Claudinum in Conſiliis.* Non inficias eo interdum hanc partem in pueris cartilaginoſam, ac mollem tardè indurari, quam in adultis, quibus etiam adhuc moveri & palpitare conſpexit *Gal. lib. 13. Meth. cap. 22.* Tum huic parti cauterium admovere periculoſum eſſet. Pueris Lybies verticem ſeu locum fontanellæ urebant, ut docet *Mercur. lib. 2. Var. c. 2. ex Herodoto.* Venas verticis urebant poſt annum quartum, ex Oeſipo ovillo, intellige ignitum, quod ſi convulſio accideret remedium erat urinæ hircinæ aſperſio.

An Æthiopes &c. habeant Suturas?

Scriptum eſt *ab Herodoto, Arato & Arriano in vita Alexandri Magni*, Æthiopum & Ægyptiorum capita nullis ſuturis prædita eſſe, quod *Paræum* induxit ad ſcribendum, Æthiopes, Mauros, eoſque qui regiones calidas verſus meridiem & Æquinoctialem incolunt, cranium durius habere, nullis aut paucis ſuturis diſcretum, quod falſum eſſe docuit, *Æthiops nigerrimus in ſcholis Medicorum à me publicè diſſectus*, cujus cranium noſtris prorſus erat conſimile.

Capitis Sinus.

In Capite multæ ſunt Cavitates inſignes, quæ *ſinus* ab Anatomicis vocantur. Illos perquires, ut cognoſcas an ſint inanes & vacui, Membrana tenui

a) T8. f4. C.

velati, & quam inter ſe communionem habeant.

Sunt autem *Sinus utrimque quatuor. Maxillaris* qui intra Maxillas ſuperiores deliteſcit. *Frontalis* juxta ſupercilia in fronte collocatus. *Sphenoideus* ſub ſella Sphenoidis latet. *Maſtoideus* intra Maſtoidem continetur. Omnes ſunt vacui Membranâ tenui obducti; ſolus *Maſtoideus* cavus quidem eſt, ſed inanis ſine ulla Membrana, ſed in ſeptem, vel in octo, aut novem *cellulas*, inſtar alvearis apum diſtinguitur.

Ingreſſus ſinus Maxillaris intra cavitatem Narium, à latere oſſis ſpongioſi apparet.

Introitus frontalis ſinus in ſummis & intimis naribus deprehenditur.

Ingreſſus ſinus Sphenoidei intra nares profundè occurrit, detractis oſſibus ſpongioſis.

Ingreſſus ſinus maxillaris evidens eſt ſine oſſium inciſione. Ingreſſus ſinus frontalis manifeſte conſpicitur oſſe frontali ſupra ſupercilia diſciſſo. Ingreſſus Sphenoidei ſinus, evulſa ſella, ſeu tabula interiore Sphenoidis adempta innoteſcit. Ingreſſus ſinus Maſtoidei in latere ſiniſtro conchæ continetur, prope Maſtoidem apophyſim; nec apparet niſi rupto & lacerato Conchæ fornice, ſive poro auditorio divulſo.

An intra ſinus ſphenoidis colligatur pituita?

Intra ſinus Sphenoidis, pituitam per foraminula tabulæ ſuperioris transfuſam colligi & coacervari, inde ad palatum tranſmitti, opinatur *Sylvius*, & demonſtrat *ex Galeno*, quam excrementorum viam adverſus Galenum *Veſalius, Columbus, Fallopius, Valverda*, rejiciunt, & per vicina & accumbentia ſellæ Sphenoideæ foramina, excerni contendunt.

Galeni & Sylvii ratio eſt, ſatius eſſe excrementa tranſcolari, & in iſtis ſinubus aliquatenus acervari, quam continuò exſpuere, & os apertum tenere.

Quamvis enim cavitates Sphenoidis in dissectionibus cadaverum vacuæ, nec pituita, aut serosо humore plenæ appareant, est tamen verisimile serosum humorem qui fluit stillatque è choana, per tabulam cribrosam sellæ equinæ, transcolari in subjectas cavitates, ab illis per ovalia satisque ampla foramina refundi, & exspui in ossa spongiosa narium, neque diffitentur portionem seri, per tabulam inferiorem adhuc cribrosam in palatum exudare. Sed humor serosus spongiosis ossibus narium exceptus sensim exudat effluitque, cum quantitate, aut qualitate sua, naturam irritat ad excretionem. Nam quo fine natura ejusmodi Cavitates cõdidisset? An ad levitatẽ cranii? An ut sint promptuaria aëris, qui necessario inspiratur ad spiritus animalis generationẽ? Atqui non possunt esse promptuaria, quia distãt digiti latitudine à frontalibus Cavitatibus. Nec illis sunt ullo modo continuatæ. Deinde aër qui purissimus requiritur, ossa spongiosa permeans & remeans inquinaretur. Adde quod in multis cadaveribus quę ad usum anatomicũ dissecui, ex quibus quędam poterant esse mucosa & pituitosa, nunquam inveni processus Mãmillares ampliores. At oporteret per eos ductus pituitã ad os Ethmoides derivari, vel ad basim cerebri fluitantem, spontè ad eum locum confluere, quoniam ventriculi anteriores cerebri raro sunt antrorsum perforati, & in nares pervii.

Sinûs sphænoidis Vsus.

Per quas vias pituita nasi transeat?

Propterea existimo omnem Nasi pituitam non per os Ethmoides percolari, sed per ductus sive Canales quatuor Choanæ in palatum defluere, vel in cavitatibus ossis Sphenoidis collectam, si trajiciatur per foraminula tabulæ ossis Sphenoidis, in ossa narium spongiosa derivari.

Os illud spongiosum cavernosum est, cellulis ossеis discretum, in quibus *Caruncula exiles* continentur, quibus tumefactis, *Polypus* generatur.

Viæ narium in palatum.

Deinde considerabis Commeatus Narium in palatum per duas *Cavitates* quas *Os a vomer* distinguat. Ad radicem Apophyseos Pterygoidis, *foramen cartilagine cinctum* apparet, quod est extremitas *Meatus* ab aure ad palatum producti, cujus beneficio Muti aperto ore audiunt, si quis in os loquatur, & masticatoriis auris facillime expurgatur.

Auris in palatum.

Consideratio Medica.

Cranii affectus primarii Tumores.

IN cranio ratione meditullii quod inter duas tabulas continetur, nascuntur Tumores duri, & ferme ossei, alii sunt vere ossei, Cujusmodi *Cornua*. Tumor durus plenus & oblongus *Testudo* dicitur, Cognatus est huic Tumor *Talpa*, qui etiam *Topinaria* vocatur.

Est alius tumor qui *Natta* dicitur, interdum in dorso præcipue excrescit, à tenui quidem radice pendens. Triplex iste tumor nisi maturè provideatur, in majorem molem excrescere solet. Cornu in cranio, in fronte & alibi emergit, sed etiam in aliis ossibus, digiti longitudine vidi cornu, ad extremum tibiæ instar calcaris protuberans. De Cornubus istis eleganter tractavit *Sennertus lib. 5. Practicæ.*

Fractura.

Præter istos tumores frequens est *Fractura* cranii sive solutio continui, ab externa & violenta Causa. Est autem sine contusione, vel cum contusione.

Triplex est sine contusione διακοπή, cum incidens telum altius penetrat, ὀποσκειπαρνισμὸς, sive dedolatio, est ablatio ossis abscissi: ἔδρα sive sedes, est vestigium teli secantis.

a, T 15, f 6. I.

Fracturæ species. Fractura cum contusione, si angusta est est in osse percusso & immoto *fissura*, sive *rima* dicitur, ῥώγμη Græcis: si in alio quam percusso ἀπείχημα nominatur, id est, resultans fissura, quasi resonitus ab ἔχος; si Motum os fuerit, & fractum, Triplex fractura statuitur, ἐγγείσωμα depressio cranii ad membranam, sive meningem cerebri, ἐκπίεσμα ejusdem cranii depressio est, sed divisi in tenuiora fragmenta: καμάρωσις est fornicata elevatio fracti cranii: ἔνθλασις contusio quidem est, sed sine fractura, veluti inflexio mollis calvariæ, quæ contusionis species in æneis vasis fieri solet contusis, non fractis.

Caries. Exostosis. In ossibus cranii sæpe observantur Caries, & Exostosis à causa communi, sed sæpius à lue venerea.

CAP. VIII.

De Maxilla Inferiore.

Ejus Substantia. MAxilla [a] inferior in adultis continua est, absque ullo divisionis vestigio ad mentum.

Articulatio. Ejus *articulatio* laxa est admodum, orbiculari ligamento constricta.

Condylo *Cartilago mobilis* superjecta est, ad movendi libertatem.

Canalis. Intra maxillam canalis exaratus est, vasis continendis dicatus, qui separatus est à cavitate medullam conservante, ut singulis dentibus portiunculam vasorum suppeditaret.

Canalis iste vasorum in media maxilla situs est, ac manifestus, & propterea scripsit *Hippocrates*, *libro de Ossium natura* solam maxillam inferiorem ex omnibus ossibus venas habere.

a, T15. f3. L *

CAP.

CAP. IX.

De Dentibus.

POstea cujusque speciei Dentium, aliquem odontagogo radicitus evelles, *ut Radices, & Ligamenta dentium, formamque Alveoli* possis intueri.

Effractas radices mucco & filamentis, (quæ vasa sunt) fartas deprehendes.

Cavitates sunt evidentiores in dentibus aridis & exsiccatis, utrosque dentes inter se conferre & contemplari oportet.

Dentium vasa demonstrandi ratio. Sed ut vasorum, id est, venularum, arteriolarum, & nervulorum distributionem in dentes inspicias, aliisque ostendas, hoc modo procedes. Bovinam aut Arietinam maxillam inferiorem (in quibus hæc evidentiora sunt) interno latere secabis & aperies, donec medulla nervusque compareat. Medullâ ablata, nervique membrana lacerata, nervus apparet ex pluribus funiculis conflatus, à quibus filamenta quædam, & alia venas & arterias referentia, simul intertexta, Cavitates radicum dentium subeunt.

Caninis [a] & [b] *Incisoribus* nervulus crassior offertur. *Molaribus* [c] pro ratione radicum triplex & quadruplex exilis ac tenuissimus distribuitur.

In extracto dente quæ observanda. Deinde Molarem aut Incisorem è proprio alveolo sensim extrahens, gracillimas *fibras* inspicies, radiculis dentium insertas, quas pro nervis accipies.

Dentibus penitus evulsis in extrema radicum parte conspicitur *materia* partim *fibrosa* ex vasis enata, partim *muccosa*, quæ veluti glutine dentem alveolo alligat per syssarcosim. Medio scisso dente bovis aut

a, T15. f6. nn * b, T15. f6. m * c, T15. f6. oo, *

ovis, interna ejus ſubſtantia muccoſa vaſis manifeſtè intexta eſt.

Hæc omnia in bovinæ, vitulinæ, & ovillæ maxillæ dentibus evidenter demonſtrari poſſunt, in homine non ita perſpicuè notantur, videbis tamen radices dentium ſanguineas, & nervum radices ſubintrantem: At in aridis dentibus radices ſunt cavæ.

CAP. X.

De Oſſe Hyoide, & Ligamentis.

DIgaſtrici Muſculi principio ligamentum ſubjectum eſt, quod à ſtyloide apophyſi uſque ad angulum maxillæ infernæ producitur.

Oſſis hyoidis ſitus. Oſſis [a] hyoidis ſitus, colligatio, ſtructura in cadavere diligenter inſpicienda, quoniam in ſceleto ſpectari nequeunt.

In faucibus ſub maxilla inferiore collocatum eſt, ad apophyſes ſtyloides appenſum, ope & interventu ligamentorum.

Structura. Ex oſſibus quinque conflatur, quorum medium grandius & latiuſculum *Baſis* [b] *linguæ* dicitur, ab eo utrimque [c] Corniculum unum cartilaginoſum, rarò oſſeum expullulat, ſupernis lateribus cartilaginis Thyroidis affixum, quæ duo cornicula, pro ſexto & ſeptimo oſſiculis numerantur.

Colligatio. Animadverſione dignum eſt, quod obſervavit *Galenus libro ſeptimo de Vſu part. cap.* 19. Iſtud os non per muſculos tantum necti & alligari, verum etiam per *ligamenta & membranas apophyſibus ſtyloidis & thyroidis cartilaginis ſupernis Corniculis* adſtringi, ne muſculo

a, T 15. f 11. 12. 13. * b T 13. f 11. & 12. AA * c, T 13. f 11. & 12. BB *

uno

uno reſoluto, antitaſis illa & æquabilitas in motu muſculorum diſſolvatur, ſicque ad latus alterum magis contorqueatur, vel deorſum prolabatur, quod non tantum voci, verum etiam deglutitioni magnum damnum & incommodum adferret. *Cur plurima ligamenta obtinuerit?*

Huic incommodo proſpiciens Natura per *quatuor ligamenta*, apophyſibus ſtyloideis, & Thyroidi cartilagini firmavit & adſtrinxit.

Cæterum os hyoides in mulieribus gracilius ac tenuius apparet, paucioribuſque conſtat oſſiculis, quorum vicem ſupplent ſuſpenſoria ligamenta productiora.

Deinde notabis cavitate hyoidis ſolam epiglottim excipi, linguam ſuperno lateri baſis inniti.

CAP. XI.

De Motu Capitis, & Ligamentis.

Caput ſupra quam vertebrā moveatur? CAput rectè & obliquè ſupra [a] ſecundam vertebram movetur, quæ parte poſtica à prima [b] vertebra diſtat digiti latitudine. Prima verò tam arctè occipiti appreſſa eſt, ut prorſus immobilis exiſtat, ne quidem manu dimoveri aut agitari queat.

Dentiformis quoque [c] apophyſis adeo ſtrictè corpori ſecundæ vertebræ adnectitur, ut in flexu & obliquatione capitis non poſſis ſpinalem medullam lædere.

Inde cognoſces veriſſimam eſſe *Veſalii*, *& aliorum Anatomicorum opinionem de motu Capitis*, quod ſupra ſecundam vertebram movetur, tam in Rectis, quàm Obliquis motibus.

Nam caput cum prima vertebra circulari motu

a, T 13. f 21. * b, T 13. f 20. * c, T 13. f 21. a. *

moveri nequit, quia circulariter quæ moventur basi unicâ inniti debent. *Galeni* tamen opinionem confirmaret naturalis coalitus duarum primarum vertebrarum cervicis quæ erant inter se junctæ & unitæ in quodam milite, qui cum anno 1611. in caupona alterum interfeciſſet, poſt ſtrangulationis ſupplicium ad Theatrum Anatomicum ſcholæ adductus fuit, dum illius Oſſa elixarentur ad ſceletum parandum, obſervatum fuit duas primas ac ſuperiores colli vertebras naturaliter coaluiſſe, hic tamen libere caput in omnem partem movebat, ut ab aliis accepi. *Celſus ante Veſalium & Columbum* Capitis motus his verbis deſcripſerat.

Summa vertebra protinus caput ſuſtinet, per duos [a] ſinus receptis exiguis ejus proceſſibus: quo fit, ut caput ſurſum, deorſum, verſum tuberibus exaſperetur. Secunda ſuperiori inſeritur, quòd ad circuitum pertinet. Pars ſumma anguſtiori orbe finitur, itaque ſuperior ſecundæ circumdata in latera quoque caput moveri ſinit.

Capitis Ligamenta.

In capitis articulatione *tria Ligamenta* notantur, unum eſt orbiculare, quod primam & ſecundam vertebram intus circumdat uſque ad occiput.

Reliqua duo ad apophyſim dentiformem pertinent, *unum* conſtringit eam apophyſim corpori primæ vertebræ, *Alterum* enatum ab Apice odontoidis apophyſis, in occiput inſeritur.

CAP. XII.

De Aure interna.

Cavitates auris tres.

Adeamus antrum illud Auris internæ veteribus Medicis inacceſſum, & perluſtremus admirabilem hujus partis architecturam.

a, T 13. f 20. aa *

Tres

Tres intùs continentur *Cavitates*, hoc ſitu & ordine diſpoſitæ. Prima eſt [a] *Concha*, Secunda [b] *Labyrinthus*, Tertia [c] *Cochlea*.

Tympanum cur oblique poſitum.

In veſtibulo Conchæ collocatum eſt [d] Tympanum, quod non eſt viride, ut opinatur *Pauvius*, nec eſt directè oppoſitum externo foramini auris, ſed obliquè obtenſum, ne corpuſcula in aurem illapſa, aut irruentia recto tramite Tympanum offenderent. Id extrinſecus in viventibus patulas aures habentibus in ſole poteſt inſpici, vel candela juxta poſita.

Conchæ partes.

Tota verò [e] Conchæ ſtructura, in qua *tria Oſſicula*, *Tympanum*, *chorda* tympano attenſa & *muſculus* continentur, in puerulis & infantibus uno intuitu apparebit. Evulſa cuſpide cultelli, auriculari apophyſi, quæ tum epiphyſis eſt, quod fieri debet intra Calvariam.

Auris partes demonſtrandi ratio.

Sed in adultis perfectiſque hominibus, hæc omnia, non ita facile ſpectari ac demonſtrari queunt, quia dum Os lithoides, verſus occiput exſcinditur, fieri non poteſt, quin aliquid ſtructuræ internæ auris laceretur.

Sic autem effringes Os petroſum detractâ cerebri medullâ, & radicitus evulſâ auriculâ, carnibuſque circumjectis remotis.

Os lithoides quod auris ædificium complectitur, cultris inciſoriis chalybeatis & acutiſſimis diſſecabis, ſumpto ab exteriore ductu exordio.

Tum revulſo fornice auris, id eſt, detracta ſuperiore parte oſſis lithoidis, Tria auris oſſicula videbis, nempe [f] *malleolum*, [g] *incudem* & [h] *ſtapedem*, de-

a, T 20. f 7. B &c. * b, f 9. BB * c, f 9. AA. *
d, f 4. & 5. B. * e, T 8. f 6. 7. 8. &c. * f, T 20. f 7. A. *
g, f. 7. B. * h, f. 7. C *

Maleus Incus. Stapes. inde [a] Tympanum cum sua chorda & musculos exiles ossiculis affixos, tam intus, quàm extra Tympanum, qui quidem evidentiores sunt in animalibus, quàm in hominibus.

Musculi. In his tantùm unicus apparet, sinistrum latus internæ auris occupans versus occiput, capitulo malleoli affixus.

Ligamenta. Sed Tendones vel potius ligamenta reperiuntur duo, unum quod malleoli caudam sistit, alterum quod stapedis angulo superiori alligatur.

Tympanichorda. Chorda seu nervulus supra malleolũ extenditur, ut sistat & comprehendat malleolũ supra tympanũ.

Præterea tria auris ossicula in Calvaria recens ebullita vel exsiccata, intra Concham discernes. Si per meatum externum ante & prope intuearis in clara luce, vel admotà Candelâ, cuncta cum acicula poteris extrahere.

CAP. XIII.

De Clavicula.

Claviculæ Cartilago. CLavicula [b] in sua articulatione ad sternum interjectam habet *Cartilaginem mobilem*, ut in motibus brachii & scapulæ facilius obsequatur.

Ligamentum. Cur litteram flexuosam in S litteræ Italicæ formam efficiam obtinuerit, observabis. Inter se sunt junctæ ac revinctæ claviculæ, interventu robusti ligamenti.

CAP. XIV.

De Sterno.

STernum [c] Osseum est in aldultis sed alterius naturæ quam reliqua Ossa, quia subrubet. *Ga-*

a, T 20. f 4. & 5. B * b, T 21. f 1. BB. f 2. a * c, T 10. f 1. AA, T 8. f 2. A. *

lenus

Sternum quot ossibus constet. *lenus* ex ossibus septem componit, ut singulis costis veris ad mutuam articulationem, singula pectoris Ossa responderent, quod videtur confirmare *Hippocr.* Sternum sibi ipsi cohærens discriminationes habet obliquas, qua parte costæ sunt annexæ. Attamen in adultis tres, rarò quatuor in sterno divisiones remanent.

Os pectoris, inquit *Valverda*, senis ferè aut septenis ossibus componitur, quæ in provectæ ætatis hominibus, ita invicem connectuntur, ut ex binis dumtaxat, terniſve Ossibus constitutum videatur.

Nonnunquam etiam, sed rarissime ex undecim Ossibus constat, ut nos Romæ vidimus anno 1554. in puella annum circiter septimum agente, cui os id in sex ossa divisum erat, quorum postrema quinque, ab imo ad summum per ossis longitudinem secta conspiciebantur.

Addit *Bartholomæus Eustachius*, evenit frequenter, quod alii non animadverterunt, ut ossa sterni primo & ultimo excepto, omnia scilicet quæ in medio sunt, aut certe eorum aliqua, evidentissima linea secundum eorundem longitudinis medium modo recta, modò obliquè protracta dividantur, quò fit, ut sterni partes, aut decem, aut novem, aut septem, aut octo frequenter numerentur.

Sterni foramen. Quandoque sternum in medio lato foramine pervium est, quod à *Sylvio & Eustachio* fuit animadversum, vasis transmittendis destinatum. Id sæpius à me fuit observatum, præsertim in mulieribus.

In quadam muliere adeo latum erat foramen, parte interna sterni, ut minimum digitum exciperet, illiusque thorax utrimque tredecim costis constabat.

a, T 10. f 2. AA, T 8. f 2. A *

Nicq.

Nicolaus Massa gloriatur se primum inventorem fuisse foraminis in medio sterno, ut expiret aliquid è mediastino, & vicinis partibus pectoris, vel potius ad traductionem venæ mammariæ, in mammas expansæ.

In mulieribus mammosis & obesis detracta mole mammarum, sternum acuminatum deprehendi, & pectus angustum, quod in illis causa fuit dyspnœas, istam angustiam excitaverat pondus mammarum.

Figura naturalis *Sterni.*

Non est naturalis figura sterni qualis ostenditur ramulosa: Nam authore *Galeno* pugionis seu gladii formam refert, unde totum Os, Xiphoides à nonullis appellatur.

Demptis utrimque cartilaginosis [a] ramulis, qui sunt costarum partes, pugionis manubrium erit in parte superiore, cuspis in cartilagine [b] Xiphoide.

Cartilaginis Xiphoidis.

Cujus figura accurate perscrutantibus varia occurrit: nunc simplex & triangularis est: Nunc bifida & in modum hypoglossi herbæ, majorem partem minori incumbentem habet, interdum tripartita tridentem refert, interdum bifida furcam aut rastrum æmulatur.

A Barbaris malum granatum vocatur, quia tres habet partes angulatas, ac si esset flos mali granati, inquit *Nicolaus Massa.*

Ejus Usus.

Illic appositam esse putat *Galenus* ad stomachi & septi transversi tutelam. Sed cùm stomachus ab ea parte longè distet, solius Diaphragmatis gratia constructa videtur, vel potius ad suspensionem hepatis, per ligamentum.

Notat *Amatus Lusitanus Centuria 5. curat. 95.* Cartilaginem Xiphoidem pertusam esse ad perspira-

a, T 8. *f* 2. CC. * b, T 8. *f* 2. B.

tionem,

tionem, ut stomachi vapor teter per istud foramen expiret, quod est ineptum. *Foramen.*

Nam nisi bifida fuerit cartilago, perforata est ad transitum venæ mammariæ internæ, & in mulieribus, si foramen in sterno desit, reperitur in cartilagine Xiphoide.

Compressa & incurvata hæc cartilago adeo subjectum hepar lædit, ut atrophia infantes pereant, & in adultis continuam vomitionem parit, donec reducta fuerit. *Incurvatio.*

CAP. III.

De Costis.

Costarum Substantia duplex.

SIngulæ Costæ duplici substantia constant, una est [a] ossea, quæ majorem partem costæ absolvit, Altera est [b] cartilaginea, longitudinis inæqualis, quæ sterno articulatur per arthrodiam, ut in thoracis elevatione ac depressione facilius obsequatur, sed habent aliam articulationem ad vertebras, quæ in singulis costis duplex est.

Veræ Costæ.

Sunt autem septem [c] costæ veræ & perfectæ dictæ, quia sterno per arthrodiam articulatæ, quibus interdum adiicitur octava quæ in quorundam dissectionibus non semel inventa est, ad cartilaginis mucronatæ radicem alligata.

Spuriæ costæ.

Quæ causa est, cur *Aristoteles*, quem *Plinius* imitari non dedignatur, sedenas veras constituerit. Inferiores quinque [d] nothæ & imperfectæ dicuntur, quia neutiquam ad os pectoris perveniunt; sed longa cartilagine supernè reflexa terminatæ, inter se cohærent.

a, T 8. *f* 2. 1. 2. 3. &c. * b, T 8. *f.* 2. CC, * c, T 8. *f* 2, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. * d, T 8. *f* 2. 8. 9. 10. 11. 12.

CAP.

CAP. XVI.

De Spina.

Spinæ Figura.

DEtractis carnibus Muſculoſis, quibus ſpina operta eſt, *ejus figura admirabilis* ἰθυσκωλιὸς partim recta, partim obliqua, nunc extrorſum, nunc introrſum inclinans, manifeſtè conſpicitur, quam primum *Hippocrates* indicavit, & deſcripſit *Genus Hippocratis*, *Duretus in Coacis*.

Vertebrarum Cartilagines.

Vbique inter duas vertebras media & craſſa cartilago inſtar glutinis iter jecta eſt. *Galenus libro de oſſibus* ligament um durum, & quodammodo cartilagineum eſſe ſcribit.

Membranæ.

Omnes vertebras dura membrana extrinſecus contegit, intus verò vertebræ ligamentum habent membranoſum robuſtum, à ſupremis vertebris uſque ad Os ſacrum productum, quod ad tutelam & conſervationem ſpinalis medullæ, præter alias duas membranas appoſitum & circumjectum eſt.

Os Luz Cabaliſtarum an detur?

Sæpius in ſuſpenſis & crematis cadaveribus vidi, & reſcivi à carnifice ridiculum eſſe, *quod de quadam dorſi* vertebra narratur à Cabaliſtis, nempe in dorſo reperiri vertebram, cui *Luz* nomen impoſuerunt, ex qua veluti ſemine in die reſurrectionis univerſalis, Oſſa regenerabuntur, id Os Luz vocatum *Cornelius Agrippa*, *& Veſalius in pede collocant*.

Attamen *Hieronymus Magius lib. 5. de exuſtione mundi* refert Adrianum ex Rabi Ioſuæ filio Anime, experimento cognoviſſe eſſe vertebram dorſi.

Nam accepta ſpina, quoddam Os molæ ſubjectum atteri non potuit, nec igni impoſitum exuri, in aquā conjectum, non eſt reſolutum, ac demum incudi appoſitum & malleolo percuſſum, tantum abeſt, ut

ut parte aliqua frangi imminuique potuerit, ut prius incus diducta dirutaque fuerit, & malleus confractus, quam Os detrimentum aliquod perpeſſum fuerit, quod eſt falſiſſimum. Nam omnes vertebræ conteruntur, cremantur, ac incinerantur.

Inde judicate quanta fides tribuenda Cabaliſtis, qui in rebus manifeſtis nobis tam impudenter illudunt, ac imponunt.

Structura Lumborum.

Si *Ariſtoteles* ſtructuram undeci mæ vel duodecimæ vertebræ animadvertiſſet, non ſcripſiſſet *libro tertio de part. animal.* dorſum eſſe carnoſum, lumbum verò excarnem quoniam flexus omnium partium excarnes ſunt.

At lumbi ſunt magis carnoſi, quam dorſum. Sed diverſa ab aliis duodecimæ vertebræ articulatio, omnis motus qui ſupra eam perficitur cauſa eſt, quia ſupernè & infernè excipit, & non excipitur, ut in aliis vertebrarum articulationibus obſervatur.

Coccygis.

A lumbis ad *Coccygem* deſcende, cujus ſtructuram ex tribus Oſſiculis, ſubſtantiam fungoſam, ſubrubram, & figuram triangularem obſervabis.

Quam partem quibuſdam populis excreſcere, & in modum caudæ propendere legitur. Scribit *Plinius libro ſeptimo c.* 22. in India homines naſci cauda villoſa, pernicitatis eximiæ. *Et Paulus Venetus lib.* 5. *ſuæ peregrinationis cap.* 28. teſtatur in regno Lambri, inveniri qui caudas habent ut canes, longitudinis unius palmi, & hos in civitatibus non habitare, ſed in montibus.

In Inſula Namaneg maris Orientalis, gens eſt caudata *ex Geographia Arabica Nubienſe, pag.* 70. Fabuloſum puto quod de Anglis caudatis referunt hiſtorici, quibus ob injuriam *D. Thomæ Cantorbienſi* illa-

illatam, Deus coccygem instar caudæ produxit.

Dum luxatur *Coccyx* introrsum, non possumus talos versus nates adducere, neque flectere poplitem *ex Avicenna*, idque confirmatum experientia *Ambrosii Parei*. Impedimentum istud fieri solet ex compressione crassissimi nervi postici, qui juxta coccygem prorepit. Facilè reducitur coccyx indito in anum digito.

Vertebras spinæ dissecandi ratio.

Postea te convertes ad incisionem vertebrarum spinæ, ut possis intueri spinalis medullæ admirabilem fabricam, videlicet Nervorum diremptum ad hujus extremitatem, in formam caudæ equinæ desinentem, propter myriades nervulorum invicem contextorum, qui in aqua agitati & dispersi, caudæ equinæ figuram exprimunt.

Sic autem secabis vertebras detractis omnibus costis ad suas articulationes, spinam firmabis tabulæ duobus Vncis ferreis, supra & infra sectionem admotis, ut factitant artifices lignarii, qui lignum tabulæ perforatæ unco ferreo trajecto firmare & sistere solent; dein cultris excisoriis hâc & illac violenter exactis, circa commissuram cujusque vertebræ, cum apophysibus obliquis articulatoriis, seriatim omnes vertebras incides à Cervice usque ad os sacrum, quod opus laboriosum est, sed nucleum qui vult esse, nucem frangat necessum est.

Priusquam rescindatur fistula Ossea, ut spinalis medulla in conspectum veniat: pauca sunt præmittenda de constitutione naturali spinalis medullæ, & exortu Nervorum.

Constitutio naturalis Spinalis medullæ.

Spinalis medulla Cerebri & Cerebelli propago est, quamvis appareat similis cerebri medullæ habet tamen aliquid dissimile, quia mollior, & præter duas Membranas à meningibus productas, quibus obvolvitur, tertiam habet fortem & nervosam circumtectam, quæ impedit in motu flexionis spinæ, ne medulla comprimatur vel disrumpatur. Nescio an membrana, quæ soboles est crassæ meningis, pulsum habeat, & si spinalis medulla in duas cavitates sit discreta, secundum longitudinem spinæ usque ad lumbos.

Certum est spinalem [a] medullam per [b] fistulam Ossea descendentem, semper seipsâ duriorem, & minorem reddi, donec pervenerit ad Lumbos. Vbi in [c] funiculos & filamenta caudam equinam referentia absumitur, ut in ea parte, quâ motus violentos patitur, ruptionis periculum evitaret. *An & cur imminuatur.*

Spinalis medullæ Nervi, ex pluribus filamentis [d] invicem attensis, & tenui meninge comprehensis conflantur: quæ quidem filamenta eò altius oriuntur, quò magis spinæ medulla descendit. *Nervorum structura*

Vt autem Natura omnibus modis Nervorum securitati prospiceret, illis per foramina vertebrarum egredientibus, sustantiam crasso ganglio similem circumjecit, quæ fibras nervi tam arctè & firmiter nectit ac colligat, ut à se invicem divelli nequeant. *Ortus.*

Post nodum illum, & egressum, facilè separantur, sed in egressu nervi perpende quæso Naturæ solertiam, ut nervus ruptur minus foret obnoxius, hunc tenui adhuc meninge vestitum, non per foramen, quod est ejus origini appositum traduxit, sed per inferius, quod ubi præterlapsus est nervus, non proximam costam adit, sed ad inferiorem descendit, quam ubi attigit, bipartitus, ramum minorem versus spinam retorquet, majorem in anteriora deducit. *Progressus.*

Dubitatur inter Anatomicos, quomodo facultas

a, T 18. f 5, A * b, T 2. f 2. a & c. * c, T 18. f 2. o *
d, T 24. f 9. & 10, & c. *

Spiritus animalis quomodo per nervos deferatur?

animalis cum ſpiritu, per nervos deferri queat, in univerſum corpus, quia in omnibus nervis, Optico excepto, nullum foraminulum ſive porus, vel ſubſtantia ſpongioſa deprehenditur, ſed omnes apparent ſolidi, ex pluribus filamentis contexti, pro mole & magnitudine cujuſque.

Cæſalpinus lib. 5. quæſt. peripateticarum, exiſtimat iſta filamenta eſſe venulas, & arteriolas multas in unum corpus ceu faſciculum coeuntes, qvæ ſunt continuationes ſurculorum *Retis mirabilis*, quod demonſtrari non poteſt, ſed tantùm imaginatione concipi, aut ſaltem intra membranulas cujuſque nervi ſpiritum animalem tenuiſſimum diffundi, & velociter excurrere ad extremos artus oportet.

Sed quomodo *Cæſalpinus* demonſtraret iſtam continuationem retis mirabilis cum nervis ſpinalis medullæ, non video.

Numerus Nervorum ex ſpinæ medullâ prodeuntiũ.

Ex ſpinali medulla *viginti* [a] *octo* nervorum paria ſcaturiunt, *ſeptem è Cervice; duodecim è dorſo; quinque ex lumbis; quatuor ab Oſſe ſacro*, quorum propagationes perſequi laborioſum opus eſt, quod in cadavere ad iſtam inveſtigationem ſolam deſtinato, adminiſtrandum eſt, & diligenter inſpiciendum.

Conſideratio Medica.

Spinalis medullæ dignitas.

SPinalis medullæ dignitas eſt ad vitam æqualis Cerebro, inde αἰών dicta fuit *ab Hippocrate*: quod in ea ſitam eſſe Vitalitatem crederet, ut probat *Erotianus in Onomaſtico ſuo*, & poſt eum *Foëſius in Oeconomia Hippocratis.*

Plato in Timæo ſpinalem medullam tanquam vitæ fundamentum agnoſcit infra caput: ipſemet *Hippo-*

[a] Tit. *f* 1. DIK. &c.

crates

crates docet ex ſpinali Medulla graviſſime, & difficillimè homines ægrotare, ſcilicet ex fluxione, quæ fit in illam, oriri *Tabem*, & illius reſiccationem eſſe morbum gravem, morique hominem, ſi medulla ſpinæ ſauciatas fuerit. Demum, medulla ſpinæ, *inquit ille, lib. 2. Prorrhet.* ſi ægrotaverit, ſive ex lapſu ſive ex alia cauſa, ſive ſua ſponte, homo & cruribus impotens fit, ut neque ſi tangatur percipiat & Ventre ac Veſica, ut circa prima tempora, neque ſtercus, neque urinam eg rat, niſi ad neceſſitatem: Cùm autem vetuſtior factus fuerit morbus, non urgente homine, & ſtercus, & Vrina prodeunt. Moritur autem poſtea non multo interpoſito tempore.

Ex fluxione in medullam ſpinalem tabes occulta ac inconſpicua oboritur: Cùm autem retrò in vertebras & in carnes defluxerit, Hydrops fit, *ex Hippocrate lib. de locis in homine.* Quomodo fiat tabes dorſalis à Medulla, idem *Hippocrates* docet accuratè, *lib. 2. de Morbis.*

Spinæ figura naturalis.

Priuſquam Morbi Oſſeæ fiſtulæ exponantur ſpinæ figura naturalis declaranda, quæ eſt ἰθυσκόλιος per totam longitudinem, ſed in cervice & lumbis ἰθυλόρδος. In dorſo eſt ἰθυκύφις, ac proinde facilis eſt explicatio morborum vitiatæ ſpinæ, cujuſmodi ſunt λόρδωσις, κύφωσις, σκολίωσις σεῖσις.

Morbi ſpinæ.

Κύφωσις.

Κύφωσις gibboſitas eſt, nempe vitium in ſpina, cùm ejus vertebræ in poſteriorem partem convertuntur.

Λόρδωσις

Λόρδωσις Vitium ſpinæ quando ejus vertebræ loco ſuo motæ ſunt, & in priorem ſive anteriorem partem converſæ.

Λόρδωσις accidit in dorſo, ut κύφωσις in cervice, & lumbis.

Σκολίωσις. Σκολίωσις est obliquatio sive contorsio spinæ in alterutrum latus.

Σεῖσις. Σεῖσις, commotio vertebrarum spinæ, quando vertebræ in loco quidem suo manent, sed earum compago dimovetur.

Σκολίωσις Vnde depẽdeat? Inclinatio spinæ in alterum latus, vel utrumque, quando incedimus, dependet à vitio duodecimæ dorsi vertebræ, ubi fit motus spinæ.

Hæc vertebra excipitur à vicinis vertebris, tam superiore, quàm inferiore, nec excipit more aliarũ.

Est enim juncta, non per gynglymum, sed per Arthrodiam, ideoque si ejus apophyses acclives, vel declives fuerint depressæ, non potest hæc vertebra corporis truncum erectum sustinere in motu, sed cogitur nutare in alterum, vel utrumque latus: hócque vitium ab infantia enascitur, vel ab ortu, vel ex mala gestatione infantis, vel ex mollitie istarum vertebrarum dum ocyus quàm par est ambulare præcipitatur infans.

Aliam causam claudicationis exposui, *Capite de Femore*, ex doctrina *Galeni*. Istæ duæ causæ claudicationis sunt irreparabiles, & incurabiles Luxatio vertebræ secundæ Cervicis. Anginam profert, quæ intra paucas horas suffocat ægrum, quia restitui non potest in suum locum.

Ossis sacri affectus sunt magni momenti, sive sint tumores, sive ulcera ratione constitutionis naturalis, quia totum Os ferme spongiosum, fistulosum, & foris & intus perforatum: Ideoque eo malè affecto vita in discrimen adducitur, ut notat *Hippocrates libro de Glandulis*.

Idem libro tertio de fracturis monet Os sacrum exulceratum difficillimè curari, quod etiam *in comment.* confirmavit *Galenus*. Vidit *Langius in Epistolis*, duos viros

viros Nobiles Ossis sacri putredine, & incredibili doloris tyrannide emaciatos, tandem contabuisse, & interiisse.

CAP. XVII.

De Scapula.

TRunco Cadaveris observato, ad Artus transibis; Ac in primis observabis articulationem [a] scapulæ cum [b] brachio, quæ fit per arthrodiam interventu ligamenti crassissimi, & nervei, quod totam articulationem orbiculatim amplexatur. *Ejus Articulatio cum brachio.*

Quatuor quoque Musculi [c] *Supraspinatus*, [d] *infraspinatus*, [e] *Rotundus minor* [f] *& Subscapularis*, suis tendonibus latis ipsam quoque articulationẽ circumdãt. *Musculi.*

Cavitas [g] capitis ὠμυκοπλὴ dicitur, improportionata est excipiendo humero, quod factum ad motus facilitatem atque libertatem, sed cartilagine labra ejus cavitatis coronante augetur. *Cavitas.*

Deinde sub [h] Deltoide videbis *latum & insignem ligamentum*, quod ab acromio usque ad coracoidem apophysim protenditur ut brachium supernè cohibeat, ut in partem superiorem luxetur. *Ligamẽtum.*

Dein notabis extremum [i] Claviculæ articulatum acromio, quod propterea καταπόλεις dicitur, quamvis *apud Gal. lib. de dissectione muscul. cap.* 12. eo nomine prima costa superior indigitetur, quia clavi subjecta, *Ruffus Ephesius Acromium* appellat clavis & scapulæ copulã: *Eudemus* verò Ossiculũ perexiguum esse dixit. quod in pueris exactissima est Cartilago, *Articulatio cum clavicula.*

a, T21. f 1. A * b, T21. f 1. C * c, T22. f 3. A * d, T22. f 3. B * e, T22 f 1. & 3. C * f, T22. f 1. D * g, T21, f 2. c * h, T22. f 1. A * i, T21 f 2. b *

quæ licet succeſſu temporis in os degeneret, tamen uſque ad decimum octavum annum contra morem cæterorum oſſium, multum ejus ſubſtantiæ retinet: Nonnunquam cum ſcapulæ Spina tam leviter connaſcitur, ut in media ætate parva occaſione, *uti Galeno* contigit, in palæſtra ſeparari queat, *ut ipſe teſtatur lib. 1. de articul.*

Similem caſum obſervavit in alio, ut recitat *comment. ad part. 1. ſect. 1. de Officina.* Ipſemet *Hipp.* hujus oſſis luxationem annotavit *lib. 1. de articulis, & ibidem* in acromio diverſam eſſe hominis naturam, à cæteris animantibus prodidit.

Coracoidis apophyſis uſus.

Cervici ſcapulæ incumbit [a] *Apophyſis*, quæ in pueris epiphyſis eſt: à ſimilitudine roſtri cornicis, & anchoræ, κορακοειδὴς & ἀγκυροειδὴς dicitur. Prohibet ne humerus in eam partem elabatur, *authore Galeno, comm. in part. 1. ſect. 1. de art.* Idcirco ad ſecuritatem & firmitatem articulationis conſtructa fuit.

Cum enim manus actiones in anteriora fiant, facile luxaretur humerus, niſi à Coracoide retineretur, propterea rara eſt humeri luxatio in anteriorem partem, quam ſemel obſervavit *Hippocrates*: quinquies *Galenus Romæ* vidit, ut ipſe refert *comm. ad part. 4. lib. 1. de articul.*

Scapulæ partium nomina ex Galeno.

Scapulæ verò partes ita diſtinxit: ὦμὸν nominat ex tota commiſſura id quod oculis ſubjicitur, ἐπωμίδα eam partem vocat, quæ ſubjecta eſt Commiſſuræ humeri, quam nos vocamus Acromion, ὠμοπλάτας indigitat ſcapulæ latam partem retrò poſitam, & muſculis abſconditam.

Ex hoc loco erui & deſumi poteſt, difficilis & obſcuræ ſctipturæ *apud Celſum lib. 8.* interpretatio. *Rurſus à cervice duo lata Oſſa utrimque ad ſcapulas ten*

[a] *Tzi. f 2. d.* *

dunt

dunt, noſtri ſcoptula operta, Græci ὠμοπλάτας *vocant.* Celſus *ſcopula operta* nuncupavit, quod promineant inſtar ramorum arboris, & in parte ſuperiore thoracis ſitæ ſint. Nam veteribus montium vertices *ſcopulæ dicti ſunt*, quod *Tertullianus de Pallio*, montium ſcapulas dixit. Scopi etiam ramuſculi arborum, hinc uvarum *ſcopi*, *Varroni lib. 1. de re ruſt.* *Cato* ſcopulas myrti vocat. *Ex Celſo.*

An viri ſcapulas habentes latas, magnos genitos ſæpe habeant?

Notatione dignum eſt, quod mulieres longo uſu obſervarunt, viros ſcilicet qui latas habent ſcapulas, plerumque magnos fœtus generare, quia Cor habent calidiſſimum. Ad cordis caliditatem ſequitur incrementum Thoracis & amplitudo, *ex Galeno in Arte parva.* Hinc Socrus *Foreſti*, fœcunda admodum mulier, filias collocare ſuas nolebat *viris Platonicis*, quia metuebat ne in partu ob fœtus magnitudinem periclitarentur, quod ſæpius contigiſſe vidit *Foreſtus lib. 28. obſerv. 70.*

Cur puellis gallicis ſcapula dextra elatior ſiniſtrâ.

Hujus rei cauſa eſt æquè difficilis, atque alterius incommodi quo Gallicæ puellæ præſertim nobiles infeſtantur: Illis ſcapula dextra ſæpius eſt elatior & tumidior ſiniſtra. Ita ut ex centum virginibus vix decem reperias, quæ ſcapulas optimè conformatas habeant.

An propter frequentiorem validioremque dextri brachii motum, quo ſcapula diſtrahitur & abſcedit, muſculiſque interjectis ſeſe attollentibus prominet; Adde quod humerus dexter in puerulis & adultis, ſiniſtro præponderat, ſi credimus *Amato Luſitano curat. ult. cent. 4.*

Cur rari ſint ambidextri?

Qua ratione manus dextra fortior eſt ſiniſtra, & rari ſunt ambidextri? An quia pulmones & Iecur in dextrum latus magis quàm in ſiniſtrum inclinãt? An quia nutrices infantes ambulare incipientes dextra

manu trahunt? An quia matres ſtudent virgines demiſſis humeris eſſe, dejuncto corpore, ut graciles ſint? Nam ſi quæ habitior paulò, pugilem eſſe ajunt, ob id deducunt cibum, tametſi bona eſt natura, ut reddant curaturâ junceas *inquit Terentius.* Quod non fit ſine manifeſto bonæ valetudinis damno, dum ex nimia thoracis inferioris conſtrictione, partes ejuſdem ſuperiores amplificantur, inde ſcapularum prominentia, vel ex contorſione Spinæ, naturalis ejus conformatio vitiatur atque depravatur.

CAP. XVIII.

De Humero, Cubito, Radio.

Humeri Foramen

IN omnibus humeris circa mediam & interiorem partem verſus coſtas, *foramen eſt* apertiſſimum deorſum vergens, & in oſſis ſubſtantiam manifeſte penetrans, per quod ſeſe inſinuat *inſignis Vena* in oſſis concavum, ut internam Medullam enutriat, quò fit ut medulla hujus oſſis tota cruenta compareat oſſe diſſecto.

Ligamentum

Articulationem [a] brachii cum [b] cubito conſtringit, atque comprehendit *Ligamentum*, membranoſum & nerveum.

Cur Radius cubito additus.

[c] Radius Cubito adjunctus eſt, *Vt motus obliquos manus*, qui fiunt in pronum, & ſupinum dirigat; quos motus detractis muſculis obſervabis, radium verſando ac revolvendo.

Cur à ſe invicem diſcedant?

Cubitus [d] & [e] Radius in medio ductu à ſe invicem abſcedunt, ut Radius in motu ſemicirculari liberius moveatur, & muſculis qui plures ibi conſiſtunt, ſedes amplior conſtituatur.

a, T21. f1. C. * b, T. 21. f1. D. * c, T21. f. 1. E *
d, T21. f2. c. * e. T21, f2. d *

Huic

Ligamentum interjectū.

Huic ſpatio interjectum eſt [a] *Ligamentum membraneum*, cujus beneficio Cubitus & Radius invicem arctius colligantur, & muſculi interiores ab exterioribus ſeparantur. Confert etiam ad motus æqualitatem, ut ambo ſimul & ſemel flectantur & extendantur.

Articulatio horum cum aliis oſſibus.

Gemina hæc oſſa in extremis inter ſe connectuntur, differenti prorſus articulo; ſupernè Cubitus radium excipit, infernè verò Cubitus à Radio excipitur, Mole & Craſſitie ſubſtantiæ immutatâ; quippe Radius ad carpum latior eſt, ut Carpi majorem partem excipiens, commodius illum obliquaret. Cubitus verò ad brachium latior eſt, quoniam iſtud os ſolum cum brachio articulatur, radii articulatio cum condylo brachii externo tenuis eſt.

Tandem obſervabis, An cubiti ſtyloides [b] apophyſis tangat carpum ipſi per articulum juncta. *Hipp.* annotavit externam partem cubiti luxari, *lib. de artic,* quam luxationem obſervavit *Dalecampius*, ut ipſe teſtatur *comm. in Pauli Æginetæ Chirurgiam.*

Qui negant cubitum in homine Carpum attingere, producunt intercedere craſſam & mobilem cartilaginem, quæ id ſpatium opplet, ac revera iſta Cartilago inſtar coronidis videtur adjuncta.

CAP. XIX.

De Carpo.

